Gin

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
6

M

Digitized by Google

# COMPENDIOSA
## DECLARATIO REGULARUM
## Juris Canonici in Sexto.

*Utrique Foro inſerviens, & pro reſolutione multorum Caſuum Conſcientiæ practicè accommodata.*

OPUS ELABORATUM

A P. F. VINCENTIO
Taccino de Caſtro franco,
*ORDINIS MINORUM*
*Sancti Franciſci Strict. Obſervantiæ, ſeu Reformatorum Provinciæ Sancti Antonii,*
CONCIONATORE, LECTORE,
Theologo, nec non Sanctiſs. Generalis Inquiſit. Venetiarum Conſultore,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

OPUS

*Theologis, Confeſſariis, Iudicibus, atq; aliis vocatis perutile, imò neceſſarium.*

Illuſtriſs. ac Reverendiſs D.D.

JOANNI BADUARIO

Patriarchæ Venetiarum, Dalmatiæq; Primati &c.

COLONIÆ, 1693.
Ad Inſtantiam Hieronymi Albritii.
*Superiorum Permiſſu, & Privilegio.*

Digitized by Google

# ILLUSTRISSIMO;

*Ac Reverendiſs. Domino Domino*

# JOANNI BADUARIO

Patriarchæ Venetiarum, Dalmatiæq; Primati &c.

*Frater Vincentius à Caſtro Francò è Reformatis Sancti Franciſci.*

D. D. D.

*P Arvum hoc Opus, quod primò lumen vitæ traxit à zelo in vinea Domini cum fœnore Animarum aliquid conferendi, tuum ( Illuſtriſs. & Reverendiſs. Præſul ) patrocinium*

*reverenter expetit ; ſudaturum ſub prælo. Quid mirum ſi liber hic meus naſciturus à te lucem exquirat, qui doctrinæ ſidus es, & ut lucidiſſimus Sol Eccleſiæ Cælum illuſtras? Nobilitati ergo tuæ, tuæq; maximæ pietati hujus exigui mei laboris erat debita conſecratio; majora ſcio tibi deberi, ſed humanitati tuæ pergrandi non ignoro carum eſſe ſincerum cordis affectum. In medio quamplurium tibi obſequium, & reverentiam præſtantium non tam premor, quam penè opprimor. Currunt omnes Dedicatoria munera Illuſtriſſimo tuo Nomini meritò deferentes, ſubſequor ego Patris pauperum Filius exiguum munuſculum offerens; Currunt omnes priores, ego quoque tempore poſterior, ſed inter tot ad tuos pedes feſtinantes, ego noviſſimus primus evaſi, quia cæteris meus cucurrit citius amor.*

*Tra-*

*Traxerunt me abundè ad hoc tibi obſequens officium præſtandum, majorum tuorum Stemmata, innumera Familiæ tuæ decora; utque tibi tenui mei laboris fructum devoverem, clamabant muta delubra, ſilentia marmora invitabant; dictabat hoc ſanguinis claritas, Nobilitatis vetuſtas; Domus tuæ antiquiſſimæ cognovi in Republica Duces, triumphales Martis lauros intexentes, & in Eccleſia varia Purpuratorum ſplendere lumina; ſed inter hæc innumera Sereniſſimæ Baduariæ Proſapiæ micantia ſidera, tu, Præſul vigilantiſſime, in hoc Venetiarum Cælo novi Solis inſtar, cunctarum virtutum luce mirabiliter fulges. Huc me ergo majorum tuorum gloria rapuit; huc me tui vocavit ſplendor, & fama; utq; tibi hunc grati animi mei teſtem oſtenderem, huc tandem amor ſen-*

*ſim traduxit . Donum hoc vaſtiſſimo tui merito exiguum , meo tamen cordi pergrande , ne recuſes excipere . Vale ergo præſtantiſſime Antiſtes diutiſſimè Deo , qui fecit tibi magna ; Patriæ , Domuiq; quarum es decor , & gloria ; & Eccleſiæ , cujus tibi benè merenti Principatum adopto.*

*L. E.*

## LECTORI DOCTO, *& Benevolo.*

Lege prius (Lector Amice) Librum hunc, quem luci expono, cujus titulus: *Compendioſa Declaratio Regularum Iuris Canonici in 6.* poſtmodum Deo mecum gratias age, qui poſt mortiferum, diutinumq; morbum, ad congruæ valetudinis ſtatum miſericorditer me revocavit, in cujus honorem hęc pauca conſcripſi, & ad aliorum profectum humiliter, ac reverenter propono. Iuvat hoc Compendium Doctis in jure Legis profluvium mente recolere, indoctis verò ſine magno labore, & longo ſtudio è ſelectis Regulis Iuris Canonici confert ſubſtantiam carpere. Meum hic non eſt ſingulas materias Caſuum conſcientiæ pertractare, ſed eas tantum, quas Regulæ juris proponunt, per generalia Funda-

menta exponere. Si doctus es (Lector cariſſime) multa habes in paucis; ſi verò juris ignarus es, diſce has Regulas, & juris erit tibi ſubſtantia. Ceterùm doctrina mea non eſt mea, ſed clariſſimorum Virorum, quos, ne aberrarem in ſcribendo, Duces elegi; ingenuè tibi fateor per quos ego ipſe profecerim, & quod mihi fuit utilitatis, aliis afferat adjumentum. Rogo, Amice Lector, ut tua benignitate meos ſuppleas defectus, nam & ego Typographi præcipuos errores ad operis calcem correctos adjeci. Maturè ergo conſidera, & minutatim enuclea Fundamenta in hoc parvo opere contenta, quæ rectè intellecta aperient ſenſum reſolutionum Caſuum ex ipſis Fundamentis deductorum, ipſiq; Caſus reſoluti dabunt Fundamentorum intelligentiam. Ecce igitur liber, ex hoc tolle pacificè quod tuum eſt, & vade. Vale, iterum vale.

A D-

# ADMONITIO

## Ad Lectorem.

SApientibus, & inſipientibus (loquor cum Apoſtolo) debitor ſum, ideo prò Tyronibus, & Iuris indoctis, ut & ipſi legales citationes in hoc parvo Libello contentas aliqualiter percipiant, hæc pauca ſequentia trado. Scito ergo, Lector cariſſime, quod *L. d.* parva, vel ſyllaba *Dis*, vel *Di* Diſtinctionem ſignificant; Numerus ſequens quotam Diſtinctionis, & *L. c.* parva Capitulum ſignificat cum quo allegatur principium illius capituli: & talis citationis modus indicat Authoritatem citatam reperiri in prima parte Decreti Gratiani, quæ continet Diſtinctiones, v. g. *c. quo jure diſ.* 8. ideſt in prima parte Decreti, *diſt. 8.* in capitul. ſeu Canone, qui incipit: *quo jure.*

Secunda pars Decreti citatur per cauſas, v.g. *c. ſi quis ſuadente* 11. *q.* 3. ideſt in ſecunda parte Decreti capitulo ſi quis ſuadente, in cauſa undecima, *quæſt.* 3. ita ut primus numerus poſt *c.* ſemper dicit cauſam; ſeu numerum cauſæ, quando poſt talem numerum ſequitur *L.q.* & talis citatio eſt ſecundæ partis Decreti, conſiſtentis in cauſis, & citatur cum capitulo per cauſas, & quæſtiones, ut in exemplo *cit.* viſum eſt.

Tertia pars Decreti citatur cum ſuo capitulo, diſtinctione, & Titulo de conſecratione quia tertia pars Decreti continet, ſeu agit de conſecratione, v.g. *c. liquido diſ.* 2. *de conſ.* ideſt in ultima, ſeu tertia parte Decreti in capitulo, qui incipit, liquido, diſtinctione ſecunda titulo de conſecratione.

Aliquando *L. c.* parva nullum habet ſequentem numerum, neque diſtinctionem, neque quæſtionem, ſed tantum ipſa *L.c.* cum Titulo, ſeu Rubrica, v.g. *c.* in præſentia de ſponſalibus, & tunc talis citatio cum ſolo capitulo, & Titulo reperitur in libris Decretalium

Gre-

Gregorii IX. ſi vero in fine Tituli reperiatur præpoſitio in cura *num.* 6. talis citatio reperitur in ſexto Decretalium, v. g. *c.* cum vos de officio Iudicis ordinarii in 6.

Extr. dicit Extravagantem, quæ reperitur in 6. *lib.* Decretalium poſt regulas juris. *Cle*; aut *Clem.* dicit Clementinas, ideſt conſtitutiones Clementis V. quæ ſunt poſt Extravagantes diviſæ.

In Iure Civili reperiuntur Digeſti, Codex, Authenticæ. Digeſti ſcribuntur duplici *ff.* v. g. *l.* in ambiguis *ff. de reg. jur.* ideſt in lege, quæ incipit, in ambiguis in *lib.* Digeſtorum, titulo de Regulis juris.

Codex ſcribitur per *C.* magnum, v. g. *l.* vacantia *C.* de bonis vacantibus, ideſt in *l.* quæ incipit, *vacantia, in Codice, titulo de bonis vacantibus.*

Paragraphus ſcribitur cum duplici §.

Authenticæ ſic citantur. *Authent.* ſtatuimus *C. de Epiſc. & Cleric.* hoc eſt in lege, cujus initium eſt, ſtatuimus, in *Codice titulo de Epiſcopis, & Clericis.*

Alio modo citantur *Auth. de Leno.* §.*ſancimus*,hoc eſt in *Authent.de Lenonibus*, §.*ſancimus*!

Et ſi plura cupis, Lector benevole, conſule *Azorium*, & libros docentes modum legendi in utroque Iure. Stude ergo, & bene ſtude, vt Deum cognoſcas, & quæ recta ſunt in conſpectu illius agas, utque alii benè, ac moraliter operentur, ipſos edoceas.

Pax tecum.

∴

# INDEX

## Regularum, & Capitum.

*OBſervatio in Titulum de Regulis Iuris.* *pag.* 1

Reg. 1. *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine canonica inſtitutione obtineri.* *p.* 5

Caput Unicum. *Explanatur Regula, declarantur termini, & quædam notanda ad hanc ſpectantia proponuntur.* *ibi.*

Reg. 2. *Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.* *p.* 21

Reg. 3. *Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.* *ibi.*

Cap. 1. *Vtriuſque Regulæ una explicatio.* *ibi.*

Cap. 2. *Aſſignantur conditiones requiſitæ ad præſcriptionem.* *p.* 24

Reg. 4. *Peccatum non dimittitur, niſi* *re-*

*reſtituatur ablatum.* p.43

Cap.1. *Explicatio Regulæ.* ibi.

Cap.2. *Ponuntur fundamenta pro notitia reſtitutionis debitæ ex primis tribus radicibus.* p.46

Cap.3. *Examinantur octo circumſtantiæ, ſcilicet, Quis, Quid, Ubi, per quos, Cui, Cur, Quomodo, Quando.* p.58

Cap.4. *De his, qui obligantur ad Reſtitutionem.* p.61

Cap.5. *Præmittuntur quædam doctrinæ, & fundamenta, tanquam claves pro confeſſariis multorum caſuum reſolutionem continentes circa particulam, Quid reſtituendum?* p.69

Cap.6. *De Reſtitutione incertorum, Theſaurorum, Ferarum &c. & ex damno per Animalia, & per ſervos illato.* p.80

Cap.7. *Explicatur illa particula, Quantum ſit reſtituendum?* p.87

Cap.8. *Quæ excuſent à Reſtitutione.* p.92

Reg.5. *Peccati venia non datur niſi correcto.* p.97

Cap.1. *Explicatio Regulæ quoad terminos.* ibi.

Cap.2. *Doctrina pro Confeſſario, quando*

do

*do danda, vel neganda ſit abſolutio Pænitenti.* p.101
Reg.6. *Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.* p.106
Cap Unicum. *Explicatio Regulæ, & fundamenta ponuntur pro reſolutione Caſuum circa eandem Regulam.* ibi.
Reg.7. *Privilegium perſonale ſequitur Perſonam, & extinguitur cum Perſona.* p.113
Cap.1. *Quid ſit Privilegium, & quotuplex.* ibi.
Cap.2. *De valore Privilegii, vel Diſpenſationis.* p.118
Cap.3. *De explicatione, ſeu interpretatione Privilegiorum, quando verba ſunt dubia.* p.124
Cap.4. *Quibus Perſonis Privilegium cenſeatur conceſſum.* p.127
Cap.5. *Quando ceſſet Privilegium, ſeu amittatur.* p.130
Reg.8. *Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus.* p.139
Cap.1. *Explicatio Regulæ.* ibi.
Cap.2. *De Præſumptione quoad conſcientiam, quid operetur circa poſſeſſionem.*
*An illud Iuris Axioma:* In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *cur-*

*rat in omni materia?* p.146

Reg.9. *Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum?* p.154

Cap.Unicum. *Explicatur Regula, & ponuntur fundamenta pro reſolutione plurium Caſuum ad hanc materiam ſpectantium.* ibi.

Reg.10. *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.* p.163

Reg.11. *Cum ſunt partium jura obſcura, Reo favendum eſt potius, quam Actori.* p.165

Cap.Unicum. *Explicantur termini, & cum ipſis Regula.* ibi.

Reg.12. *In judiciis non eſt acceptio Perſonarum habenda.* p.171

Cap.Unicum. *Brevis Regulæ explicatio.* ibi.

Reg.13. *Ignorantia facti non juris excuſat.* p.177

Cap.1. *Explicatur ſenſus Regulæ.* ibi.

Cap.2. *Explicantur ea, de quibus poteſt, & non poteſt dari ignorantia invincibilis, tam in foro externo, quam in foro interno conſcientiæ.* p.181

Reg.14. *Cum quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam*

*cenſetur habere.* p.191
Cap.Unicum. *ibi.*
Reg.15. *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.* p.194
Cap.Unicum. *Ponuntur fundamenta, & Regulæ generales pro ſolutione Caſuum in hac materia occurrentium.* *ibi.*
Reg.16. *Decet conceſſum á Principe Beneficium eſſe manſurum.* p.204
Reg.17. *Indultum á Iure beneficium non eſt alicui auferendum.* p.205
Reg.18. *Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit.* p. 206
Cap.Unicum. *Explicatur Regula & ponuntur aliqui caſus ex ea deducti, atque deciſi.* *ibi.*
Reg.19. *Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.* p. 210
Cap.Unicum. *Explicantur termini, & cum ipſis ſenſus Regulæ.* *ibi.*
Reg.20. *Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur.* p.213
Cap. Unicum. *Explicatio Regulæ.* *ibi.*
Reg.21. *Quod ſemel ab initio placuit, amplius diſplicere non poteſt.* p.216

Cap.Unicum. *Explicatio Regulæ, & ejus exceptionis.* ibi.
Reg.22. *Non debet aliquis alterius odio prægravari.* p.220
Reg.223. *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* ibi.
Caput Unicum.*Utriuſque Regulæ una explicatio propter materiæ connexionem.* ibi.
Reg.24. *Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe.* p.223
Cap.Unicum. *Exponitur Regula, & quædam fundamenta hauriuntur ex ea.* ibi.
Reg.25. *Mora ſua cuilibet eſt nociva* : p.227
Cap.Unicum. *Quid ſit mora, quando, & quibus ſit nociva.* ibi.
Reg.26. *Ea, quæ fiunt á Iudice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.* p.232
Cap. Unicum. *Brevis explicatio Regulæ.* ibi.
Reg.27. *Scienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus.* p.236
Cap.Unicum. *Explicatio Regulæ.* ibi.
Reg. 28. *Quæ â jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam*

*ſunt trahenda.* p.240

Reg.29. *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.* p.241

Cap. Unicum. *Explicatio vera Regulæ.* ibi.

Reg.30. *In obſcuris minimum eſt ſequendum.* p.244

Cap. Unicum. *Explicatur Regula, & aliqui caſus deducuntur ex ipſius fundamentis.* ibi.

Reg.31. *Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.* p.248

Cap. Unicum. *Explicatur quotuplex ſit certitudo, & de qua ſit ſermo in Regula præſenti.* ibi.

Reg.32. *Non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit.* p.252

Cap. Unicum. *Ponuntur exempla Regulæ ſecundum partem negativam, & ſecundum partem affirmativam.* ibi.

Reg.33. *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* p.255

Cap. Unicum. *Oſtenditur quando variatio conſilii permittatur.* ibi.

Reg.34. *Generi per ſpeciem derogatur.* p.257

Cap. Unicum, *Explicantur termini Regulæ, & in quibus materiis præſens Regula locum habeat.* ibi.

Reg.

Reg.35. *Plus ſemper continet quod eſt munus.* p.264

Cap Unicum. *Explicantur termini Regulæ, & in quibus materiis Regula ipſa locum habeat.* ibi.

Reg.36. *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.* p.270

Cap.Unicum. *Explicantur termini, & ponuntur caſus, in quibus Regula currit.*

Reg 37. *Utile per inutile vitiari non debet.* p.274

Cap.1. *Præmittuntur quædam neceſſaria pro Regulæ notitia.* ibi.

Cap.2. *Ponitur triplex fundamentum, ex quo plures deciduntur caſus.* p.277

Reg.38. *Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.* p.301

Cap.Unicum. *Oſtenditur ſenſus Regulæ, caſus exponuntur in quibus Regula valet cum ipſius limitationibus.* ibi.

Reg 39. *Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo.* p.305

*Alia, Reg.in Civili. Cum quid prohibetur, & omne id, per quod pervenitur ad illud, prohibitum cenſetur.* ibi.

Cap.

Cap. Unicum. *Exponuntur prædictæ duæ Regulæ Canonica, & Civilis per duo fundamenta.* p 306
Reg. 40. *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.* p. 310
Cap. 1. *Ponuntur aliqui caſus, in quibus Regula currit.* ibi.
Cap. 2. *Quando numerus pluralis in ſingularem reſolvatur.* p. 314
Reg. 41. *Imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum.* p. 317
Cap. Unicum. *Proponuntur caſus, in quibus Regula valet.* ibi.
Reg. 42. *Acceſſorium ſequi congruit naturam principalis.* p. 322
Cap. 1. *Explicantur termini Regulæ, & quando Acceſſorium ſequatur, & quando non ſuum principale.* ibi.
Cap. 2. *Proponitur fundamentum generale, ex quo plures deciduntur caſus.* p. 325
Reg. 43. *Qui tacet conſentire videtur.* p. 341
Reg. 44. *Is qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur.* ibi.
Cap. Unicum. *Utriuſq; Regulæ una explicatio.* ibi.
Reg. 45. *Inſpicimus in obſcuris quod veri-*

*riſimile eſt, vel quod plerunq; fieri conſuevit:* p.347
Reg.46. *Is, qui in jus ſuccedit alterius, eo iure, quo ille uti debet.* ibi.
Cap.1. *Explicantur termini Regulæ.* ibi.
Cap.2. *Aliqui caſus proponuntur pro foro fori, in quibus Regula valet.* pagina 348
Cap.3. *Exponuntur aliqui Caſus, in quibus Regula fallit in foro fori.* pagina 351
Reg.47. *Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur.* p.355
Reg.48. *Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura.* p.357
Cap.1. *Senſus Regulæ exponitur.* ibi.
Cap.2. *Exponuntur caſus, in quibus Regula currit, & in quibus locum non habeat in foro fori.* p.359
Reg.49. *In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.* p.363
Cap.1. *Explicatur ſenſus Regulæ, & in quibus caſibus Regula locum habeat.* ibi.
Cap.2. *Proponuntur caſus, in quibus Regula fallit.* p.366
Reg.50. *Actus legitimi conditionem non re-*

*recipiunt, neq; diem.* p.369

Cap.Unicum. *Explicantur termini, & ſenſus Regulæ.* ibi.

Reg.51. *Semel Deo dicatum non eſt ad uſus humanos transferendum.* p.376

Cap.Unicum. *Explicatur ſenſus Regulæ.* ibi.

Reg.52. *Non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum.* p. 380

Cap.1. *Exponitur ſenſus Regulæ, & quando locum habeat.* ibi.

Cap.2. *Proponuntur aliqui caſus excepti á Regula.* p.383

Reg. 53. *Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus.* p.386

Reg.54. *Qui prior eſt tempore potior eſt jure.* ibi.

Cap.1. *Expenditur Regula in materia de Beneficiis, & Officiis:* ibi.

Cap.2. *Quomodo ſit Regula intelligenda de prioritate, & poſterioritate Creditorum quoad Hypothecas.* p.389

Reg.55. *Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & è contra.* p.392

Reg.56. *In re communi potior eſt conditio prohibentis.* p.394

Cap. 1. *Explicatur Regula, & ad cognoſcendam ejus veritatem, & fallen-*

*lentiam, ponitur fundamentum generale.* *ibi.*
Cap.2. *Aliqui caſus explicantur, in quibus illæ duæ ſupradictæ Regulæ locum non habent ex rationibus tactis in fundamento, & Regula generali ſuperius tradita* p.400
Reg.57. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, interpretatio eſt facienda.* p.403
Cap.1 Explicantur *aliqui caſus, in quibus Regula locum habet.* *ibi.*
Cap.2. *Proponuntur caſus, in quibus Regula fallit.* p.406
Reg.58. *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.* p. 409
Cap.1. *Declarantur illi duo termini, boni mores, & quando juramentum ſit illis contrarium.* *ibi.*
Cap.2. Reſolvuntur *aliqui caſus ex fundamento generali, & doctrinis ſuprapoſitis.* p.413
Reg.59. *Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.* p.416
Cap.Unicum. *Proponuntur aliqui caſus, ad quos* Regula *extenditur, ejuſq; limitationes afferuntur.* *ibi.*
Reg.60. *Non eſt in mora, qui poteſt exce-*

*ceptione legitima ſe tueri.* p.420
Cap.1. *Quid, & quotuplex ſit exceptio.* ibi.
Cap.2. *Aſſignatur ex Regula fundamentum generale, ex quo plures deducuntur caſus, in quibus legitimè excipitur, ſeu mora non reputatur culpabilis.* p.422
Reg.61. *Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.* p.425
Cap.1. *Praxis quorundam caſuum, in quibus Regula valet.* p.426
Cap.2. *Afferuntur caſus, in quibus Regula limitatur.* p.428
Reg.62. *Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non ſit, obligatur.* pagina 434.
Caput Unicum. *Explicatur Regula, & comprobatur.* ibi.
Reg.63. *Exceptionem obiiciens non videtur de intentione Adverſarii confiteri.* p. 439
Reg.64. *Quæ contra jus fiunt debent utique pro infectis haberi.* p.440
Cap.1. *Ex quibus verbis, aut modis poſſit cognoſci, & inducatur in legibus, & Statutis forma ſubſtantialis.* pagina 441

Cap.2. *De ampliationibus, & reſtrictionibus hujus Regulæ.* p.442
Reg.65. *In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.* p.446
Cap.Unicum. *Explicatur, & exemplificatur Regula, quando in pari delicto melior ſit conditio poſſidentis.* p.447
Reg.66. *Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.* p.450
Reg.67. *Quod alicui ſuo nomine non licet, nec alieno licebit.* ibi.
Cap.Unicum. *Exponitur ſenſus Regulæ per unum generale fundamentum.* ibi.
Reg.68. *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.* p.452
Reg.69. *In malis promiſſis fidem non expedit obſervari.* p.453
Cap.1. *Traduntur fundamenta, ex quibus dignoſcuntur vota, & promiſſiones Deo facta, an ſint, vel non obligatoria ratione turpitudinis, qua ſæpe afficiuntur.* p.454
Cap.2. *De malis promiſſis, quæ homini fiunt.* p.458
*Regula* 70. *In alternativis electio eſt debi-*

bi-

*bitoris, & ſufficit alterum impleri.* p.465

Cap.1. *Quid, & quotuplex ſit alternativa.* ibi.

Cap.2. *Cur in alternativis potius debitori, quam creditori electio concedatur.* p.467

Cap.3. *Quare, & quando in alternativis ſufficiat alterum impleri.* ibi.

Reg. 71. *Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.* p.471

Cap.Unicum. *Probatur Regula, ejuſque ampliationes producuntur.* ibi.

Reg 72. *Qui per alium facit, eſt perindè, ac ſi faceret per ſe ipſum.* p.473

Cap.1. *Explicatur ſenſus Regulæ.* ibi.

Cap. 2. *Proponuntur aliqua dubia, & eodem ſupracitato fundamento Regul. ſolvuntur.* p.486

Reg.73. *Factum legitimé retractari non debet, licet poſtea caſus eveniat, á quo non potuit inchoari.* p.495

Cap. Unicum. *Explicatur, & confirmatur Regula.* ibi.

Reg.74. *Quod alicui gratioſé conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.* p.498

Reg.75. *Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat*

*ab eo ſervari, cui fidem á ſe præſtitam ſervare recuſat.* p.500
Cap. Unicum. *Explicatur ſenſus Regulæ, ejuſque ampliationes proponuntur.* ibi.
Reg. 76. *Delictum Perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.* p.504
Cap. Unicum. *Dilucidatio, & exemplificatio Regulæ.* ibi.
Reg. 77. *Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.* pagina 507.
Reg. 78. *In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.* p.508
Cap. Unicum. *Quomodo illicitum fiat licitum ex neceſſitate?* ibi.
Reg. 79. *Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.* p.512
Cap. Unicum. *Afferuntur aliqui caſus, in quibus Regula valet.* ibidem.
Reg. 80. *In toto non eſt dubium partem contineri.* p.513
Reg. 81. *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.* p.515
Cap.

Cap. Unicum. *Quando poſſit cognoſci veriſimilis intentio concedentis ſub generali conceſſione velle, aut non rem aliquam ſpecialem concedere? ibi.*

Reg.82. *Qui contra jura mercatur bonam fidem præſumitur non habere.pagina 519*

Cap.Unicum. *Adducitur convenientia diſpoſitionis hujus Regulæ, cum ipſius ampliationibus, & limitationibus.* *ibi.*

Reg.83. *Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur.* *p.525*

Reg.84. *Cum quid una via prohibetur alicui,ad id alia via non debet admitti.* *p.525*

Cap. Unicum. *Explicatur diſpoſitio Regulæ, & in quibus caſibus verificetur.* *ibi.*

Reg.85. *Contractus ex conuentione legem accipiunt.* *p.532*

Cap.Unicum. *Senſus Regulæ explicatur.* *ibi.*

Reg.86. *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare. p. 534*

Cap.Unicum. *Deducitur ex Regula fundamentum generale, ex quo plures re-*

*reſolvuntur caſus, in quibus dicta Regula currit.* ibi.

Reg.87. *Infamibus non pateant portæ dignitatum.* p.537

Cap.1. *Quid, & quotuplex ſit infamia, & quare à dignitatibus excludat.* ibi.

Cap. 2. *Afferuntur aliqui effectus infamiæ, ſeu ampliationes hujus diſpoſitionis.* p.539

Reg.88. *Certum eſt, quod is committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.* pagina 542

Cap. 1. *Explanatur germanus, & verus ſenſus præſentis Regulæ.* ibi.

Cap. 2. *Vtrum in legem committat, qui ſcienter contra legem adhuc non promulgatam aliquid operatur?* p.546

Finis Indicis Regularum,
& Capitum.

# INDEX

Rerum notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

*Littera R. Regulam. N Numerum marginalem. O. Obſeruationem in Titulum indicat.*


## A

*Abſentia. Abſens.*

ABſentia beneficiarii á Choro quibus cauſis excuſetur, R.41. N.6.7.8

*Abſolutio á peccatis.*

Non eſt danda niſi contritis in foro Sacramentali, r.5. n.5. Non eſt abſolvendus, qui perſiſtit in occaſione proxima, & voluntaria peccati, & quare, ibi. n.7. Reſolutio caſuum in praxi, ibi. n.8.

n. 8. Sed quid faciendum de eo, qui perſiſtit in occaſione proxima involuntaria, ibi. n. 9. Abſolutio eſt danda juxta ſtatum Pęnitentis, ibi. n. 11. Abſolutio nulla cum ſpe ratihabitionis, V. Ratihabitio. Abſolvendi facultas cum dictione: *Pluries*, & *Pluries* quatuor vices importat, r. 40. n. 5. Abſolutio poteſt dari moribundo conditionatè, ſi poſſum, unico teſte deponente eum confeſſionem petiiſſe, ibi. n. 15

Acceptatio Privilegii, V. Privilegium.

*Acceptilatio.*

Non recipit conditionem, neque diem, r. 37. n. 7. & r. 50. n. 3

Acceptio perſonarum, V. perſona:

*Acceſſorium.*

Naturam ſequi congruit principalis, r. 42. per tot. Acceſſorium quid, & quotuplex ſit, ibi. n. 1. Quomodo dignoſcatur à ſuo principali, ibi. Aliquando evadit principale, ibi. n. 2. Acceſſorium ſequitur naturam principalis; fallit tamen, & quando, ibi. n. 3

Actio, V. Actus.

*Actio. Actor.*

Actor quis dicatur in judiciis, r. 11. n. 1. Actor, & Reus dicuntur partes, ibi.

ibi.n.2. Actor unã tantum actionem intentare poteſt, r.20. n.1. Actori non licet, quod licet Reo, r.*32*.per tot. Actori non permittitur ulterior Teſtium reproductio, poſt cognitas depoſitiones, jam proditas à Teſtibus, ibi. n. 2. Neq; licet revocatio Procuratoris lite conteſtata, niſi cognita cauſa, ibi. n.*3*. Eadem dilatio conceſſa Actori ad teſtes capiendos, & Reo conceditur, ibi.n.4. Actor, & Reus ſimul tenentur comparere in judicio, ibi.n.5. Non procedunt à pari in eadem cauſa, & quare, ibi.n.*6*. Diſparitas inter Actorem, & Reum in eadem cauſa, ibi. n. 7. Finis Actoris agendo quis ſit, r.*60*.n.2.

*Actus.*

Actus melius eſt quod valeat, quam pereat, r.15. n. 4. Actus invalidi à principio an poſſint curſu temporis validari, & è contra, r.18.n.1.& 2. Caſus ſolvuntur ex fundamento à n.*3*. ad 12. ibi. Actus valet, ut poteſt, non ſicuti agitur, r.*37*. n. 26. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem, r.50. per tot. Actus quid importet in jure, & quinam Actus dicantur legitimi, ibi. n.1. Cum conditione, & die vitiantur, ibi. n. *2*. Per quam conditionem vitientur,

ibi.n.4. Actus qui nã recipiant cõditionem, atq; diem, ibi. n. 11. Actus moraliter, aut iuridicè nullus, nullum effectum cauſat, r.52. n.2. Solvuntur caſus, ibi à n.3.uſq; ad 7. Actus nullus aliquid operatur circa pœnam, ibi. n.8. Quando dicatur illegitimè factus, r. 64. n.1. Actus quando juramento firmetur, V. Contractus. Actus, qui per alium facit, eſt perinde, ac ſi faceret per ſe ipſum, r.72. per tot. Quodque verum eſt, ſi ejus executio ſit in alium tranſmiſſibilis; ſecus ſi non ſit tranſmiſſibilis, & qui iſti ſint, ibi. n.2. & 3. Actus tribuitur executori, & mandanti, ibi. n.14

*Adulator.*

Tenentur reſtituere, ſi ejus adulatione fuit cauſa efficax damni, r.4. numer. 37

*Advocatus.*

Poteſt aliquando obligari ex culpa levi ſub mortali reſpectu bonorum temporalium, r.4. n.12

*Alienatio.*

Alienatio rerum Eccleſiæ nulla eſt defectu ſolemnitatis, neq; tractu temporis convaleſcit, r.18. n.12. Alienatio rerum Eccleſiæ tribus caſibus eſt permiſſa, & valida, adhibitis ſolemnitatibus

tibus requiſitis, r. 37. n. 11. V. Inutile. Alienatio rerum Eccleſiæ, & minorum 25. annis prohibetur, & annullatur, r. 39. n. 4.

*Altare.*

Non eſt acceſſorium Eccleſiæ in ordine ad conſecrationem, ſed principale per ſe exiſtens; hinc deperdita conſecratione Eccleſiæ, non deperditur Altaris conſecratio, r. 42. n. 13

*Alternativa.*

In alternativis electio eſt debitoris, & ſufficit alterum impleri, r. 70. per tot.

Alternativa dictio nuncupatur disiunctiva à Iuriſtis, & quid ſit, ibi. n. 1. Alternativæ quatuor ſpecies, ibi. n. 2. In alternativis cur potius debitori, quam creditori electio concedatur, ibi. n. 3. In alternativis quare ſufficiat alterum impleri, ibi. n. 4. An, & quomodo id procedat in alternativis, tum affirmativè, tum negativè conceptis, ibi. Quid dicendum de Votis cum alternativa emiſſis, V. Votum. Alternativa tollit reſervationem, ibi. n. 5. Secus verò, ſi utraq; pars ſit reſervata, ibi. n. 7. An una parte alternativæ electa, poſſit eligens electam relinquere, & alteram amplecti, ibi. n. 8. per tot.

*Amaſius.*

An contrahat impedimentum compaternitatis, ſi ex ignorantia baptizet filium ex concubina natum, V. Ignorantia.

*Appellare. Appellatio.*

Appellationis tempus non currit ei, qui legitimè impeditus, ad appellationem non procedit, r.41. n.2

Approbatio, V.Conſenſus.

Approbare nemo poteſt, quod ſemel impugnavit, r. 38. n.1. Valet Regula in Teſtamentis, ibi.n.2. In contractibus, ibi. n.5. In impugnatione Teſtium, ibi. In materia Tutelæ, ibi. n. 6. Fallentiæ Regulæ aſſignantur, ibi. n.8. 9. 10.

*Archiepiſcopus.*

Extra ſuam Diœceſim nequit uti pallio, r.7. n.7

*Audiens.*

Audiens alium legentem librum prohibitum Hæretici, an cenſeatur per ſe ipſum legere, & ſic excommunicationem contrahere, r.72 n.17

*Authoritas.*

Authoritas Apoſtolica poteſt res unius convertere in jus alterius, r. 2. n. 24

*Attritio.*

Addita Confeſſioni delet peccatum, r.5.n.1. V.Contritio.

B

*Baptizatus.*

Baptizatus invalidè poteſt, imò debet iterum baptizari, r.52.n.7

*Beneficiarius.*

Habens curam Animarum, ſi ex ejus inſufficientia alteri malum eveniat peccat, & tenetur reſtituere, r.19.n.5. Beneficiarius lucratur diſtributiones, ſi per ipſum non ſtat, quin Choro aſſiſtat, r.41.n.6. Quibus cauſis excuſetur, ſi Choro non aſſiſtat; ibi, n.6.7.8. Sentiens commodum beneficii fructuum, ſentiat & onus recte ſuum officium peragendi, r.55.n.5. Nequit ante confirmationem, bona Eccleſiæ adminiſtrare indirectè, ut Procurator &c. r.84.nu.7. Non poteſt teſtari de bonis Eccleſiæ; ſecus de bonis ſuorum proventuum, ibi.n.11

Beneficium, V.Privilegium. Diſpenſatio.

Beneficium Principis decet eſſe manſurum, r.16. Conceſſum à lege à quo tolli poſſit, r 17.n.1. Beneficium Clericis conceſſum in favorem ſtatus ne-

quit ab eis renunciari , ibi. numero 2.

*Beneficium Eccleſiaſticum.*

Quid, & quotuplex ſit,r.1.n.1.2. Ejus inſtitutio quot modis fiat, ibi.n.2. Ejus electio, ſi obſtet impedimentum, quo ſubſidio iuvetur, ibi. Beneficii inſtitutio triplex electiva, præſentativa, & collativa, ibi. n.2. Beneficii poſtulatio in quo conſiſtat, ibi. Electio ad Beneficium requirit confirmationem , & quæ ſit, ibi. Præſentatio ad Beneficium, & Inſtitutio ſimul procedunt , & quid præſentato conferatur per inſtitutionem, ibi. n.2. Ad beneficium obtinendum duo alii modi inſtitutionis canonicæ aſſignantur,ibi. n.3. Vltima inſtitutio eſt pacifica poſſeſſio triennalis, quando fiat ex ea præſcriptio , & cur fuerit inventa, ibi. n.4. Beneficium quando poſſideatur injuſtè, ibi. nu.5. & 6. Nondum vacans non poteſt alteri conferri, r.1. nu. 5. Sine canonica inſtitutione non poteſt licitè obtineri, r.1.per tot. Canonicæ inſtitutionis ad beneficium defectus, quo ſubſidio juvetur, & qui eo gaudeant, r.1.n.6.& 9. In beneficio intruſi, qui ſint , ibi. numer.13. & 14. Beneficia reſervata in jure

re communi, quæ ſint, ibi. num.16.

Ad plura beneficia diſpenſatus, ad duo intelligitur diſpenſatus, r.40. n.3. Beneficium qui prius obtinuit, an, & quando ſit præferendus in acquiſitione talis beneficii ei, qui, & ſi poſterior in impetratione, prior tamen fuit in præſentatione litterarum, r.54.num.1. & 2. & ſeq.

*Bona:*

Bona incerta, V.etiam Reſ.quæ ſint, & quibus reſtituenda, r.4. n.66. Bona derelicta non ſunt reſtituenda, & quare, ibi, n. 69. Bona vacantia quæ? Non ſunt reſtituenda, & quare, ibi.num.70. Bona Chriſtianorum naufragantium ſunt reſtituenda, & quando habetur ut derelicta, ibi. n.71. Bona incerta ex delicto acquiſita cui reſtituenda, ibi.n.72. Bona quaſi derelicta cui fiant, ibi. Bona Vxoris comprehenduntur in privilegio conceſſo bonis Mariti, ſi ea cum iſtis communicent, r.7. n. 27. Bonorum Eccleſiæ alienatio, & locatio, V.Vtile. V.Alienatio.

*Bonus.*

Quilibet præſumitur, & quare, r. 8. num. 1

## C

*Capella.*

Quando cenſeatur polluta, ſi Eccleſia Monaſterii polluatur, in cujus ambitu continetur, r.42. nu.12. Quando Capella ſit acceſſoria Eccleſiæ, & an gaudeat immunitate, ibi. An poſſit conſecrari, ſi Eccleſia ſit conſecrata, V. Eccleſia.

*Caſus utriuſq; Iuris.*

Caſus utriuſq; Iuris ſi imperitus decidat, tenetur ad damnum, ſi quod ex ejus imperitia eveniat, r 19. n.4

*Cauſa.*

Cauſa Matrimonii ſecum trahit acceſſoriè cauſam de Dotis reſtitutione, 3. n. 15

*Cauſa moralis.*

Quæ, & quotuplex ſit, r.4. n.32. An, quando, & quo pacto teneatur reſtituere, ibi. à n.34. uſq; ad 42.

*Cenſura.*

Supponit actum externum peccaminoſum, r.4. n.48. An cenſuram incurrat peccans ex ignorantia, V. ignorantia.

*Certitudo. Certus.*

Certitudo triplex, quæque deſcribitur, r.31. n.1. Qui plenè de re aliqua

cer-

certus eſt, cujus finis eſt ſcientia, non eſt ei de tali re nova certioratio facienda, ibi. n.2. Reſolvuntur caſus de Venditore, ibi. n.3. De Legislatore, ibi. n.4. Qui certus eſt de re aliqua, noviter eſt certiorandus, ſi nova certioratio requiratur ut forma juris, ibi. n.6. Reſolvuntur caſus de Rei contumacia, ibi. n.7. De Clerico, ibi. n.8. De excommunicatione, ibi. n.9. De Legibus, & Teſtamentis, ibi. n. 10

*Clericus.*

Abutens fœmina, aut beſtia an incurrat pęnas Pii V. contra Clericos ſodomitas, r. 15. n.7. Clericus ſæcularis non punitur ea pęna, qua Religioſus, ſi fraudet Decimas, ibi. n. 11. Conſentiens in ſui percuſſionem, injuriam patitur, r. 27. n.6. Vt poſſit exui privilegio Clericali, trina poſcitur monitio, r.31. n.8. Clericus in ſacris ordinatus per metum gravem, non tenetur ad caſtitatem; quod probatur, r. 42. n. 4. Diſpenſatus ad Matrimonium, diſpenſatur etiam ab officio divino, ibi. n. 20. Clericus in ſacris nequit per ſe ipſum negociari; ſecus tamen per alium, r. 67. n. 6. & r. 72. numer. 28, 29

Cœ-

Cœmeterium quoad violationem, V. Eccleſia.

*Commodatarius.*

Quando culpa in Commodatario cenſeatur gravis, quæ aliàs eſſet levis, r. 4. n. 12

*Communitas.*

Communitatis Privilegium, ut Communitas eſt, an, & quando ad ejus individua extendatur, r. 7. n. 30. Communitas non gravatur ob unius membri delictum, r. 76. n. 2

*Compaternitas.*

An inſurgat inter Amaſium, & ejus amicam, ſi baptizet ex ignorantia filium ex ea natum, V. Ignorantia.

*Conditio.*

Conditio impoſſibilis, V. Impoſſibile.

Conditio inutilis, V. Inutile.

Conditio adiecta Actibus legitimis eos vitiat, r. 50. n. 2. Conditio impropriè dicta non vitiat Actus legitimos, ibi. n. 4. Quæ conditiones vitient Actus, & diſpoſitiones, ibi. à n. 4. ad 11. Conditio ſuſpenſiva non vitiat cenſuras, quæ non ſunt propriè actus legitimi, ibi. n. 11

Con-

*Conceſſio.*

Generalis non includit ea, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, r.*81.* per tot. Maximè quando ſequitur ex conceſſione injuſtitia, vel alterius præjudicium ibi. n.1. Vel ſi conceſſioni jus reſiſtat, ibi. n.4. Vel repugnet conceſſioni conſuetudo, vel ſtylus curiæ, ibi. n.6.7

*Confeſſarius.*

Si retrahat Teſtatorem à legatis Eccleſiis Matricibus faciendis contra prohibitionem Clem.I. ſed ut potius aliis pauperibus ea relinquantur, non tenetur reſtituere, r.4. n.*24.* Confeſſarius ex officio non monens pœnitentem ex levi negligentia, ut reſtituat, non tenetur reſtituere; ſecus verò, ſi ex gravi, aut malitioſè impediat, ibi. num. 42

*Confeſſio.*

Vt ſit valida requirit ſaltem attritionem ſupernaturalem, r.5. n. 1. Facta Sacerdoti, qui per ſe, vel per Nuncium licentiam audiendi Confeſſionem poſtulavit, ſi licentiam conceſſam Sacerdos ignoret an, & quando ſit valida, r.7.n.*13*

Qui nequit ex legitimo impedimento

mento confeſſionem facere in Paſchate, an teneatur tunc actum contritionis elicere, r.42. n.10. Confeſſio facta per Interpretem cenſetur facta per ſe ipſum, r.72. n.21. Confeſſionem integram an neceſſitas excuſet facere, r.78. num. 7

*Coniux.*

Nequit vovere caſtitatem conjugalem altero conjuge invito, r.56. num. 5. Conjugi infideli non tenetur alter conjux fidem ſervare, & quo pacto hoc intelligatur, r.75.n.2

*Conſecratio.*

Semel Deo conſacratum non eſt ad humanos, & profanos uſus transferendum, r.51. per tot. Amplia tam in animatis, quam in rebus inanimatis, ibi. n. 1. Niſi aliqua neceſſitas urgeat, ibi. Per inanimata, & animata quid intelligatur, ibi.n.1. & 2

*Conſenſus. Conſentiens.*

Conſentiens in damnum, cujus ſit cauſa efficax conſentiendo, tenetur reſtituere, r.4. n. 36. Conſenſus tacitus in maleficiis ſufficit ad ratihabitionem implicitam, & ad mandatum, r.9.n.3. In Matrimonio quando ſufficienter exprimatur per taciturnitatem, ibi. Conſen-

ſenſus debet dari ab omnibus, & ſingulis in re, quæ ad omnes ſpectat, r.29. per tot. num.1. Conſenſus majoris partis quando ſufficiat, ibi. n.3. Conſenſus an, & quando præſumatur ex taciturnitate, r.43. n.1. & ſeq. Conſenſus in re communi quando ſufficiat majoris partis, & quando requiratur ſingulorum, r.56. n.2

*Conſilium. Conſulens.*

Conſulens quando teneatur reſtituere ex damno ſequuto, r.4. num.35. Conſulens minus malum an, & quando peccet, ibi. Ex conſilio retractato ante factum probabiliter non ineſt onus reſtituendi, ibi. Conſulens regulariter non tenetur reſtituere, niſi conſilium ſit fraudulentum, r.52. per tot. Conſilium fraudulentum quodnam ſit, & quando detur, ibi. nu.3. Ex conſilio de contractu, & quaſi contractu quando teneatur Conſiliarius, ibi. num.4. Qui teneantur ex tali malo conſilio, ibi. n.5. Ex conſilio Ruſticorum, & hujuſmodi an, & quando inſurgat onus reſtitutionis, ſi ex eo damnum ſequatur, ibi. n.6. Ex conſilio malo mortali tenetur conſulens reſtituere, ſi damnum tertio eveniat; ſe-

ſecus tamen Conſulto, qui voluntariè conſilio adhęſit; dummodo conſilium non fuerit fraudulentum, ibi. n. 7

*Contractus.*

De re illicita an teneat, V. Pactum. An de re impoſſibili, V. Impoſſibile. In contractibus principalius eſt conſenſus, r. 6. n. 6. In contractibus oritur obligatio naturalis ex conſenſu utriuſque, r. 21. n. 1. & 2. Contractus utriuſque conſenſu diſſolvuntur, excepto Matrimonio, ibi. n. 3. In Contractibus innominatis poteſt dari unius diſplicentia ante impletionem, ibi. n. 4. Exempla ibi num. 6. 7. & 8. Contractus metu gravi celebrati an ſint jure naturæ omninò inualidi, ibi. n. 9. Contractum impugnans nequit commodum ex eo reportare, r. 38. n. 3

Contractus prohibiti ob favorem publicum non firmantur juramento, r. 69. n. 8 Secus ſi prohibeantur ob fauorem priuatum, niſi dolus, vis, & turpitudo interveniat ex parte creditoris; tenebit nihilominus ex vi juramenti, ibi. n. 10. Contractus ex contrahentium conventione legem accipiunt, r. 85. per tot. Contractus formam recipiunt ex pacto contrahentium, ibi.

ibi, n.1. Exemplum de Depoſitario, ibi. num. 2

*Contritio.*

Requiritur, vt peccatum deleatur extra Confeſſionem, r.5.n.1. Contritio perfecta includit propoſitum non amplius peccandi, ibi. n.7

*Creditor.*

Creditore remittente principali debitori, cęteri liberantur, r. 4. nu. 33. Creditor prior tempore inter cęteros creditores regulariter potior eſt jure, r.54.n.7. Creditor Hypothecatius prior præfertur tempore poſteriori, ibi. nu.8. Creditor poſterior poteſt priori pręferri, ſi prior jus in re non acquiſierit, ibi. n. 9. Inter quos creditores non ſervetur ordo, ibi. n.10. Creditor poſterior in quibus caſibus ex jurium diverſitate pręferatur priori habenti hypothecam, ibi. n. 11. Majori parte creditorum remittente debitum hęredibus recuſantibus adire hęreditatem, cenſetur, & minor remittere, r.56. numero 10

*Culpa.*

Debet comenſurari pęnæ, r.4. nu.11. Sine culpa non eſt aliquis puniendus pęna æterna, ſecus de temporali, r.22. & 23.

& 23. n.1. 2. Culpa propriè diſtinguitur à cauſa, ibi.

*Culpa juridica.*

Quotuplex? reſpicit forum externum; & quando obliget ad reſtitutionem, r.4.n.8. Quare culpa lata obliget ad reſtitutionem, ibi. n.9. Culpa juridica quæ? non obligat ad reſtitutionem niſi poſt ſententiam Iudicis, ibi. n.76

Culpa Theologica, V. Peccatum.

*Cuſtodia. Cuſtos.*

Negligenti in cuſtodiendo non eſt res iterum committenda. *Obſerv. in Tit.* Cuſtodes domus, nemorum &c. ex qua culpa obligentur, r.4. n.11

D

*Damnum.*

Damnum non impediens an, & quando teneatur reſtituere, r.4. num.5. Damnum alteri illatum ex tutela inculpata non obligat ad reſtitutionem, ibi. n.9. Damnum illatum per ſervos, animalia &c. quando ſit compenſandum ante ſententiam Iudicis, r.4. n.76. Damnum illatum ab animalibus ex culpa Domini cenſetur per ipſum illatum, ibi. Damnum emergens, V. Fur, V. Reſtitutio. Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet non aliis im-

imputare, r. 86. per tot. In quibus materiis locum habeat, ibi, à n. 3. ad nu. 8. quodq; intelligi de foro externo, ibi. num. 9

*Dare.*

Dare nemo poteſt quod non habet, r. 79. per tot.

*Debita. Debitor.*

Debitor præſcribens, V. Præſcriptio. Non poteſt eadem ſolutione pluribus creditoribus ſatisfacere, r. 4. n. 17. Debita ex delicto, & ex contractu quando reſtituenda, r. 4. nu. 30. Ex Legato, V. Legatum. Si debitor principalis liberetur à reſtitutione per condonationem creditoris, cæteri liberantur, r. 4. n. 33. Debitor moroſus ex caſu etiam fortuito tenetur, ibi. n. 78. Debitor ex Iudicis præcepto ſolvens minori, non tenetur amplius, r. 24. n. 4. Debitor quando regulariter dicatur eſſe in mora, r. 25. n. 2. Debitor ex delicto v. g. Furto, ni ſtatim reſtituat, dicitur moroſus irregulariter, ideſt ex natura rei, ibi. Debitor purgat moram ignorantia facti alieni, r. 60. n. 7. Debitum per alium ſo-

ſolutum ſe habet, ac ſi debitor ipſum ſolviſſet, r.72.n.2

Debitum Coniugale, V.Petere.

*Defenſio.*

Defenſiones plures conceduntur Reo in judicio, reg.20. numer.1. V. Reus.

*Delegatus.*

Non poteſt iterum ſententiam ferre, ſi prima nulla fuit defectu alicujus eſſentialis requiſiti á jure, reg 52. num. 11

*Delictum.*

Delictum unius non debet alteri nocere, r.22. r. 23. & quomodo hoc intelligatur, ibi. n. 1. & 2. Delictum ſuperioris &c. non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare, reg. 76. per tot. Neq; Communitatis, ibi. numer. 2. Neque delictum Pontificis in Eccleſiæ Romanæ detrimentum, ibi. num. 3

*Depoſitarius.*

Quando teneatur ſub mortali de culpa levi, reg. 4. num.12

*Dictio.*

Dictio *Pluries*, & *Pluries* quid importet, r. 40. num. 5. Dictio *Et* & Dictio *Cum* quomodo differant inter ſe in oratione, r. 42. num. 17. Dictio *Omnis*, poteſt ſumi vel diſtributivè, vel collectivè, r. 29. numer. 2. Dictio *Dummodo* poſita in licentia Pontificis reſervandi penſionem reſignanti beneficium, importat formam ſubſtantialem, r. 38. n. 13. Sub medio. Dictio *Vel* quando ſumatur copulativè, r. 48. n. 1. in fin. Dictio *Communi* ſumitur, & diſtributivè, & collectivè, r. 56. num. 1. *Dictio Perindè* quid importet in jure, reg. 72. num. 1

Diſpenſatio, V. Privilegium. Beneficium.

Diſpenſationis valor, V. Privilegium. Diſpenſatio obtenta pro ſe, & pro alio, quando valida ſit in executione, ſi unus tantum acceptet, altero ignorante, r. 7. n. 10. Diſpenſatio ut ſit valida, quando ab utroque debet acceptari, pro quo fuit poſtulata, ibi. n. 11. Diſpenſatio in impe-

dimento affinitatis , & conſanguinitatis extenditur ad alterum conſanguineum, & affinem, ipſo etiam ignorante, & non acceptare, & quando, ibi. n. *27*. Diſpenſatio inferioris in lege ſuperioris, V. Iudex . Diſpenſatio ad plura beneficia intelligitur de duobus, r.40. n.*3*

*Diſtributor*.

Diſtributores ex commiſſione Principum tenentur reſtituere, ſi bona, & ſpolia , quæ erant Civibus pauperibus diſtribuenda , divitibus diſpenſent, r.*4*. n.21

*Dolus*:

Duplex, bonus, & malus, r. *36*. n. 1. Æquiparatur in jure latæ culpæ , ibi. n.2. Qui dolo rem poſſeſſam deſinit poſſidere in præjudicium tertij , poteſt conveniri tanquam verus poſſeſſor , ibi. n.*3*. Dolus nemini patrocinatur, ibi. Qui dolo rem poſſeſſam in alium transfert, vel deſtruit, ut verus poſſeſſor habetur, ibi. n. 4. Item qui alium impedivit, ne poſſideret , ibi.

ibi. nu. 5. Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem, reg. 59. per tot.

*Dominium*.

Dominium rerum alienarum acquiritur per immixtionem, ſi functionem habeant, & quo pacto, reg. 4. numero 62.

*Donatio*.

Vltra centum ſolidos non inſinuata, non eſt invalida pro minori ſumma. *Obſerv. in Tit. in fin.*

*Dubium*.

Dubium negatiuum quid ſit? & quid affirmativum, r. 7. n. 7. In dubio nemo præſumitur malus, r. 8. num. 2. In dubio an liceat ſuſpicari de malo, V. Suſpicio. In dubio puro pro poſſeſſione judicatur, r. 8. n. 12. Practicatur doctrina, & ex ea plures caſus reſolvuntur ibi. à n. 13. ad 23.

E

*Eccleſia*.

Sequitur ius Civile in collatione Iu-

riſdictionis, r.1. n.13. Eccleſia Romana quæ ſit, r.2. & 3. n.4. in fin. Omnes Eccleſiæ ſubiiciuntur authoritati Apoſtolicæ, r.2. n.24. Eccleſia polluta an cenſeantur etiam pollutæ Capellæ, regul. 42. n. 12. An Cœmeterium, ibi. Eccleſia in ordine ad conſecrationem non eſt principale reſpectu Altaris, ibi. n.13. Si Eccleſia ſit conſecrata, nequeunt conſecrari Capellæ in ea exiſtentes, & quare, r.42. n.21. Eccleſia neminem ligat cenſuris ante pubertatem, r.72. Eccleſia poteſt repetere rem ſuam venditam ſine ſolemnitatibus, r.48. n.6

*Ejecti.*

Ejecti à Religione teneatur obſervare tria vota eſſentialia, r.42. num.6. Non tenentur legibus particularibus ſuæ Religionis, ibi. n.7. Sunt perpetuò Religioſi, ibi. An teneantur ad horas canonicas, ibi. n.8. Neque tenentur ad vota particularia illius Religionis, & quare, ibi. n 9

*Electio.*

Electio ad beneficium debet eſſe cano-

no-

nonica, r.1. n.5. Electioni ſi obſtet impedimentum canonicum, requiritur poſtulatio, ibi. n.2. Electio nulla cum ſpe ratihabitionis, V. Ratihabitio. Electio, ad quam tot determinati ſcrutatores requiruntur, an ſit valida, ſi plures quam forma præſcribat interveniant, r. 37. n. 22. Electio ad beneficium Eccleſiaſticum, an tota vitietur, ſi electus cum uno tantum ex electoribus Simoniam commiſerit, ibi. n.23. Electio ad beneficium Eccleſiaſticum per Simoniam à Collatore, ſeu Proviſore volita, ſed à proviſo ignorata, tota vitiatur, & quare, ibi. numer.24. Electio facta ab eligente non jure ordinario, ſed jure devolutioni, ſi nulla ſit principio, à quo debeat iterari, r. 52. n.10. Electio facta, ſi ſit ipſo jure nulla, poteſt iterum fieri ab Electoribus jure proprio eligentibus; ſecus verò ſi non ſit ipſo iure nulla, ſed poſſit annullari, ibi. n.10. in fin.

*Electores.*

Conſentiunt in peccatum, & pęnam tacendo, cum ſine gravi damno, & incommodo poſſint obſtare iniquæ electio-

ctioni; ſecus verò quoad validitatem actus, r.43.n. 8. Electores eligentes indignum, nondum electione executioni mandata, an priventur jure eligendi pro prima vice tantum, r.52. num. 3. Electores nulliter eligentes, V. Electio.

*Eleemoſyna.*

Negans eleemoſynam extremè indigenti non tenetur ad reſtitutionem, r.4. n.5

*Emancipatio.*

Nequit fieri ſub conditione de futuro, r.50.n.7

*Emptio. Emptor.*

Emptor bonæ fidei licitè reddit latroni rem emptam, ſi alio modo nequeat pretium recuperare, r.4. nu.19. Ementes à filiis familias, ſervis, Monachis &c. an poſſint reddere pretium, & cum pupillis reſcindere contractum, ibi. n.20. Emptor bonæ fidei quid teneatur Domino reſtituere, ibi. nu. 45. Emptor malæ fidei non tenetur reſtituere res alienas emptas à fure, ſi fuerint permixtæ cum rebus ipſius furis,

ris, ſed æquivalens, ibi. n.*63*. Emptor bonæ fidei non tenetur reſtituere res emptas cum ſuis propriis immixtas, neq; æquivalens, ibi. n. 64. Emptor non poteſt recedere à conventione altero contrahente invito, & quando, r.21.n.*3*. Emptor ni ſolvat tempore præfixo, eſt in mora legis miniſterio, & tenetur reſtituere fructus naturales,vel mixtos rei emptæ, r. *25*. nu.*3*. Emptori nondum ſoluto pretio cedit onus periculi, & lucri rei emptæ, reg. *55*. num. 2

*Epiſcopus.*

Epiſcopus extra Territorium quid validè agat, r.*26*. n.*4*. Epiſcopi electio cum concurſu laicali, V. Inutile. An Epiſcopi facultas ordinandi ſuum familiarem non ſubditum, ſe extendit, etiam ad diſpenſandum in interſtitiis r.4*2*. n.14. Epiſcopus alienus non poteſt diſpenſare ab aliquo impedimento ſubditum alterius Epiſcopi virtute primæ facultatis, qua ad ſe mittitur, ut ſacris initietur, r.*42*. n.19. Epiſcopus videns Sacerdotem ſine juriſdictione audientem Confeſſiones, ſi taceat, & poſſit impedire, an illum diſpenſet,

r.*43*. n. *9*. Epiſcopi an ligentur Decreto Ordinarii, prohibentis allocutionem cum Monialibus, r. *72*. n. *25*. Epiſcopi ſunt Procuratores, non Domini rerum Eccleſiæ, r. *76*. n. *1*. Epiſcopus tenetur ad debita ſui Prædeceſſoris in utilitatem Eccleſiæ contracta, reg. 77. num. *2*. An in generali facultate conceſſa ſuo Vicario, etiam Epiſcopo alterius Diœceſis, veniant ea, quæ pertinent ad munus Epiſcopale, r. 81. n. *3*. Epiſcopi facultas alicui conceſſa pro electione confeſſarii, non ſe extendit ad abſolutionem pro reſervatis, r. 81. num. *7*.

## *Exceptio.*

Quid ſit, & quomodo differat ab actione, r. *60*. n. *2*. Exceptionis diviſio, ibi. n. *3*. Exceptionis validitas fundatur injuſta cauſa excipiendi, ibi. n. 4. Exceptionem obiiciens non videtur de intentione adverſarii confiteri, r. *63*. per tot. Exceptio eſt quædam ſpecies defenſionis, ibi. Exceptio multò magis datur ei, cui conceditur actio, regul. *71*. per tot. Exceptionis extenſio, ibi. á n. *1*. ad *6*.

## *Excommunicatio.*

Excommunicationem an incurrat peccans ex ignorantia craſſa vincibili, quando tali peccato eſt annexa excommunicatio, r. 4. n. 47. V. ignorantia. Excommunicationem latam in *Clem. unic. de conſangu. & affin.* non incurrunt fęminæ ſæculares nubentes Religioſis profeſſis, r. 15. n. 8. Neque excommunicationem *Trident.* contra cogentes fęminas ingredi Monaſteria, incurrunt cogentes viros, ibi. nu. 9. Neque excommunicationem contrahunt miniſtrantes Baptiſmum, & Pęnitentiam ſine licentia Parochi, quæ habetur *Clem I. de Privileg.* ibi. n. 10. Neque eam incurrit Clericus ſæcularis, quam contrahit Religioſus fraudans decimas, ibi. n. 11. Excommunicatio *Gregor. XIII.* contra ingredientes in Monaſteria Monialium prætextu litterarum Apoſtolicarum extenditur etiam ad ingredientes ſine tali prætextu ex declaratione *Pij V.* ibi. num. 12. Excommunicatio, niſi aliud exprimatur, ſemper de majori intelligitur, ibi. n. 15. Requirit ordinarié trinam moni-

nitionem, ut inferatur, r. 31. num. 9. Impoſita delicto de majori intelligitur., r. 49. n. 4. ad 5. Excommunicatus an poſſit eſſe Actor, r. 67. n. 3. Excommunicatus ſecretus licitè Miſſam celebrat ex metu mortis, regula 78. numero 7

*Executor.*

Executoris teſtamentarii munus in jure communi prohibetur Fratribus Sancti Franciſci de Obſervantia, neq; ſuper hoc à ſuis ſuperioribus poteſt fieri diſpenſatio, reg. 43. & 44. numero 11

*Exorbitare.*

Exorbitare quid importet, & in quo differat á corrigere, r. 28. n. 1. Quæ exorbitant à jure communi non ſunt trahenda ad conſequentiam, ibi.n. 2

*Extenſio.*

Extenſio an, & quando fiat in pęnalibus, V. Pęna. V. Lex. In Privilegiis, V. Privilegium.

## F

### *Factum.*

Factum non præſumitur, niſi probetur, r. 8. n. 3. Factum legitimè retractari non debet, licet poſtea caſus eveniat, á quo non potuit inchoari, r. 73. per tot. Factum legitimè quod nam dicatur, ibi. n. 1. Factum validè ab initio, & ſemel placitum, non dirimitur per ſubſequens impedimentum, quod omnia dirimeret, ſi antea præceſſiſſet, ibi. n. 3

### *Falſitas.*

Falſitas in una parte Proceſſus ex parte Teſtis, an, & quando vitiet totum Proceſſum, r. 37. n. 19. An falſitas in una parte inſtrumenti vitiet totum inſtrumentum, ibi. n. 21

### *Familiares.*

Includuntur in Privilegio conceſſo Dominis Miſſam audiendi tempore Interdicti, r. 7. n. 28. Familiaris Epiſcopi poteſt ab Epiſcopo eodem ordinari, ſi ei per triennium inſervierit, reg. 42. num. 14

*Farina.*

An veniat nomine frumenti, reg.88. num. 4. Farinæ extractio extra territorium, an ſit in fraudem legis prohibentis extractionem Frumenti, ibi.

*Favor.*

Fauores ſunt ampliandi, r. 15. num.1. Favor, & odium quando concurrunt inſeparabiliter in eadem diſpoſitione, an ſit dicenda tunc diſpoſitio fauorabilis, vel odioſa, ibi n.4.

*Feudatarius.*

Non habet plus juris in Feudo, quam habebat Dominus, qui eum inveſtivit, r. 79. n.1.

*Fictio.*

Fictio juridica quid operetur in Ratihabitione, r. 9. n.2.

*Fidelis.*

An peccet, ſi die feſtivo opera ſervilia exerceat per infidelem, reg. 72. numer. 16.

*Fides.*

Bona, & mala quæ, r.2. n. 1.6. Bona fides

fides requiritur ad præſcriptionem, & quo pacto, ibi. n.6. Præſcriptio ſecundum Ius Civile, V. Ius Civile. An mala fides, quæ fuit tandem error compertus, impediat præſcriptionem, V. Præſcriptio. Mala fides de jure canonico an præſcribat, r.2. n.24. Mala fides impedit beneficiarium ne preſcribat jus ad beneficium per triennalem pacificam poſſeſſionem, & hoc probabilius, r.2.n.25.& r.1.n.9. Fides in malis promiſſis non eſt ſervanda, r. 69. per tot. V. Promiſſio. Fidei profeſſio poteſt fieri à beneficiario per aliũ, r.72. n.4. Fidem non teneris ſeruare ei, qui tibi eam fregit, r.75.per tot.

Fidem frangens cenſetur infamis à jure, ibi. n.1. Fides non eſt de jure ſervanda alteri contrahenti, ſi contra qui non ſtetit, & quo pacto hoc intelligatur, ibi. n.2. Fidem Vaſſallus non ſervans poteſt feudo privari, ibi. num.3. Fidem frangenti non eſt fides ſervanda, ibi. n.5. Amplia à n. 5. ad 8. Limita in ætate diſparibus, ut Pupillus, qui non tenetur ſtare contractui inito ſine Tutoris licentia, ibi. n. 9. Fides bona non præſumitur in eo, qui contra legem mercatur, r.82. per tot. Fides mala-

la

la quomodo dignoſcatur, ibi. nu. 1. & ſequ. Mala fides putata, etiam ſi non ſit, non præſcribit, ibi. n. 5. Fidei bonæ, & malæ probatio, ibi. Mala fides, in quibus perſonis, & contractibus non præſumatur, ibi. n.6.7.8. Bona fides non patitur, ut exactum iterum exigatur, r.*83*

*Filia. Filius.*

Filius familias an poſſit præſcribere, V. Præſcriptio.

Filiæ quando comprehendantur in Privilegio conceſſo filiis, r.7. n *26*. Filius an gaudeat, & quo privilegio Patris, ibi. n.*29*. Filia quoad conſenſum implicitum in Matrimonio, V. Conſenſus. Filiorum numerus pluralis quando ſalvetur in ſingulari, r. 4. numer.11. Filium ſi quis poſſideat, non dicitur non habere filios, ibi. n. 14. Filius an excuſetur prætextu ignorantiæ, ſi neſciat Teſtamentum Patris, r.*14*.numer.*6*. Filius hęres Iuris Patronatus tetetur defendere Eccleſiam, cui eſt annexum idem Ius patronatus, r. 77. n. 1. Filius an poſſit petere emancipationem á Patre ratione legati ad hunc finem ipſi Patri relicti, r.*84*. n.*8*

*Fi-*

*Fiſcus.*

Succedens in bonis emphyteuticatis non fit Dominus directus illorum, ſed novus emphyteuta obligatus ſolvere privato Domino annuam penſionem, r.48. n. 5

*Fœmina.*

Fœmina ſęcularis nubens Religioſo profeſſo, an incurrat excommunicationem latam in *Clem.* contra Moniales profeſſas nubentes &c. reg.\15. numer. 8

*Forma.*

Forma ſubſtantialis quibus verbis inducatur, & inducta cognoſcatur in legibus, r.64. nu. 2. & ſequ. In quibus legibus ſervanda, ibi. n.7. & 8. Forma ſervanda eſt in Actibus etiam juramento firmatis, ibi. n. 9. Forma ſubſtantialis ſi non ſervetur in Actibus etiam juramento firmatis, an & quando illos irritet, ibi. uſq; ad n.11

Forma legis quando non ſit obſervanda, ibi. n.12. & 13

*Fur. Furtum.*

Fur quoad reſtitutionem, V. Reſtitutio.

Google

tio. Si res pereat apud furem, V. Reſtitutio. Non tenetur reſtituere veſtem furatam, quam credebat eſſe alienam, ſed poſtea compertam eſſe ſuam, r. 4. n.7. Inferens damnum, tenetur reſtituere, ibi. n.17. Ex furto accepta cui reſtituenda, ibi. n.29. Fur tenetur ad rem furatam, v. g. ad equum, lucrum ceſſans, & ad damnum emergens, ibi. n.43. Non tamen ad damnum ſequutum per accidens, ibi. n. 44. Fur reſtituat acceptum pretium pro omiſſione furti, ibi. n. 52. Fur tantum reſtituat, quantum de lucro ceſſavit, aut de damno Dominus ex ejus malitioſa actione paſſus eſt, ibi. n.80. Exemplum ibi, n.81.

G

*Genus:*

Generi per ſpeciem derogatur, r.34. per tot. Genus quid ſit apud juriſtas, ibi. n.1. Hęc Regula in quibus materiis locum habeat, ibi. n.4. Generi per ſpeciem, ideſt toti per partem, univerſali per particulare derogatur, niſi in genere, ſeu toto quis jus acquiſierit, ibi. n.5. Reſolvuntur caſus ex hoc fundamento à n.6. ad n.12. Fallit hæc Reg. in Privilegiis, & quando, ibi. n.13. & 14

Gra-

Gratia, V. Beneficium. Privilegium. Diſpenſatio.

Gratia an ceſſet ceſſante totaliter cauſa, ob quam fuit conceſſa, r.7. numer.42. V. Privilegium.

## H

*Hæres*, V. etiam ſucceſſor.

Hæres quid poſſit petere in judicio ſolutum per juris ignorantiam, reg. 13. num. 4. Hæres poteſt de jure canonico conveniri ex delicto defuncti; ſecus de jure civili; niſi ex delicto perſonali, r. 4. n.33. Hæres ſuus qui ſit? Poteſt hæreditatem recuſatam intra trienium revocare, niſi res hæreditariæ ſint alienatæ, r.21. n.8. Hæres quando excuſetur ratione ignorantię circa Teſtamentum, r.14. per tot. V. Ignorantia. Hæres non poteſt habere legatum ex Teſtamento, quod ut falſum impugnavit, r.38. n.2. Tenetur ſervare conventiones factas in vita á Defuncto, r.46. n.2. Item proſequi cauſam coram eodem Iudice à Prædeceſſore inceptam, ibi. n.3. Hæres tenetur ad pęnas pecuniarias, ad quas fuiſſet condemnatus ejus prædeceſſor; ſecus de pœna cor-

corporali dicendum eſt; ibi. num. 4. Amplia etiam de hærede mediato, ibi. n.5 Non poteſt ex propria perſona contra factum Defuncti agere, ibi. num. *6.* Hæres tenetur ad vota realia defuncti; ſecus de perſonalibus, r. *46.* num. 12. ſed quid de Votis mixtis, ibi. num. 13. Vel ſi Votum à Defuncto fuit diſiunctivè emiſſum, ibi. n. *14.* Hęres ſentiens commodum hæreditatis, ſentiat & onus legitimæ tutelæ, r. 55. num. 2. Hæres, ſi contra prohibitionem Teſtatoris exigat à debitore hæreditario debitum, debet reſtituere, & repelli doli exceptione, r. *59.* n. *5.* Hæres tenetur ad obligationem defuncti, non ex vi juramenti, ſed ex vi contractus, ſi fuit juramento firmatus, r. *69.* n. 14. Hæres, cui duplici jure defertur hęreditas, una via ſibi clauſa, per aliam ad eam poterit tranſire, r. *84.* n. *9*

### *Homicidium.*

V. Occidens. Occiſor.

### *Homo.*

Homo liber an poſſit præſcribi, V. Pręſcriptio.

*Horæ Canonicæ:*
V. Officium Divinum.

# I

## *Ignorantia.*

Ignorantia triplex Iuris, facti, & pœnæ, r. *4*. n. *47*. Ignorantia tam juris, quam facti duplex, vincibilis, & invincibilis, ibi. Vincibilis duplex, alia craſſa, ſeu ſupina, alia affectata, ibi. An, & quando ignorantia excuſet à pœna, ibi. in fin. Ignorantia alia eſt antecedens, alia comitans, alia conſequens, ibi. nu. 48. An excuſent à reſtitutione, V. Reſtitutio. Quid ſit, & quotuplex, ibi. Ignorantia, quæ excuſet in foro externo, r. *13*. à n. *2*. ad 4. Ignorantia invincibilis an, & quando poſſit dari de his, quæ ſunt juris poſitivi humani, ibi. n. *5*. & ſeq. Ignorantia invincibilis poteſt dari agibilium, & credibilium de jure divino, ibi. num. *9*. Secus de contentis in Symbolo, & Decalogo inter Fideles, niſi eos excuſet impotentia, vel inadvertentia, ibi. n. 10. In nullo foro datur ignorantia invincibilis eorum, quæ homo debet, & po-

& poteſt ſcire naturaliter, ibi. n. 11. An ignorantia ſive juris, ſive facti excuſet ab incurſioni pœnæ, & cenſuræ, ibi. n. *12.* & ſequ. Solvuntur caſus, ibi. à n. *16.* ad *20.* An ignorantia reſervationis excuſet ab incurſu, ibi. numer. 21. Iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere, qui in jus ſuccedit alterius, r. *14.* per tot. Practicantur caſus ex fundamento Regulæ, ibi. à nu. 3. ad 7. Ignorantia excuſat à mora, reg. *25.* n. *4.* Ignorantia præſumitur, ubi ſcientia non probatur, & quare, r. 47

*Illegitimus.*

Nequit eligi ad Beneficium Eccleſiaſticum, poteſt tamen poſtulari, r. 1. nu. 2

*Impediens.*

Impediens vi, fraude &c. ne alteri aliquod, & ſi gratuitum, conferatur, v.g. Legatum, Beneficium, tenetur reſtituere; ſecus verò, ſi impediat ſine vi &c. & quare, r. 4. n. 22. & 23

*Impedimentum.*

Impedimentum non præſtat, quod de

de jure non ſortitur effectum, r. 52. per tot. Impedimentum publicæ honeſtatis non inſurgit ex ſponſalibus invalidis defectu ætatis, vel conſenſus, r. 52. num. 6

## *Impeditus.*

Impeditus, quando legitimè excuſetur, ſi non faciat, quod per ipſum erat faciendum, r. 41. n. 1. Ponitur fundamentum, & ex eo reſolvuntur caſus. ibi. à n. 2. uſq; ad 8

## *Impoſſibile. Impoſſibilitas.*

Impoſſibilium non eſt lex, neq; obligatio, r. 6. n. 1. Impoſſibile quotuplex, ibi n. 2. Impoſſibilis conditio addita contractui, irritat ipſum, ibi nu. 5. Adiecta ultimis voluntatibus, V. Vltima voluntas. Adiecta contractui Matrimonii, quid operetur, ibi. n. 7. Impoſſibilis eſt conditio appoſita contractui cum gravamine tertii, ibi. n. 8. Exempla, ibi. n. 9. & 10. Impoſſibilitas excuſat à mora, r. 25. n. 4

Incerta, V. Bona.

Indicare, V. Manifeſtare.

*Individuum.*

Individuum aliquod ex quadruplici capite dici poteſt, r.37.n.3

*Indulgentia.*

Indulgentia per ſe non delet peccatum, r.5.n.1

*Infamia.*

Infamia arcet à dignitatibus, r. 87. per tot. Quid ſit, ibi. nu. 1. Quotuplex ſit, ibi. n.2. Privat dignitatibus obtentis, & obtinendis, ſi ſit Infamia juris declarata à Iudice, ibi. n.6. Infamis à quibus Actibus repellatur, ibi. n.7. Infamem infamia ubiq; comitatur, ibi. n. 8. Infamis quando poſſit eſſe Teſtis, ibi n. 9. Infamia facti quo pacto tollatur, ibi. Infamis nequit teſtificare ea, quæ ante infamiam vidit, ibi. n.10

*Infirmus.*

Infirmus beneficiarius quoad Chorum, V. Beneficiarius.

*Inhabilitas.*

Inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum, V. Benef Eccleſ.

*Iniu-*

*Iniuria.*

Non fit ſcienti, & conſentienti, r. 27. per tot. Iniuria, ut fiat alteri quot requirantur, ibi. nu. 1. & ſequ. Iniuriam patitur, qui per vim, dolum &c. inducitur ad contrahendum, ibi. n. 4. Item iniuria irrogatur Virgini, ſi tali metu defloretur, ibi. n. 5. Alia exempla, ibi á n. 5. ad 8. Iniuria non fit Mulieri volenti rapi in foro conſcientiæ, neque propriè dicitur rapta; ſecus in foro externo, ibi. n. 9

*Inſtitutio Canonica.*

Inſtituere Pręſentatum à Patrono Eccleſiæ pertinet ad Epiſcopum, r. 1. n. 2 Inſtitutio, ut ſit canonica, quæ requirantur, r. 1. n. 5. & 6

*Inſtrumentum.*

Inſtrumentum à Notario confectum, ſi in aliqua tantum parte ſit falſum, an, & quando totum corruat, r. 37. n. 21. Ex Inſtrumento de falſitate impugnato, nequit impugnans aliquod commodum reportare, r. 38. n. 4

*Interdicto.*

Interdictum contra Civitatem exten-

tenditur etiam ad ſuburbia, r. 49. nu. 6. Interdictum contra Eccleſiam, an, & quando extendatur ad cœmeterium, & Capellas, ibi. n. 7

*Interpretatio.*

Quæ facienda in contractibus obſcuris, r. 30. n. 3. Quæ in legibus, ibi. Quæ in pęnis obſcuris, ibi. Quæ in ultimis voluntatibus, ibi. n. 4. Quæ in Legatis, ibi. n. 5. Quæ in materia peccaminoſa, ibi. n 6. Interpretatio facienda eſt contra eum, qui cum clarè poſſet loqui, obſcurè nihilominus loquutus eſt, r. 57. per tot. Finis legis hic quis nam ſit, ibi. n. 1. Solvuntur caſus ex fundamento Regulæ, ibi. n. 2. & ſeq. Fallentiæ Regulæ aſſignantur, ibi. caput 2. n. 5. & ſeq.

*Intruſi.*

Intruſi in beneficio qui dicantur, & an gaudeant triennali pacifica poſſeſſione, r. 1. n. 6. 13. & 14

*Inveſtitura.*

Inveſtitura beneficii quid ſit, r. 1. n. 2. in fin.

*Inu-*

*Inutile.*

Inutile ex quotuplici capite oriatur, r.37. n.2. Inutilis circunſtantia adjecta contractui, an, & quando ipſum irritet, ibi. n.4. Si inutilis circunſtantia utili coniuncta, ſit impedimentum dirimens, totus actus vitiabitur, ibi. n 5. Ex fundamento ſolvuntur caſus, ibi. à n.6. ad 9. Inutile additum utili, ſi à lege ſit interdictum, & ab utili nequeat ſeparari, totum contractum vitiat, ibi. num.10. Ex hoc fundamento ſolvuntur caſus à n. 11. ad 23. An pars inutilis conjuncta cum utili, ſive inepta eidem Voto, vitiet totum Votum, ibi. nu.25. & ſequ. Quando pars utilis vitietur per partem inutilem in materia Voti, aſſignantur tres Regulæ, ibi. à n. 28. ad 30

*Irregularis. Irregularitas.*

Irregularis non poteſt canonicè inſtitui in beneficio, r.1. n.5. Irregularitas proveniens ex delicto non contrahitur per ignorantiam comitantem, reg. 4. num. 48

*Iubens. Iuſſio.*

Iubens damnum inferri tenetur re-

ſtituere, nec non damni executor, r. 4. nu. 34. Sed quid ſi mandatum retractet ante factum, ibi.

*Iudex. Iudicare.*

Iudex ex ſententia in fine cognita juſta, ſed in principio putata injuſta, non tenetur reſtituere, r. 4. num. 5. Iudex non impediens mala, tenetur reſtituere, ibi. n. 17. Iudex ſtipendiatus à Principe tenetur rèſtituere pretium acceptum pro ferenda juſta ſententia, ibi. n. 50. Secus de pretio accepto poſt injuſtam ſententiam latam, ibi. numer. 58. Pro quo ſit judicandum, quando obſcura ſunt jura litigantium, reg. 8. num. 2. Iudici incompetenti non eſt parendum, reg. 24. num. 2. Et quid ſi præcipiat in materia indifferenti, V. Superior. Iudicis officium quid importet, reg. 26. num. 1. Iudicis officium, duplex, ibi. Iudicis Acta, quando ſint invalida? Iudex incompetens quis ſit, ibi. numer. 3. Iudex an, & quando validè agat in ſubditum extra Territorium, & in non ſubditum intra Territorium, ibi. n. 4. Iudex invalidè agit ſine juris ordine, ibi. n. 5. Invalidè diſpenſat in lege

lege ſuperioris, ibi. n.6. Iudex Eccleſiaſticus cognoſcens cauſam Matrimonii, judicat etiam acceſſoriè de dotis reſtitutione, r. 42. n.15. & r. 84. n.10

*Iudicium temerarium:*

Iudicium certum non debet fieri de malo non probato, r.8. n.4

*Ius. Iura.*

Iura litigantium ſi ſint obſcura, contra petitorem judicari ſolet, r. 8. nu. 11. Iura quid importent, quando dicantur obſcura, & tunc pro Reo potius judicandum eſt, r.11.n.3

*Iuris ordo.*

Iuris ordo in quo conſiſtat? Iuris ordine non ſervato, an validæ ſint ſententiæ? r.26. n.5

*Iuramentum.*

Preſtitum contra bonos mores non obligat, r.58. per tot. Quod nam dicatur, ibi. nu. 1. & 2. Contra legem obligantem ad culpam Theologicam non obligat, ibi. nu. 3. Iuramentum contrà leges civiles, an, & quando obliget, ibi. n.7. Iuramentum contra Iuramentum, non obligat, imò eſt peccaminoſii,

ibi. n.8. Geſta contra obligationem juramenti an ſint valida, ibi. n.9. Exempla, ibi. n.10

Iuramentum additum contractui, quod ſit contrarium priori Iuramento facto, non firmat contractum, utpotè illicitum ratione primi Iuramenti; ſecus tamen, ſi actus geſtus contra primum Iuramentum ad ſui validitatem nō indigeat juramento, r.69. n.11. Iuramentum reddit illicitum geſtum contrà primum Iuramentum, non tamen reddit invalida geſta contra primum Iuramentum, ibi. Iuramentum quando poſſit relaxari, & repeti ſolutum ex Iuramento, ibi. n.12.& 13. Iuramentum nullum jus tribuit creditori, cui fit, ſed ut actus perſonalis obligat tantum jurantem ad ſolutionem, ibi. Iuramentum firmans contractum non poteſt relaxari niſi ex gravi cauſa, ibi. n. 14. Ex vi Iuramenti non obligatur hæres, ſed ex vi contractus Defuncti firmati per Iuramentum, ibi. Iuramentum fidelitatis poteſt præſtari á Vaſſallo per Procuratorem, r.72. n.5

*Ius Civile, & Canonicum.*

Ius civile approbat præſcriptionem

cum mala fide, ſi bona tamen fuit in principio, cui contrariatur Ius Canonicum, r.2. n.6. Ius civile an contritis remittat peccatum, V. Peccatum.

*Iuſtitia.*

Iuſtitiæ fundamentum in quo conſiſtat, r.4. n.1. Iuſtitiæ obiectum eiuſque definitio, quæ ſint, ibi. Iuſtitia quando, & quo pacto violetur, ibi. Violatio injuſta juris alterius debet compenſari, ſaltem in Voto, ibi. Iuſtitia legalis quo pacto differat à particulari, ibi. n. 16. Caſus ſolvuntur, ibi. nu. 17. Quando ex læſione Iuſtitiæ diſtributivæ oriatur onus reſtitutionis, ibi. n.18. Ex ſola Iuſtitiæ Commutativæ violatione inſurgit onus reſtitutionis; ſecus dicendum de violatione aliarum virtutum, ibi. Solvuntur caſus ex hoc fundamento, ibi. à n.19. ad 26

L

*Laicus.*

Non poteſt eligi in Epiſcopum, niſi poſtuletur à Pontifice, r.1. n. 2. Laicus an poſſit præſcribere res ſacras Eccleſiæ, V. Præſcriptio.

*Legatarius. Legatum.*

Legata quando ſint ſolvenda, reg. 4. num. 30. Legatum relictum Monaſtero cum onere acceptandi, v. g. Petrum in Religione, an teneat, & obligatio vitietur, r. 6. nu 9 Legatum relictum Monacho cum conditione, quod nihil acquirat Monaſtero, nullum eſt, & quare, ibi. n. 10. Legatum relictũ Legatario incapaci ab initio, non firmatur tractu temporis, etiam remota incapacitate. Sic neq; relictum ſervis validatur, etiam ſi libertas poſtea accedat, ibi. n. 5. & 6. Legatum non debetur ei, qui Teſtamentum tanquam falſum impugnavit, r. 38. n. 2. Legatum libertatis poſt annos intelligitur de biennio; ſic poſt dies intelligitur poſt duos dies, r. 40. n. 2. Legatum debetur ei, cui fuit relictum ſub conditione hæredi inſerviendi per menſem, ſi per Legatarium non ſtat quin conditio impleatur, r. 41. n. 5. Legatum rei principalis ex natura ſua ſemper comprehendit acceſſoria, r. 42. n. 16. Legatum plurium factum per dictionem *Cum*, & factum per dictionem *Et*, quomodo differant, ibi. n. 17. 18. Ex duobus legatis relictis, ſi à

Le-

Legatario fiat electio unius ; tali electione non ſubſiſtente, jus remanet in Legatario iterum eligendi, r.52. n.4

Legatum relictum prius uni cenſetur revocari, ſi poſtea idem alteri relinquatur, quamvis hoc ſecundum non habeat effectum quoad validitatem, ibi. n.9. Legato domus Vxori relicto ſub conditione, quod ſi ejus valor æſtimatus fuerit, v.g. minor ducentis, hæres teneatur ſupplere defectum ; ſi poſtea talis domus pluris ſit æſtimata , Vxor nõ tenetur refundere hęredi exceſſum illum pretii ſupra ducenta, r.61. n.5

*Legitimare.*

Legitimatio generalis non includit legitimationem quoad ſucceſſionem feudalem, r.81.n.2

*Lex.*

Lex pœnalis ordinariè non eſt ſubeunda ante Iudicis ſententiam, r.2.n.25 excipe pęnam Pii V. impoſitam beneficiariis de reſtitutione facienda, ni Horas canonicas perſolvant, quæ obligat ante ſententiã, r.4. n.74. Item lex de reſtituendis ſimoniacè acceptis, ſed cum quadã exceptione, ibi. Leges de reſtitu-

tione ex damno animalium ſine culpa Domini non obligant ante ſententiam, ibi. n.76. Lex impoſſibilium non obligat, r.6. n. 4. Lex odioſa, & favorabilis quomodo explicandæ, r.15. n.3. Lex dubia, & odioſa an aliquando extendatur, ibi. n.4. Sed quid ſi in eadem lege reperiantur favor, & odium, ibi. Lex pęnalis non extenditur de caſu ad caſum, ibi. n. 6. & ſeq. Lex generaliter loquens quomodo interpretanda, ibi. n.17. 18. Lex pœnalis an, & quandò extendatur, ibi. nu. 19. & ſeq. Lex eſt publicanda, r.31. num. 10. Lex quando obliget, vel non ſub mortali, r.58. n.4. & ſeq.

Contra legem agere, & in legem committere quomodo differant, r.88. nu.3. Legi fraudem ſtruere quot modis fiat, ibi. n.4. & ſeq. An in legem committat qui ſcienter contra legem non adhuc promulgatam aliquid operatur, ibi. n.11. & ſeq.

*Liber.*

Liber continens doctrinam mixtam catholici, & hæretici, an totus vitietur, & comprehendatur ſub lege prohibente libros hęreticorum, r.37. n.31

*Li-*

*Licentia.*

Licentia tacita, an & quando ſufficiat cum ſpe ratihabitionis, r. 43. numer. 10. Licentia tacita proprii Parochi ſufficit, ut alienus Sacerdos validè aſſiſtat Matrimonio, ibi. n 11. Tacitè Superioris an ſufficiat Religioſis, ut munus executoris Teſtamenti ſuſcipiat, ibi. Tacita Superiorum, neque expreſſa iuvat Religioſis Sancti Franciſci de Obſervantia, qui ex *Clem.* Exivi prohibentur exercere munus executoris Teſtamenti, ibi. n. 11. in fin.

*Licitum.*

Quod mihi, vel aliis non eſt licitum facere nomine meo, nec alieno licebit, r. 67. per tot. Limita, niſi ratio prohibitionis ex perſona mea ceſſet in perſona alterius, ibi. n. 1

*Locatio rei Eccleſiæ*, V. Alienatio.

Locatio rei Eccleſię ultra triennium eſt prohibita, r. 37. n. 11. Locatio rei Eccleſiæ facta ultra triennium, an tota ſit irrita, an teneat ſaltem quoad triennium, ibi. V. Inutile.

*Locupletari.*

Non debet aliquis cum alterius jactura, vel injuria, r.48.per tot. Quo pacto hoc intelligatur, ibi. n.1. Currit hoc infallibiliter in foro conſcientiæ, fallit aliquando in foro fori in quibuſdam caſibus ſpectantibus ad bonum publicum, ibi. n.2. & ſeq.

*Loquens.*

Loquens cum Moniali etiam de rebus honeſtis ſine licentia peccat graviter ex ſine gravi prohibitionis, r.58.n.4 Loquens cum Moniali alio mediante, cenſeatur loqui per ſe ipſum, & pęnas Eccleſiaſticas incurrat, r.72. n.18. Locutio reciproca habetur ex colloquio, non ex alloquio, ibi. n.19. Vnum pro eodem ſumitur à S. Congregatione, & utrumq; prohibetur, ibi. n. 20. Quid ſi aliquis per tertiam perſonam loquatur ſermone non intellecto à Moniali, ſed eo animo, ut interpres explicet ſenſum in præſentia loquentis, ibi.numer. 21. Loquens cum Moniali per ſigna, & per nutus, an pęnas incurrat, ibi. n.23. Quid ſi de domo propria loquatur cum Moniali intra clauſurã exi-

exiſtente, ibi. n. 24. Loquentes Epiſcopi cum Moniali non ligantur cenſuris Ordinarii, & quare? ligantur tamen Canonici, ibi. n. 25. Neque Advenæ, neque Peregrini, ibi. n. 26. Neque Pueri, ibi. n. 27

*Lucrum.*

Quæ lucra ſint reſtituendi, V. Reſtit. V. Fur. Aliqua lucra acquiſita ob turpem cauſam ſunt reſtituenda etiam poſt factum, r. 4. nu. 59. Lucra provenientia ex malo ratione circunſtantiæ finis, loci &c. non ſunt reſtituenda, ibi. num. 60

M

*Malus.*

Semel malus ſemper præſumitur malus, & quare, r. 8. per tot. n. 1. Regula procedit, non in dubio, ſed in evidentia, qua ſemel quis reliquent, ibi. n. 2

*Mandans.*

Mandans committi delictum, v. g. homicidium, ſi id ſequatur, non poteſt negare ſe illud patraſſe, ſi juridicè interrogetur, an illud commiſerit, r. 72. num. 14. Mandanti etiam tribuitur actio ex iure, ibi. Mandans occidere

in Eccleſia, ſi mors ſequatur, an gaudeat ejus immunitate, ibi. n. 15

*Manifeſtare.*

Qui non manifeſtat furem, vel rem ablatam, ſi ex officio teneatur, obligatur ad reſtitutionem, r. 4. n. 42

*Maritus.*

An perdat jus petendi debitum, ſi ex ignorantia fiat Patrinus filii ſui, V. Ignorantia. Maritus patitur iniuriam, etiam ſi conſentiat in Adulterium Vxoris, & quare, r. 27. n. 8. Maritus, diſſoluto Matrimonio, ſi peteret dotem, quam reſtituere teneretur, doloſè peteret, r. 59. n. 6

*Matrimonium.*

Matrimonium invalidum defectu ætatis reſolvitur in ſponſalia. *Obſerv. in Tit. in fin.* Matrimonium ſub conditione impoſſibili, initum an vitietur, r. 6. n. 7. Matrimonii finis triplex; Quid ſi uni ex iis finibus conditio adverſetur, An teneat Matrimonium, ibi. Matrimonium valet contractum coram Sacerdote, cui fuit conceſſa licentia petita, & acceptata à ſe, vel ejus Nuncio,

cio, etiam ſi ante matrimonium eam ignoraverit, r.*7*.n.*14*. In Matrimonio quando ſufficiat taciturnitas pro conſenſu, r. *9*. n.*4*. Matrimonium nequit diſſolvi per utriuſq; conſenſum, reg.21. nu.*3*. Matrimonium cum conditione inutili dirimente, V. Inutile. Ex annullatione Matrimonii annullantur ſponſalia, per quæ pervenitur ad illud, ſi cauſa prohibitionis ſit perpetua, r.*39*. n. 8. In Matrimonium conſentiunt filii, ſi contrahant parentes pro ipſis præſentibus, & tacentibus, r.*43*. n.*5*. Secus ſi extraneus contrahat pro ipſis, ibi. n. *6*. Matrimonium eſt validum, cui aſſiſtit alienus Sacerdos, præſente proprio Parocho, & non contradicente, r.*43*. n.*11*. Matrimonium cum conditione futuri eventus nullum eſt, r.50. n.10. V. etiam Inutile. Matrimonium metu gravi extortum, etiam juratum, eſt invalidum, & quare, r. *69*. num. *9*. circa med. Matrimonium poteſt contrahi per Procuratorem, r.*72*. n.*3*. Non dirimitur per ſubſequens impedimentum dirimens, r.*73*. n.4. Matrimonium in gradu prohibito licitè contrahit homo in neceſſitate, ſed tunc non poteſt conſumare, r. 78. numero 7.

Matrimonium, & dos inſeparabiliter procedunt, r.84.n.10

*Medicus.*

Medicus aliquando obligatur ex veniali ad reſtitutionem, ſi quid damni gravis infirmo contingat, r.4. num. 12. Jtem tenetur, ſi ex ejus imperitia alteri damnum eveniat, r.19.n.3

*Mendaciam.*

Ex uno mendacio, etiam officioſo, ſi daretur in S.Scriptura, tota vitiaretur per illud, r 37. n.19

*Meretrix.*

Non tenetur reſtituere pretium poſt actum meretricium, r.4.n.58

*Minimum.*

Quod nam in jure dicatur, r.30. n.1. Minimum in obſcuris eligendum, V. obſcurum.

Minores 25. Annis, V. Privilegium.

Minus, V. Plus.

*Miſſa.*

Miſſam an teneatur audire die feſtivo, qui habet privilegium ipſam audiendi

diendi tempore Interdicti, r.62. n.13. & ſeq. Miſſa non poteſt audiri per alium, r.72. n. 3. Miſſam licitè celebrat ex metu mortis excommunicatus, vel irregularis ſecretus, r.78. n.7

Monachus, V. Religioſus.

*Monaſterium.*

An teneatur de depoſito, ſi pereat, quod Religioſus de licentia Superioris apud ſe retinebat, r.76. n.6

*Monialis.*

Quando includatur in Privilegio conceſſo Religioſis ejuſdem Ordinis, r.7. num.26. Monialis loquens, V. Loquens.

*Mora. Moroſus.*

Ad quid teneatur moroſus ni ſtatim reſtituat, ſi poſſit, V. Reſtitutio. Moroſus debitor, V. Debitor. Mora ſua cuilibet eſt nociva, r.26. per tot. Quid ſit, & moroſus quis dicatur, ibi. nu. 13 In mora quis eſſe dicitur, Regulariter, & Irregulariter, & Legis miniſterio, & quomodo hæc intelligantur, ibi. à n.2. & 3. à Mora excuſant

Im-

impoſſibilitas, & ignorantia attentis circumſtantiis, ibi, n. 4. Mora nemini eſt nociva in foro externo, niſi ſit culpabiliter præſcripta, ibi. n. 5. Ex mora non tenetur debitor ad pęnam, & ad reſtitutionem, niſi in illa interfuit culpa theologica, & quare, ibi num. 6. Secus verò, ſi pactum interceſſit ſe obligandi ex mora etiam inculpabili, ibi. An etiam ex mora graviter culpabili teneatur debitor, ſi res pereat caſu, vel per juſtam hoſtium incurſionem, peritura certò eo modo apud creditorem, ibi. n. 7. V. Reg. 4. c. 2. numer. 15. Mora quandoq; nocet creditori, ibi. n. 7. Aliquando Mora aliena alteri nocet, ibi. n. 8. Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri, r. 60. per tot. In mora non eſt is, qui pro ſe habet fortem, & probabilem orationem obligationem elidendi, ibi. n. 5. Mora non eſt culpabilis, ſi oriatur ex impoſſibilitate, & magna difficultate, ibi nu. 8. Mora purgatur exceptione parvi, & minimi momenti, ibi. n. 9

*Moribundus.*

Poteſt abſolvi, ſi unus Teſtis aſſerat eum

eum petiiſſe confeſſionem, reg. 40. num. 15

*Mors.*

Quid importet naturaliter, & qnid civiliter, r. 15. n. 2

*Mutatio.*

Mutatio vitæ non præſumitur, & quare, r. 8. n. 3. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius iniuriam, reg. 21. n. 1. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum, r. 33. per tot. Mutatio conſilii, propoſiti &c. non licet, quando ex mutatione alteri accidit damnum, vel iniuria; ſecus dicendum, ſi non eveniat, ibi. nu 1. Reſolvuntur caſus de Electoribus, Patronis, Iudicibus contrahentibus quibus non licet ab Electione, Præſentatione, Sententia, & factis recedere, & quare, ibi. Mutatio Conſilii, conſenſus &c. non debet fieri, quando ex his alicui acquiſitum eſt jus in re, vel ad rem irrevocabiliter, ibi. n. 2

Mutus, V. Tacens.

*Mutuum.*

Mutuam pecuniam nemo poteſt dare

re

re filiis familias, neq; aliud pretio eſtimabile, vt eo vendito, pecunia utatur, eamque loco mutui retineat, reg. 84. n. 5

## N

### *Neceſſitas.*

Legi non ſubjacet, ſed lex potius neceſſitati, r. 78. n. 1. Neceſſitas licitum facit, quod aliás erat extrinſecè illicitum, ibi. Quæ, & quot conditiones requirantur, ut illicitum licitum fiat ex neceſſitate, ibi. à n. 2. ad 5. Neceſſitas, vel evidens utilitas, ipſis durantibus, ſæpe permittunt ſine culpa quæ ſunt contra legem, ibi. n. 5. Ex neceſſitate quando nequit homo violare præceptum naturale negativum, & quare, ibi. n. 6. Neceſſitas ob metum mortis infamiæ, &c. excuſatur homo à transgreſſione præcepti poſitis divini. ibi. n. 7. Ex neceſſitate, etiam cum periculo vitæ præcepta humana, ac Eccleſiaſtica poſſunt nos obligare, & quando, ibi. nu. 8. Eadem neceſſitas nos quandoque excuſat á violatione præcepti naturalis poſitivè, ibi. n. 9

*No-*

*Novitius.*

Novitius ſi ratificet profeſſionem in Religione repertam invalidam, ratificat etiam, ut acceſſoriam renunciationem factam ab eodem omnium ſuorum bonorum bimeſtri proximo immediatè profeſſioni, r.42. n.5. Secus ſi interrumpat Novitiatus Annum, ibi.

*Nullum.*

Nullum quod fuit ab initio, tractu temporis non firmatur, reg.18. per tot. Nullum quid importet in jure, r.25. n.1. Nullum eſt, quod contra ius fit, r. 64. per tot. Nulliter fieri, & non fieri, paria ſunt, ibi. n.1

*Nuncius.*

Nuncius electus, & miſſus pro reſtitutione facienda, ſi res ad creditorem non perveniat; Res cui perit, creditori, vel debitori, r.4. n.78

O

*Obligatio.*

Quid ſit, r.6. nu.3. An inducatur ex præcepto rei impoſſibilis, V. Impoſſibile, V. Lex.

*Obſcuritas. Obſcurum.*

In obſcuris minimum eſt ſequendum, r.30. per tot. Obſcurum quod nam dicatur, ibi. n.1. Obſcuritas reprobatur à jure, ibi. Obſcuritas ſi reperiatur in legibus Teſtamentis, Pœnis, Legatis quid inſpiciendum, ibi à nu. 2. ad 6.

*Obſtare.*

Non obſtans damno, cum poſſit ſine gravi ſuo periculo, & ad id teneatur ex officio, eſt obnoxius reſtitutioni, r.4. n.41

*Occaſio Peccati.*

Duplex, proxima, & remota, & quæ ſint, r.5. n.6. Item occaſio proxima duplex, voluntaria, & involuntaria, & quæ ſint, ibi. Occaſio proxima, & voluntaria impedit abſolutionem á peccato, & quare, ibi. n. 7. Practicantur exemplar, ibi. n.8. Occaſio proxima involuntaria peccati non impedit abſolutionem, ibi. n.9. Quælibet occaſio proxima, ad mortale, ſub mortali eſt fugienda, quacumque etiam data cauſa urgente Iuſtitiæ, & charita-

tis propriæ, vel alienæ, ſi ex ea certò moraliter poſſit ſequi lapſus. Exemplum de ingrediente domum concubinæ ex motivo charitatis, ibi. n. 10. Secus ſi non timeatur lapſus, ibi. Occaſio proxima poteſt eſſe mortalis, vel venialis prout ipſam amplectens ſe exponit periculo peccati mortalis, vel venialis, ibi. n. 11

*Occidens. Occiſio. Occiſor.*

Occidens feram, quam putabat eſſe Inimicum, non tenetur reſtituere, r. 4. n. 7. Miles occidens in bello bona fide, non tenetur ad reſtitutionem, ibi. n. 9. Neq; occidens primo iræ motu, ibi. numer. 10. & *11*. Neq; occidens debitorem tenetur de damno illato creditoribus; niſi hoc ſit præintentum ab occiſore, ibi. n. *44*. Occiſor non tenetur reſtituere pretium pro homicidio poſt factum, ibi. nu. *58*. Occiſus patitur iniuriam, etiamſi conſentiat in ſui homicidium, r. 27. n. 7

*Odia. Odioſum.*

Odia reſtringi debent, r. 15. per tot. num. *1*. Odio, & favore concurrentibus in eadem lege, V. Lex.

In

In odioſis an fiat extenſio, reg. *15.* num. *6*

*Officium Divinum.*

Officium Divinum ſi non perſolvant beneficiarii, tenentur reſtituere fructus ante Iudicis ſententiam, r. *4.* n. *74.* V. Lex. Officium Diuinum nequit perſolvi per alium, reg. 72. numero *3*

*Onus.*

Onus ſentiens, ſentiat, & commodum; & è contra, r. *55.* Hæc Regula currit per omnes materias, ibi. num. *3.* in fin.

P

*Pactum.*

Pactum de re illicita an teneat ante factum? Quid dicendum, ſi eſſet de re licita, & partim de illicita, r. 4. n. 57. An teneat Pactum juratum Clerici, quo renunciat privilegio Clericali, regula *69.* n. *9*

*Pallium.*

Pallium conceſſum Archiepiſcopo quid ſit, r. *7.* n. *7*

*Participare.*

Participans de furto cum fure, ipſum adiuvando, tenetur reſtituere. Aliquando tamen poteſt quis excuſari, & quo pacto, r.4.n.36

Partes, V. Actor.

*Pater.*

Neque per ſe, neque per alium poteſt aliquid relinquere filio ſpurio, r.67. n.4. Nequit adminiſtrare tanquam tutor, bona filio ſuo relicta á Matre, quæ in ei Teſtamento prohibuit, ne tanquam Pater illa adminiſtraret, r.84. num. 4

*Patronus.*

Patronus Laicus an teneatur ad reſtitutionem, ſi ad Beneficium curatum minus idoneum Sacerdotem præſentavit, r.4. n.25

*Peccatum.*

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, r.4.per tot. Peccati venia non datur niſi correcto, r. 5. per tot. Mortale, & veniale an deleantur per indulgentias, ibi. n.1. Peccati ve-

nia datur de culpa, non de pęna, ibi. Et pro foro conſcientiæ, ibi. n.3. Peccati abſolutio, V. Abſolutio à peccatis. Peccati occaſio, V. Occaſio peccati. Peccator indiſpoſitus non eſt abſolvendus, ibi. n.7. Exempla, ibi. n.8

### *Penſio.*

Penſio in reſignatione beneficii non debet excedere tertiam partem fructuum beneficii, r.37. n.13. Si penſio reſervetur cum clauſula (Dummodo non excedat tertiam beneficii partem) ſi exceſſerit, an tota vitietur, an potius valeat pro legitima parte, ibi. numer. 13. & 14

### *Perjurus.*

Perjurus non admittitur ad teſtificandum, & quare, *Obſerv. in Tit.* Perjuro non creditur etiam poſt emendationem, r. 8. n.2

### *Perſona.*

Perſonarum acceptio quid ſit, r. 12. n.1. Datur in materia juſtitiæ, ibi. nu.2. Qui perſonas diſtinguit non ſemper dicitur acceptator perſonarum, ibi. nu. 4. In quo conſiſtat ratio acceptionis perſo-

ſo-

ſonarum, ibi. n.5. Acceptator perſonarum quis ſit, ibi. n.6. Acceptio perſonarum in re gravi eſt peccatum mortale, ibi. nu. 7. Committitur in diſtributione bonorum communium, ibi. n. 8. In beneficiis, ibi. n.9. In judiciis, ex quibus inſurgit onus reſtitutionis, ibi. num. 10

*Petere.*

Petere nemo poteſt, quod poſtea tenetur reſtituere, r. 59. Amplia etiam ſi ſit locus pius, qui petat, ibi. n.7. Limita, ſi res, quæ petitur, alteri eſſet reſtituenda, ibi. n.8. Limita etiam, ſi quis petat reſtitui in ſui poſſeſſionem, ibi. num. 9

*Petere debitum.*

An poſſit Maritus ab Vxore, qui fuit Patrinus filii ſui, V. Ignorantia.

*Pluralis locutio.*

Pluralis locutio duorum numero eſt contenta, reg. 40. Quando ſalvatur in duobus, ibi. n. 1. Regula in quibus materiis currat, ibi. n. 2, 3. Pluralis locutio indeterminata reſolvitur in binarium in lingua latina, ibi. nu. 4. Practicatur do-

doctrina à n.5. ad 9. Pluralis locutio, ſeu numerus quando ſalvetur in ſingulari, ibi. n.10. Solutio Caſuum, ibi. á n.11. ad 15

*Plus:*

Semper continet quod eſt minus, r.35. per tot. Plus, & minus in iure ſumuntur in ratione quantitatis, & in ratione totius ad partes, ibi. n. 1. Qui poteſt plus, vel totum, poterit & minus, & partem; dummodo plus, & minus, ſeu totum & partes ſint in eodem genere; vel plus, & minus non ſint naturaliter, politice, vel legaliter indiviſibilia, ibi. n.2. Ex hoc fundamento plures deducuntur conſequentiæ. De abſolutione, ibi. n.3. De donatione, ibi. nu.4. De diſpenſatione, ibi. n.5.6.7. & 8. De muliere quo ad donationem, & obligationem ſuorum bonorum, ibi. n.9. De debitore, ibi. n.10. & de hærede quo ad repudiationem hæreditatis, ibi. n. 11. Plus ſemper continet quod eſt minus, quodque verum eſt in ultimis voluntatibus, ibi. n.13. In ſtipulationibus, ibi. nu. 14. In ſententiis, ibi. n. 15. In teſtificationibus, ibi. n.16. In reſcriptis, ibi. n.17

Pæ-

*Pœna. Pœnalitas.*

An pœnam incurrat peccans ex ignorantia pęnæ, & quotuplex ſit, r. 13. à n. 12. ad 20. In pęnalibus non fit extenſio, V. Lex. Pęna lata ex lege non debetur ei, qui actum inchoavit, ſed ei, qui ipſum conſumavit prohibitum ex lege, r. 15. n. 12. Pęna æterna debetur propter culpam; ſecus de temporali, r. 22. & r. 23. n. 2. An pęna diſtinguatur à pœnalitate, ibi. n. 3. In pęnis benignior interpretatio eſt facienda, r. 49. per tot. Pœna quando cognoſcatur eſſe latæ, vel ferendæ ſententiæ, ibi. n. 2. Pęna præſcripta à contrahentibus inter ſe eſt latæ ſententiæ probabiliter, ibi. Pęna expreſſa per participium futuri temporis eſt ferenda, ibi. n. 3. Idem dicito, ſi exprimatur modo imperativo cum relatione ad Perſonam, á qua ſit Reo dicta pęna infligenda exempla, ibi. n. 3

*Pœnitens.*

Vnico actu pluribus obligationibus ſatisfacit ex voluntate confeſſarii, r. 4. nu. 17. Poteſt ex voluntate confeſſarii

implere per alium pęnitentiam, ut ſatisfactoriam pro peccatis, r.72. n.11

*Pœnitentia.*

Satisfactoria poteſt per alium impleri, volente confeſſario; ſecus de præſervativa, r.72. n.11.12

*Pontifex.*

Diſpenſat validè in homine Deo per tria Vota ſacrato, ut Vxorem ducat, r.51. n. 2. Non poteſt diſpenſare in iis, quæ ſunt de jure divino abſoluto; ſecus in iis, quæ ſunt relativa ad voluntates humanas, ibi. n.3. Exempla, nu.4. 5. Poteſt tollere ſtatum Religioſi, ibi.

*Poſſeſſio. Poſſeſſor.*

Poſſeſſio duplex, alia naturalis, alia civilis, r. 2. n.2. Poſſeſſio impropriè convenit rebus incorporalibus, ut ſunt iura decimandi, eligendi, actiones &c. ibi. nu.3. Coloni, Depoſitarii, & ſimiles verè non poſſident, quia rebus poſſeſſis non ſuo, ſed alieno nomine inſiſtunt, ibi. & r.2. num.5. Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit, r.2. per tot. An præſcribat ſecundum jus civile, V. Jus civile. Poſſeſ-

ſor bonæ fidei quæ non poſſit præſcribere tempore conſueto, V. Præſcriptio. Quæ poſſeſſio inducat præſcriptionem ſine titulo, & quæ non, r. 2. num. *18*. & *22*. Poſſeſſor malæ fidei aliquando præſcribit, r. 2. n. *24*. *25*. Poſſidens ea, quæ propter non ſolutum vectigal, erant Fiſco tradenda, non eſt Poſſeſſor malæ fidei, & quare, ibi. nu. *25*. Poſſeſſio non iuvat ad præſcribendum ſi interrumpatur, ſive interruptio naturalis ſit, ſive civilis, ibi. n. *26*. Quodq; intelligitur tam de Poſſeſſore, quã de ejus ſucceſſore, ibi. n. *27*. V. Pręſcriptio. Poſſeſſor bonæ fidei, & Poſſeſſor malæ fidei quid teneantur reſtituere, r. 4. n. *27*. Vbi teneantur reſtituere, ibi. nu. *28*. Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur reſtituere res alienas cum propriis immixtos, ſed id ſolum, in quo ex acceptis ſit factus ditior, ibi. n. *65*. Ratio aſſignatur ibi ſupra nu. *64*. Poſſeſſor iniquus juxta quem valorem debeat reſtituere ex iniqua actione, r. *4*. n. *81*. An teneatur ad fructus ex re aliena meliorata, quos non percepiſſet Dominus, ibi. n. 82. Poſſeſſoris conditio potior eſt in pari cauſã, non ſolum in materia iuſtitiæ, verum etiam alia-

rum virtutum, r. *8*. n. 10 Probatio aſſerti, ibi. n. 11. Poſſeſſor non eſt privandus, niſi data plena probatione alterius juris, proprii delicti, aut publicæ utilitatis, r. 11. n. 10

Pro Poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere, r. *36*. per tot. Poſſeſſio doloſa, V. Dolus. Poſſeſſor malæ fidei poteſt repetere à Domino expenſas neceſſarias, & utiles; ſecus de non neceſſariis, r. *48*. n. 8. Poſſeſſoris conditio potior eſt in pari cauſa, vel delicto, r. *65*. per tot. Poſſeſſor quis ſit, & quomodo inveniendus in utroq; foro, r. *8*. à n. 10. & infra. Poſſeſſoris conditio potior eſt in pari cauſa, vel delicto, id eſt quando turpitudo ex parte utriuſque intervenit; ſic quod pretium vi ſolutum pro delicto patrando, non poteſt repeti in utroq; foro, r. *65*. n. *2*. Solutio caſus de Iudice, & Litigante, qui ut pro ſe ſententiam ferat etiam injuſtam, ipſi munus largitur, ibi. num. *3*. Poſſeſſoris conditio non eſt potior, quando ex parte recipientis tantum adeſt turpitudo, v. g. pretium ſolutum alicui ne delictum patret, poteſt repeti à Dante in utroq; foro, quia in recipiente tantum adeſt turpitudo, & ſic poſ-

poſſidentis pretium non è potior conditio, non teneatur repetenti ſolvere, ibi. n.4. Quod intellige ante patratum delictum; ſecus ſi poſt delictum fuerit patratum, quia ſolutio apparet voluntaria, ibi.

*Poſſeſſio Triennalis.*

Poſſeſſio triennalis, V. etiam Beneficium Eccleſiaſticum, n.4.6.& ſeq.

Poſſeſſio triēnnalis pacifica non revalidat penſionem, ſed tantum Beneficia propriè dicta, r. 1. num.7. Neque tollit obligationem reſtituendi fructus ex illicita inſtitutione, niſi eo triennio bona fides interveniat; imò dictam pęnam non incúrrit probabiliter, ſi eam quis invincibiliter ignoraverit, ibi. n.8. Poſſeſſio triennalis non adiuvat inhabiles à iure communi ad Beneficia Eccleſiaſtica, ſi illis influit mala fides ab initio poſſeſſionis; gaudent tamen triennali pacifica poſſeſſione inhabiles, ſi eo triennio Beneficium cum bona fide poſſederint; Ratio affertur, & contraria opinio ex Canon. eliditur, ibi.n.9.10. Poſſeſſio triēnalis valet probabilius non tātū pro foro externo, verùm etiam pro foro conſcientiæ con-

cedere in capaci exceptionem adverſus moleſtantes Beneficiarium, & titulum cum dominio ipſi poſſidenti cum bona fide, demptis exceptis in dicta Regula triennali; ibi. nu.11. Vnde validi ſunt actus juriſdictionis geſti ab incapaci in utroq; foro ex eadem Regula triennali interveniente bona fide, cum titulo colorato, quia tunc ab Eccleſia illi conferuntur titulus verus, & jus in re circa Beneficium. Sic Sacerdos ſimplex Beneficiarius cum titulo colorato, quia impeditus canonicè, validè abſolveret, & Matrimonio aſſiſteret, ibi. n.12

*Poſtulatio.*

Quid ſit, r. 1. n. 2.

*Præceptum.*

In Præcepto dubio an ſit parendum ſuperiori, V. Superior.

Quæ Præcepta obligent, vel non in neceſſitate, V. Neceſſitas.

Prælatus, V. Epiſcopus.

*Præſcriptio.*

Præſcriptio quid ſit, r. 2. n. 4. Præſcriptionis tempus ex varietate rerum præſcri-

ſcribendarum aſſignatur, ibi. Præſcriptionis quatuor ſunt conditiones, n. 5. Præſcribere non poſſunt, qui res non poſſident ſaltem civiliter nomine ſuo, & toto tempore à lege præfinito, ibi. Præſcriptio cum mala fide non procedit, ibi. n. 6. Quo pacto permittatur á jure civili, V. Jus civile. Debitor non poteſt præſcribere debitum, quia ſciebat debitum; ſecus ſi bona fide illud ignoravit, credens ſe nihil eo tempore debere, vel ipſum condonatum, vel ſolutum &c. ibi. num. 6. Debita rerum mobilium, & immobilium triginta annis cum bona fide præſcribuntur, ibi in fin. Præſcriptio non impeditur, ſi poſſidens toto tempore præſcriptionis putaverit ſe mala fide poſſidere, cum tamen non fuerit, ſed error compertus, quia præſcriptio non eſſet interrupta; ſed contrarium eſt probabilius ex lege, ibi. n. 7. Præſcriptio non currit, ſi in medio interrumpatur per litis conteſtationem, ibi. n. 8. Res Eccleſiæ ſacræ, & jura ſpiritualia, ut ſunt jura judicandi cauſas Eccleſiæ, & jura decimarum, non poſſunt præſcribi à Laicis, ibi. n. 9. Religioſi non poſſunt præſcribere ratione incapacitatis acti-

væ, ibi. n.10. Præſcribere poſſunt filii familias bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. Jtem adventitia quo ad proprietatem, non tamen quo ad uſum fructum, & quare, ibi. Præſcribit etiam pupillus, etiam ſi non ſit compos rationis, ſi incipiat poſſidere cum auctoritate Tutoris, ibi. Homo liber non poteſt pręſcribi; itaut fiat ſervus, ibi. n.11. Res furtivæ, neq; debita ex iniuſtitia, ut furtum, rapina &c. poſſunt ullo tempore præſcribi à poſſeſſore malæ fidei; ſed neque à poſſeſſore bonæ fidei tempore conſueto, & quando, poſſunt tamen præſcribi cum bona fide ſpatio triginta annorum, ibi. Sicut cęteræ res mobiles, ut animalia, pecunia &c. quæ præſcribuntur ſpatio trium annorum; ita de rebus mobilibus Eccleſiæ eo temporis ſpatio currit præſcriptio magis probabiliter, ibi. numer. 12. Nequeunt præſcribi loca publica Religioſa publicæ functiones, & quę reſervantur Principi in ſignum ſubiectionis; eaq; omnia, quæ prohibentur alienari, quia de eis non eſt commercium; vel prohibentur alienari favore ipſarum rerum ſub certa ſolemnitate, ut res mobiles pretioſæ Eccleſię, & mino-

norum, quę non poſſunt præſcribi niſi bona fide cum ignorantia facti, non iuris, ibi n.13. Ad præſcriptionem iuvat ignorantia facti, & ignorantia iuris dubii, non autem iuris clari, ibi. Neque ea præſcribuntur, quæ prohibentur alienari favore ipſarum rerum ſimpliciter, ut in fundo dotali, poſſet tamen pręſcribi, & quando, ibi. nu. 14. Peccatum de iure canonico non præſcribitur in foro animæ, præſcribitur tamen ſpatio decem annorum quodlibet crimē in foro externo quoad pęnā, ibi. n.15. Ad pręſcribendum exigitur titulus probabiliter præſumptus; nam verus dat dominium nō expectata pręſcriptione, ibi. n.17. Sine bona fide nunquam currit præſcriptio; currit verò ſine titulo, & quando, ibi. n.18. Res mobiles, etiam Eccleſiæ Romanæ ſine titulo triginta annis pręſcribuntur, ibi. n.19. Res immobiles privatorum triginta annis pręſcribuntur ſine titulo, ibi. n.20. Quadraginta annorum ſpatio prę-ſcribuntur bona immobilia locorū piorū, & ſexaginta bona immobilia ordinis S. Benedicti, & eorum, qui cum eis gaudent privilegiis, tam cum titulo, quam ſine titulo, ibi. nu. 21. Bona im-

mo-

mobilia Civitatum donata, legata &c. centum annorum ſpatio præſcribuntur, quodq; à fortiori dicendum de bonis Provinciæ, Regni, & Principum, ibi. Doctrina generalis quando præſcriptiones longiſſimi temporis currant ſine titulo, & quando non, ibi. n. 22. An mala fides iuvet aliquando ad præſcribendum, ibi. n. 24. & 25. Præſcriptio ceſſat, ſi poſſeſſio interrumpatur; ſive interruptio ſit naturalis, ſive civilis, & quæ ſint iſtæ, & qualis debeat eſſe interruptio civilis, ibi. n. 26. Poſſeſſionis continuatio ad præſcribendum requiritur tam in eodem poſſeſſore, quam in ejus ſucceſſore, ſive univerſalis ſit, ut hęres; ſive ſingularis, ut emptor, Legatarii &c. ibi. n. 27

## *Præſentatio.*

Pręſentatio unius ſimoniaca non vitiat præſentationem alterius, ſi plures ſint Patroni, r. 37. n. 23. Præſentatio facta à majori parte Patronorum non infirmatur à minore recuſante, r. 56. n. 11. & quare, n. 12. Præſentatio legitima ab initio non vitiatur, licet Patronus, qui præſentavit, cadat á jure patronatus, r. 73. n. 6

*Præſumptio.*

Quid, & quotuplex ſit, r. 8. n. 5. Præſumptio juris quid ſit, & quid præſumptio juris de jure, & quid præſumptio hominis, ibi. n. 6. Exempla, ibi. Præſumptio juris quomodo tollatur, ibi. n. 7. Præſumptio juris, & de jure plenè probata non admittit contrariam probationem, ibi. nu. 8. Præſumptio hominis quid operetur contra Reum in foro externo, ibi. n. 9. Præſumptio juris pro quo ſtet, ibi. n. 11. Si utrinq; multæ ſint præſumptiones, pro quo erit judicandum, ibi. n. 12

*Princeps.*

Jniuſtè prohiberet, ne privata Molendina poſſent molire, r. 48. n. 7. Princeps quæ agat validè extra Territorium, r. 26. n. 4. Princeps concedens facultatem Communitati condendi ſtatuta, non comprehendit ſtatuta contraria juri communi, r. 81. n. 5

*Prior.*

Prior tempore potior eſt jure, r. 54. per tot. An, & quomodo hoc procedat in materia Beneficiorum, ibi. n. 5. & ſeq.

Quo

Quo pacto procedat in materia creditorum quoad Hypothecas, ibi. num.7. & ſeq.

*Privilegium.*

Privilegium, V. etiam Diſpenſatio. Beneficium. Gratia.

Quid ſit, r.7.n.1. Reſpicit bonum publicum, neq; Privilegiarius tenetur eo uti, ibi. Privilegium contra ius tantùm ſubdito; præter ius verò etiam non ſubditis conceditur, ibi. n.2. In quo differat à reſcripto, ibi. n.3. Privilegium differt à diſpenſatione, & convenit cum ipſa, & in quo, ibi.n.4. Privilegium duplex, reale, & perſonale, & quæ ſint, ibi. Privilegium cognoſcitur reale ex ſubiecto perpetuo, cui adhęret, ibi.n.5. Perſonale arguitur, quando ſubiectum conſiſtit in aliqua perſona vera, reali, & adæquata, ibi. n.6. In dubio an ſit reale, vel perſonale, traditur doctrina fundamentalis, ibi. nu. 7. Privilegium geſtandi pallium conceſſum Archiepiſcopo, quomodo dicatur perſonale, cum non poſſit illo uti extra dięceſim, ibi. Privilegium validè conceditur abſque ſcientia, & acceptatione privilegiati, & quare, ibi. nu. 8. Non tamen habet vim in executione niſi à privilegia-

gia-

giario, vel ab ejus Nuncio acceptetur, & quare, ibi. num. *9*. Exempla practicantur, ibi n.10. & *11*. V. Diſpenſatio. Privilegio acceptato à Procuratore, vel Nuncio privilegiarii, valida ſunt geſta ab ipſo privilegiario etiam ſi conceſſionem ignoret, ibi. num. 12. Privilegium non valet, ſi in precibus taceturid, quo cognito, ſuperior non diſpenſaſſet, ibi. n.17. Privilegium ex mera liberalitate concedentis eſt revocabile ante acceptationem; ſecus verò privilegium ex mandato, & officio, ibi. Privilegiatus ubique poteſt uti privilegio, ſine limitatione conceſſo; etiam extra Territorium concedentis; ſi eſt perſonale, & quare, ibi. num. 18. Exempla de privilegio veſcendi lacticiniis ob inopiam piſcium &c. ibi. numer. *19*. Privilegium aliud favorabile, aliud odioſum; & quæ ſint, ibi. nu. *20*. In explicatione privilegii quid ſervandum, ibi. Privilegium fauorabile latè, ſed rationabiliter eſt explicandum ſecundum proprietatem verborum, ibi. nu.21. Odioſum ſtrictè eſt explicandum, & quare, ibi. num. *22*. Aliquando privilegium contra ius commune eſt ampliandum, & in quibus caſi-

trarium; ſecus verò, ſi uſus ſit tantum materialiter contrarius, & quare, ibi. num.44

Privilegium cedens in bonum publicum non poteſt renunciari; poteſt quidem ſi cedat in bonum particularis, ibi. nu.45. Neq, amittitur per abuſum, & quare, ibi. n. 46. Privilegia immunitatis, libertatis à iure conceſſa Clericis, an poſſint tolli à Laico, & à Clericis renunciari, r.17.n.2. Privilegium ſubreptitium ab initio, non validatur temporis curſu, r.18. n.9. Privilegium non debet converti in detrimentum privilegiarii, r.61. nu.1. Valet in privilegiis minorum 25.annis, qui ſine Tutoris interventu non poſſunt conveniri in iudicio; contra quos ſi ſententia feratur, nulla eſt; ſecus tamen ſi ſit favorabilis, ibi. n. 2. Valet in privilegio minorum quoad reſtitutionem in integrum; itaut, ſi petat minor reſtitutionem in integrum, & poſtea tali privilegio recuſet uti, non poterit cogi ab adverſario ſtare contractui, ibi. nu. 3. Privilegium nobilitatis conceſſum Plebeio pro lectura publica viginti annorum, non impedit beneficium continuandi in ipſa lectura, ibi. n.4. Limita primò in pri-

vi-

vilegiis Eccleſiæ,ibi.à n.*6.* ad 8. Limita ſecundò in præbendis, ibi.nu.8. Limita tertiò in privilegiis pupillorum,ibi.n.9 Privilegium, gratia, ſeu favor ex ſe, & formaliter nunquam redundat in incommodum privilegiarii; ex vi tamen alicujus coniuncti cum ipſo privilegio, uſus ipſius redundat in incommodum privilegiarii, ibi.nu.10. Privilegii uſus an poſſit aliquando vertere in gravamen privilegiati, ibi. à n.13.ad 15

Profeſſio fidei, V. fides.

*Profeſſio Religioſa.*

Profeſſio nulla à principio defectu conſenſus, non validatur tractu temporis, niſi novus cõſenſus accedat,&c. r.18. n.11.Poteſt fieri per Procuratorem, r.*12.* n. *6.* Ad validam profeſſionem per Procuratorem quæ conditiones requirantur,n.7. Profeſſio ſuperveniens non annullat contractum venditionis, donationis &c. factas ante profeſſionem, r.*73.* n.*7*

*Prohibere. Prohibitio.*

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo, r.*39.* per tot. Cum quid prohibetur,& omne id,

per

per quod peruenitur ad illud, prohibitum cenſetur, ibi. nu. 1. Prohibitio annullans actum, annullat etiam quæ ſequuntur ex eo, mente cauſa perpetua prohibitionis, ibi. n. 2. Prohibitio prohibens tantum, illicita reddit quæ geſta ſunt contra prohibitionem; ſed non ea irritat; ſecus, ſi prohibitio ſimul vitiet actum, quia annullantur ea, quæ ſequuntur ex actu. Exempla habes de Matrimonio, & de Contractibus, ibi. n. 3. Reſolvuntur caſus de venditione, de alienatione rerum Eccleſiæ, ibi. nu. 4. Prohibitio annullans actum; conventionem &c. annullat etiam ea, per quæ pervenitur ad actum, conventionem &c. manente cauſa perpetua prohibitionis; ſecus, ſi cauſa prohibitionis ſit ad tempus, ibi. n. 7. Reſolvitur caſus de Matrimonio, quo prohibito, & annullato, annullantur etiam ſponſalia, per quæ pervenitur ad illud, ibi. n. 8. Solvitur objectio, ibi. n. 9. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti, r. 84. per tot. Prohibitio Rei, & prohibitio viæ ad rem, quomodo differant, ibi. n. 1. Aliqua prohibentur abſolutè manente cauſa perpetua

prohibitionis; aliqua ſecundum quid propter cauſam ad tempus prohibitionis, ibi. n. 2

*Promiſſio. Promittens.*

Promittens tenetur ſtare promiſſioni, & ſolvere pretium promiſſario poſt delictum patratum; nam promiſſio de re illicita ſervanda eſt, quoties fieri poteſt ſine peccato, r. 4. nu. 57. Neque promiſſarius patrato delicto tenetur in conſcientia acceptum pro illo reſtituere, ibi. Promiſſiones de re illicita nullius ſunt momenti in foro externo, in quo puniuntur illicita patrantes; obligant tamen poſt factum naturaliter in foro interno, ibi. Promiſſio facta promiſſario præſenti, & tacenti, videtur acceptata, r. 43. n. 2. Promittens ſolvere aliquid prima die Ianuarii, præſumitur loquutus de Menſe proximo Ianuarii contra promittentem, r. 57. n. 3. Promiſſio de re mala Theologicè non eſt ſervanda, & quare, r. 69. n. 1. Etiam ſi ſit juramento firmata, ibi. n. 6. Neque ſi in promiſſione adeſt turpitudo ex parte tantum promiſſarii, & promiſſio ſit ſimplex, non jurata, ibi. n. 7. Iurata tamen obligat, quia non eſt turpis ex

parte promiſſarii, ibi. Ex promiſſione nulla, jus non acquiritur à promiſſario, ibi. n. 13. circa med. In promiſſionibus factis hominibus quid operetur alternativa circa variationem partis electæ, r. 70. n. 8

*Pupillus.*

Si reſtituat in pubertate, quod in ætate pupillari mutuo accepit non poteſt id amplius repetere, r. 48. n. 3. Poteſt abſque Tutoris interventu in foro conſcientiæ ſe obligare probabilius, ibi. n. 4. Si recuperet aliquid beneficio reſtitutionis in integrum, tenetur pretium reſtituere, ibi. Pupillus, finita Tutela, nequit nomine ſuo, aut Tutoris, nomina debitorum ex parte admittere, & ex parte reprobare, r. 38. nu. 6. Pupillo fit iniuria, ſi quid ei furetur, etiam volenti, r. 7. n. 10

R

*Raptus.*

Raptus dicatur, ſi Mulier conſentiat, r. 27. n. 9

*Ratihabitio.*

Rati nominis derivatio, & ſignificatum, r. 9. n.1. Ratihabitio quid ſit, ibi. n.2. Ratihabitio duplex, implicita, & explicita, & quæ ſint, ibi. n. 3. Ratihabitio implicita ſufficit in delictis, quæ cedunt in damnum alterius, ibi. Ratihabitio comparatur mandato, ibi. Ratihabitio non firmat actum geſtum, niſi iſte ſit factus nomine ejus, qui eundem actum debet ratificare; & niſi is, qui ratum habet, ratificet rem geſtam, ut factam nomine ſuo, ibi. n.4. Ex hoc fundamento reſolvuntur plures caſus, de emptione, & venditione, ibi. nu. 5. De Homicidio, ibi. n. 6. De excommunicatione ex ratihabitione de percuſſione Clerici, ibi. n.7. De irregularitate, & reſtitutione ex ratihabitione de homicidio facto, ibi. Ratihabitio in ordine ad irregularitatem, & reſtitutionem ex homicidio non comparatur mandato, ibi. Ratihabitio non valet, ſi tempus, quo negotium fuit geſtum, & quo facta fuit ratihabitio, erat inhabile, ibi. n.8. Hinc adultus non poteſt ratum habere homicidium, factum ab alio nomine ſuo, quando erat infans

ſans, fatuus &c. & quare, ibi. n. 9. Neque is, qui non habet jus ratificandi, ibi. n. 10. Ratihabitio nulla eſt, neque ullam inducit obligationem in foro externo, ſi fiat de re, quæ à ſolo ratificante fieri poterat, ibi. nu. 11. Hinc ſtuprum non poteſt ratum haberi, quatenus delectabile, cum ſit perſonale, ſic nec adulterium; ſecus verò ſi fiat in vituperium, aut iniuriam Coniugis, & tunc de iis datur mandatum, & ratihabitio, ibi. nu. 12. Ratihabitio non valet de iis, quæ totum ſuum eſſe habent ab initio, & de præſenti, ibi. num. 13. Hoc fundamento reſolvuntur caſus de nullitate abſolutionis à reſervatis, cum ſpe ratihabitionis, ibi. numer. 14 De nullitate electionis, ibi. numer. 15. & 16. Ratihabitio validat delicta, etiam quoad pęnas, quæ non requirunt præcedentem conventionem, & machinationem; ſecus de requirentibus machinationem, ibi. num. 17. Sic Mulier non contrahit impedimentum criminis, ſi ratificet occiſionem Mariti, nulla præcedente de hoc conventione cum occiſore, ſecus ſi præceſſerit, ibi. n. 18

*Receptator.*

Receptator furis tenetur reſtituere, eademque pęna plectitur in jure, r. 4. n.38. Obligatur, ſi furem recipiat ad ſecuritatem pro furto captando; ſecus verò ſi eum, vel rem furatam recipiat ratione amicitiæ, ibi. n.46

Recurſus, V. Receptator.

*Regula.*

Regularum Iuris Canonici Auctor. *Obſerv. in Tit. p.*1. Regula quid ſit, ibi. Ad quid inſerviat, ibi. Regula practicatur quibuſdam exemplis, ibi in fin.

*Religioſus.*

Religioſus an poſſit præſcribere, V. Præſcriptio. Quidquid acquirit, Monaſterio acquirit, r.6. n. 10. Religioſus excommunicatur, ſi adminiſtret Euchariſtiam, Matrimonium, & Extremam Vnctionem ſine licentia Parochi; ſecus de adminiſtratione Baptiſmi, & de Pęnitentiæ, r.15. n. 10. Religioſus nullam volens oſtendere ſuam

profeſſionem, ſi obſcurè loquatur; contra eum fit interpretatio, r.57. n.2. Non poteſt emere, neque vendere nomine proprio; ſecus verò, nomine Communitatis, ibi. n. 7. Sine licentia ſui Superioris nequit eſſe executor teſtamentarius, r.44. n.11

*Res*, V. etiam Bona.

Res furtivæ an poſſint præſcribi, & quo pacto, V. Præſcriptio. An res Eccleſiæ, V. Præſcriptio. An res publicæ, ſeu loca publica, an res, quæ prohibentur alienari, V. Præſcriptio. Accipiens rem alienam, quam putabat eſſe ſuam, non tenetur reſtituere, ſi inde non ſit factus dictior, r. 4. nu. 9. & quare, ibi. Res acceptæ prohibitæ in Dante, & Accipiente, ut in ſimonia, Eccleſiæ, vel pauperibus ſunt reſtituendæ, ibi. n.29. Res ſolum prohibitæ in recipiente, ut ex uſura, furto &c. Damnificato ſunt reſtituendæ, ibi. Res incertę, pauperibus, & ipſi debitori, ſi pauper ſit, ibi. Res certę in propria ſpecie exiſtentes pręferendę ſunt incertis in reſtitutionis ordine, ibi. n.31. in fine. Rei alienę

nę melioratę fructus an reſtituendi à poſſeſſore malę fidei, ſi Dominus talia melioramenta non percepiſſet, V. Poſſeſſor, V. Reſtitutio. Res in iure refertur ad quodcumque officium, adminiſtrationem &c. multipliciter dicitur ad nos pertinere, r. 19. n. 1. Qui ſe imiſcet rei, quę ad ſe non ſpectat, non eſt ſine culpa, & ſi ex tali intruſione damnum ſequatur, tenetur ad reſtitutionem. Explicatur aſſertum, & probatur, ibi. nu. 2. Deducuntur caſus ex fundamento. De Medico, ibi. num. 3. De indocto iuris utriuſque, ibi. num. 4. De Beneficiario, ignaro, qui, ſi exerceant talia officia ſine neceſſaria ſufficientia, ultra culpam, tenentur ad damna ſecuta, quia ſe immiſcent rei, quæ ad eos non ſpectant, ibi. numer 5. Non tamen ſe immiſcet rei ſad ſe non ſpectantis, qui rogatus, & poteſt proximo ſuccurrit, ibi. numero 7. Res Eccleſiæ quoad alienationem, & locationem, V. Præſcriptio, V. Vtile, V. Alienatio. Res Eccleſiæ indebitè permutatæ, vel venditæ ſine ſolemnitatibus, ſi iterum repetantur, res alterius, imò & pretium Eccleſia debet reſtituere, r. 48. n. 6. In re com-

muni potior eſt conditio prohibentis, r. 56. per tot. Res communis quid, & quomodo intelligatur in hac Regula, ibi. n. 1. Quando in re communi potior ſit conditio prohibentis? aſſignatur Regula generalis, ibi. n. 8

*Reſcriptum.*

In quo differat à privilegio? Quotuplex ſit, r. 7. num. 3. & r. 37. num. 16. Reſcriptum quando ſit ſubreptitium, ibi. Reſcripti cauſa duplex, ibi. Reſcriptum gratiæ diſpenſans à duobus Votis reſervatis, cauſa finali falsò allegata circa unum, vera autem circa alterum Votum, tenebit circa unum, & vitiabitur circa alterum, ibi. num. 7. Reſcriptum diſpenſans à duobus impedimentis reſpicientibus eundem finem, ſi falsò fuit allegata cauſa finalis unius impedimenti, altera vera exiſtente, totum vitiabitur, & quare, ibi. n. 18

*Reſervatio.*

Quid ſit, & an liget ignorantem, r. 13. n. 21

*Reſtitutio.*

Reſtitutionis radices quatuor, ex quibus oritur obligatio reſtituendi, r. 4. num. 1. Reſtitutio quid ſit, ibi. Reſtitutionis obligatio inducitur ab actione externa iniuſta, quæ ſit culpa theologica gravis, & quare, ibi. numer. *34*. V. etiam peccatum, V. etiam culpa theologica. Non tenentur ad reſtitutionem niſi qui peccant contra iuſtitiam, non autem peccantes contra alias virtutes; hoc dictum exemplificatur, ibi. n. *5*. Actio ſola iniuſta externa obligat ad reſtitutionem, quia ipſa ſola inducit inæqualitatem in rebus, ibi. num. *6*. Exempla hujus Aſſerti habes, ibi. num. *7*. Onus reſtitutionis ex iniuſta actione externa procédit à culpa theologica, non iuridica, quia hæc radix reſtitutionis fundatur in delicto, ibi. n. *8*. Ex hoc plures reſolvuntur caſus, ibi. n. *9*. Culpa theologica levis quare non inducat obligationem mortalem reſtituendi rem gravem, ibi. n. 10. Exempla habes, ibi. num. 11. Poteſt nihilominus quis obligari ad reſtitutionem ex culpa levi

ſub mortali, & quando, ibi. num. 12. Reſtituere, vel damnum compenſare tenetur quis ſub mortali, in cujus poteſtate eſt tollere cauſam damni ex culpa levi ſecuti., ibi. num. 13. Reſtituenda eſt res aliena tota iniuſtè accepta, ſi extet, vel ejus valor, ſi ea perierit, & ratio aſſignatur, ibi. numer. 14. Non reſtituens ex mora culpabili tenetur ad intereſſe ordinarium, & extraordinarium, ibi. Valor ęquivalens ſubſtituendus eſt loco rei deperditæ, ſi res furata caſu pereat apud furem, non peritura apud Dominum, imò totius damni ſecuti; quid verò dicendum ſi res apud furem caſu pereat, vel per juſtam hoſtium incurſionem, eodem modo certo apud Dominum peritura? controvertitur, ibi. num. 15. Obligatio reſtitutionis inſurgit ex violatione Iuſtitiæ particularis, & in hoc à generali diſcriminatur, ibi. num. 16. Solutio caſuum ex hoc fundamento, ibi. nu. 17. Reſtitutio non eſt facienda ex læſione virtutis Iuſtitiæ diſtributivæ, niſi quatenus ex ea lædatur commutativa, neque ex lęſione aliarum virtutum; ex læſione Commutativæ adæqua-

æquata eſt reſtitutio, ſi res accepta in priſtinum ſtatum reponatur, vel damnum compenſetur, ibi. numero 18. Reſolutio caſuum ex hoc fundamento à num. *19.* uſque ad *26.* Tenetur reſtituere, qui eſt cauſa efficax damni, non autem cauſa per accidens, ſeu occaſio, r. 4. n. *26.* Quid debeat reſtituere poſſeſſor bonæ fidei, & quid poſſeſſor malæ fidei, ibi. n. *27.* Tantùm eſt reſtituendum, quantum ſufficiat ad inducendam æqualitatem, & ſi damnificator dubitet an culpa venialis fuerit, vel mortalis, pro rata dubii reſtituat, ibi. n. *28.* & ibi. reſtituendum eſt à poſſeſſore malæ fidei, ubi rem iniuſtè percepit; ſecus poſſeſſor bonæ fidei, ubi rem poſſidet, ibi. num. *28.* Cui reſtituendum ſit, ibi. n. *29.* Quando ſit reſtituendum, ibi. num. *30.* Quomodo ſit reſtituendum? & quo ordine, ibi. num. *31.* Dupliciter quis poteſt obligari ad reſtitutionem, naturaliter, & civiliter, & quod diſcrimen ſit inter utramque obligationem, ibi. num. *32.* Obligatur ad reſtitutionem non ſolum cauſa principalis damni efficiens phyſica, verum etiam cauſa

duæ leges, quæ videntur obligare ad reſtituendum pretium acceptum pro peccato non patrando, ibi. Non tenetur promiſſarius reſtituere pretium acceptum poſt delictum patratum, ibi. num. *57*. Reſolvuntur caſus corollarii, ibi. numer. *58*. Reſtituenda ſunt etiam poſt factum omnia lucra ob turpem cauſam, quando accipiens redditur à lege incapax eorum dominii, ibi. num. *59*. Non ſunt reſtituenda lucra provenientia ex malo ratione circunſtantiæ adiunctæ, ibi. num. *60*. Practicantur exempla, ibi. numero *61*. Non ſunt reſtituendæ res alienæ ab emptore malæ fidei, ſi permixtæ ſint cum rebus propriis Iuris, à quo fuerunt emptæ, ſed æquivalens, & quare, ibi. n. *63*. Non tenetur reſtituere emptor bonæ fidei res alienas permixtas cum propriis, neque æquivalens, & quare, ibi. numer. *64*. Non tenetur reſtituere poſſeſſor bonæ fidei res alienas cum propriis immixtas, ſed id, in quo ex acceptis factus ſit ditior, ibi. num. *65*. Reſtitutio bonorum incertorum pauperibus eſt facienda; probabiliter etiam inventor ſibi eam poteſt retine-

re, & quare, ibi. nu. *66. 67. 68.* Non ſunt reſtituenda bona derelicta, & quare, ibi. nu. *69.* Reſtituenda ſunt bona vacantia, ibi. nu. 70. Item bona Chriſtianorum naufragantium, & quando veniunt nomine derelictorum, ibi. numer. 71. Item bona incerta acquiſita ex delicto pauperibus ſunt reſtituenda, vel ſibi ipſi poſſidenti, ſi pauper ſit, ibi. n. 72. Reſtitutio Theſaurorum inventorum quibus facienda, ibi. nu. *73.* Reſtitutio ſimoniacè accepti obligat ante Iudicis ſententiam cum certa exceptione, ibi. num. *74.* Item dicito de reſtitutione impoſita à Pio V. Beneficiariis, ſi Divinum Officium non perſolvant, ibi. Non eſt reſtituendus Theſaurus inventus in fundo alieno empto, ſed emptoris cedit dominio, & quare, ibi. n. *75.* Cui ſint reſtituenda capta venatione iuſtè prohibita, ibi. Reſtituere tenetur Venator iniquus, ſi aliquod damnum intulit, ibi.

Reſtitutionis onus an induatur à culpa Theologica, & quando, ibi. n. *76.* An etiã à culpa juridica, & quando, ibi. Nõ tenentur Domini reſtituere ante Iudicis ſententiam ex damno illato ab eorũ ſervis, animalibus, &c. niſi adſit culpa
theo-

vere Advocato, debitum pro omnibus cauſis eo anno advocandis ex conventione, etiam ſi nulla cauſa eo anno fuerit advocata, reg. *41.* num. *3.* Salarium non tenetur Dominus ſolvere famulo infirmo tempore infirmitatis, niſi aliud ex pacto, vel conventione debeatur, ibi. num. 4

*Scribens.*

Epiſtolam Moniali, an cenſeatur loqui cum Moniali, & incidat in pœnas latas contra loquentes &c. r. *72.* num. *23*

*Scriptura Sacra.*

Scripturæ Authoritas tota deperderetur, ſi uno tantum mendacio, etiam officioſo eſſet maculata, r. 37. numer. 19

*Sententia.*

An tota ſit irrita, ſi procedat de majori ſumma, quam ſit debita, reg. 37. numer. 20. Sententiam arbi-

tri ſi quis impugnat, nequit eam pro ſe allegare, r. 3. num. 5. Sententia nulla delegati defectu, alicujus ſubſtantialis requiſiti à lege, impedit delegatum, impedit novum Iudicium ferri ab eodem in eadem cauſa, r. 52. n. 11

Sententiæ latæ á majori parte Iudicum ſtandum eſt, altera minori etiam invita, r. 56. n. 9

### *Sepultura.*

Sepultura Eccleſiaſtica an poſſit dari mortuo, qui dum vivebat, privilegium habebat aſſiſtendi divinis officiis tempore interdicti, reg. 42. num. 11

### *Servitus. Servus.*

Servorum numerus binarius ſalvatur in uno, quando ex duobus relictis à Teſtatore, cum hac conditione, ſi mei erunt, cum moriar, unus ante mortem legantis moriatur, r. 40. num. 13

*Significatio.*

Significatio verborum duplex. Naturalis, & Civilis, & quæ iſtæ ſint, r. 15. n. 2.

*Simonia. Simoniacus.*

Simonia vitiat electionem ad Beneficium Eccleſiaſticum, r. 1. numero 5. Simoniaci malitioſi non gaudent triennali pacifica poſſeſſione, ibi. num. 6. & 9. Simonia hic excepta, de qua Simonia intelligatur, ibi. num. 15. Hæc Simonia non comprehendit Simoniacos ignorantes invincibiliter, ibi. Simoniacè acceptum cui reſtituendum, r. 4. nu. 29. Etiam voluntariè traditum, ante, & poſt factum eſt reſtituendum, ibi. nu. 74. An ſit Simonia relinquere legatum Monaſterio, ut aliquem in Religione acceptet, V. Legatum. Simoniacus Beneficiarius, ex propria culpa deponitur, r. 22. & r. 23. num. 3. Aliquando etiam per alterius culpam, ibi. Simonia commiſſa ab electo cum uno tantum ex Electoribus, an vitiet to-

totam electionem, quamvis reliquorum ſuffragia ſufficiant ad electionis concluſionem, r. 37. Commiſſa á Collatore, & à Proviſo inculpabiliter ignorata, an vitiet collationem, ibi. n. 24

*Socius.*

Si recedat è Domo cum altero ſocio in ſolidum conducta, nequit alium in ſui loco ſubſtituere, altero ſocio prohibente, r. 56. numero 3. Reſol. 1. Si Domus æquè principaliter fuerit conducta à duobus ſociis in ſolidum ad habitandum, an poſſit alter ſocius, imò an teneatur impedire ne Meretricem conſocius introducat, ibi. num. 4 Socius in hæreditate communi non poteſt remittere iniuriam ei, qui Teſtatorem interfecit, altero ſocio contradicente. ibi. num. 6. Socius an poſſit ſepelire aliquem in loco communi, ſi alter ſocius repugnet, ibi. numer. 7

*Soror.*

Includitur in Privilegio conceſſo

Fratribus, r. 7. num. 26. Excluditur ab hæreditate, ſi unus naſcatur filius, lege eam excludente, ſi filii ſint ſuperſtites, r. 40. n. 11

*Species.*

Quid ſit apud Iuriſtas, r. 34. nu. 2. Species reſtringit univerſalitatem Generis, & tunc conciliantur jura, quæ invicem adverſantur, ibi. numero 3

*Sponſalia. Sponſus.*

In ſponſalia reſolvitur Matrimonium nullum ex defectu ætatis. *Obſerv. in Tit.* Invalida à principio ratione ætatis, an validentur tempore pubertatis, r. 18. num. 3. Alter ſponſus juſta de cauſa poteſt à ſponſalibus reſilire, r. 21. num. 7. Sponſalia quando annullentur ex annullatione Matrimonii, r. 39. num. 8. 9. In ſponſalibus taciturnitas filiorum habetur pro conſenſu, ſi parentes contrahant pro ipſis filiis præſentibus, & tacentibus, ex iiſq; oritur impedimentum publicæ honeſtatis, r. 43. n. 4

Secus

Secus, ſi extraneus contrahat pro puella, niſi ſit ad hoc ſpecialiter electus, vel puella ſignum externum conſenſus oſtendat, ibi. num. *6.* Ex primis ſponſalibus nullis defectu conſenſus, vel ætatis, non oritur impedimentum publicæ honeſtatis, r. *52.* n. *6.* Sponſalia metu extorta invalida ſunt etiam jurata, & quare, r. *69.* n.*9.* circa med.

Stipendium, V. Salarium.

*Stipulatio.*

Stipulatio hominis liberi invalida à principio non validatur per advenientem libertatem, r. 18. numer. 7. Neque ſtipulatio rei ſacræ, etiam ſi res ſacra profana reddatur, ibi. num. 8

Subditus, V. Superior.

*Succeſſio. Succeſſor.*

Qui ſuccedit in jus alterius juſtam Ignorantiæ cauſam cenſetur habere, reg. *14.* per tot. V. Ignorantia. Succeſſor quis nam dicatur in iure, reg. *46.* num. 1. Is, qui in jus ſuccedit

dit alterius , eo jure, quo ille, uti debet, ibi. per tot. Fallèntiæ Regulæ aſſignantur, ibi. à num. 7. ad 10. Succeſſor in uniuerſum ius ſive commodi , ſive incommodi defuncti , exceptis tamen perſonalibus , ibi . num. 11. Succeſſor quoad Vota defuncti, V. Hæres.

## *Superior.*

An poſſit ſuſpicari de ſubditis, V. Suſpicio . Superioribus parendi cuilibet ineſt moralis obligatio , r. 24. num. 1. Quando non tenemur ſuperioris præcipienti obedire, ibi. nu. 2. Superiori parendum eſt in præcepto dubio , ibi. num. 3. Item in materia indifferenti, ibi. num. 4. Quid , ſi ſuperior ſit incompetens , V. Judex .

## *Suſpicio. Suſpicari.*

Suſpicari licet in dubio de malo etiam non probato , ad præcavendum malum , ſic ſuperior poteſt ſuſpicari de ſubditis ex indiciis, non autem judicare, r. 8. n. 4

*Ta-*

# T

## *Tacens. Taciturnitas.*

Tacens tenetur de damno ex ejus ſilentio ſecuto, ſi ad clamandum ex officio tenebatur, r. 4. num. 40. Taciturnitas in Matrimonio quando habeatur pro conſenſu, r. 9. n. 3. Tacens conſentire videtur; nimirum quando tacens non tenetur loqui, & in materia ſibi favorabili. Item quando tacens tenetur, & poteſt loqui, videtur conſentire, r. 43. num. 1. Solvuntur caſus ex fundamento, ibi. nu. 2. & ſequ. Taciturnitas filiorum, V. Sponſalia. Matrimonium. Taciturnitas Reo, V. Reus. Taciturnitas Electoris, V. Electores. Tacens neque negat, neque affirmat; & quando, r. 44. n. 12

## *Tempus.*

Tempus ad præſcriptionem requiſitus ex varietate rerum præſcribendarum aſſignatur, r. 2. n. 4. Tempus nequit validare Actus à principio nullos,

los, r.18.n.1. Neque Actus á principio validos poſtea vitiare, ibi.

*Territorium.*

Transferens triticum extra Territorium contra Principis edictum, regulariter loquendo, non tenetur ad reſtitutionem, & quare, reg. 4. numero 17

*Teſtamentum.*

Teſtamentum minus ſolemne non præjudicat piis legatis. *Obſerv. in Tit. in fin.* Teſtamentum impuberis à principio non validatur per pubertatem, r. 18. num. 4. Poteſt à Teſtatore revocari ante mortem, r. 21. num. 6. Teſtamentum impugnans, nequit legatum in eo ſibi relictum acquirere, r. 38. num. 2. Teſtamentum non dirimitur per phreneſim ſupervenientem, r. 73. n. 5

*Teſtis.*

Tenetur reſtituere pretium acceptum pro veritate dicenda in judicio, r. 4.

r. 4. num. 51. Secus, de pretio accepto pro falſo teſtimonio in judicio ferendo poſt factum , ibi. num. 58. Teſtes Teſtamentarii debent eſſe rogati, reg. 31. num. 10. Teſtis depoſitio non prodeſt impugnantibus illam, r. 38. n. 5.

Teſtis unus, teſtis nullus, & quando, r. 40. num. 15. Teſtis prima depoſitione corruente , ſecunda valebit , etiam primæ contraria , r. 52. num. 5. Si Teſtis in judicio civili ambiguè loquatur, teſtimonium interpretetur contra producentem Teſtem, & ne probationes, r. 59. n. 4

*Theſaurus.*

Inventus in proprio fundo, cuius ſit? quid ſi in alieno inveniatur, r 4. num. 75. Theſaurus in fundo alieno empto , eſt emptoris , etiam ſi emptor ſciverit ante emptionem ibi latere, quia non eſt fructus terræ , ibi. num. 75

Titulus coloratus , V. Poſſeſſio triennalis.

Titulus præſumptus , V. Præſcriptio .

*Totum.*

Totum in ſe continet partes, r. 80. per tot. Quid ſit apud Iuriſtas, ibi. numero 1. Quid ejus pars, ibi. numero 2. Totum quotuplex ſit, ibi. num. 3

*Tutor.*

Nequit per ſe, neque per tertiam perſonam emere rem Pupilli ſui, r. 67. num. 2

*Transferre.*

Transferre triticum extra Territorium, V. Territorium.

V

Vaſſallus infidelis, V. Fides.

*Venator.*

Venator iniquus tenetur de damno illato ſegetibus, reg. 4. numero 75

*Veuditio. Venditor.*

Venditor an teneatur aperire emptori vitium rei venditæ, r. 31. nu. 3. Venditor an poſſit inire pactum cum emptore non ſe obligandi ad intereſſe ratione vitii rei, ſi id ab emptore ſciatur, ibi. num. 5. Venditio nulla nullam facit tradiditionem rei, atq; dominii, reg. 39. num. 4. Venditio fundi dotalis, manente Matrimonio, irritatur à lege; ſecus verò ſoluto Matrimonio, ibi. num. 5. Venditor non plus dominii, quod habet transfert in emptorem, regula 79. numero 2

*Verba.*

Verborum proprietas duplex, Civilis, & Naturalis, & quæ iſtæ ſint, r. 15. n 2

*Virgo.*

Stuprata violenter à Viro, ſemper ex lege non virgo præſumitur, regula 8. numero 8. Virgo patitur injuriam,

iuriam, ſi per vim, dolum &c. defloretur, r. 27 n.5

*Vltima voluntas.*

Vltimæ voluntati ſi adiiciatur conditio impoſſibilis phyſica, vel moralis, cenſetur pro non ſcripta, reg. 6. n. 6. Exempla, ibi.

*Votum. Vovens,*

Vovens Calicem, & non offerens, non tenetur ad reſtitutionem, & quare, r. 4. num 5. Voti commutatio eſt invalida, antequam acceptetur, & quare, r. 7. n. 15. Voti irritatio eſt valida, etiam non acceptata, vel cognita ab habente votum, & quare? poſſet quidem peccare ex conſcientia erronea is, qui habet votum, ignorans eius irritationem, ibi. num. 16. Votum de materia partim apta, & partim inepta an, & quando totum vitietur, r. 37. num. 25. & ſeq. Voti materia facta impoſſibili quo ad unam partem, ſi materia non ſit diviſibilis, ad nihil tenetur vovens, ibi. num. 28. Secus, ſi materia quo ad unam partem fa-

facta impoſſibili, ſoleat, & poſſit dividi; nam tunc ad poſſibilem vovens tenetur, ibi. num. 29. Exempla habes de Voto Templum ædificandi; de Voto caſtitatis, & ieiunandi, ibi. Votum plurium rerum, an, & quando præſumatur dividuum, vel individuum, ibi. num. 30. Vota defuncti an tranſeant ad Hæredes, V. Hæres. Vota eſſentialia non obligant, ſi tollatur ſtatus Religioſi, r. 51. numer. 5. Votum contra bonos mores, id contra legem obligantem ſub mortali, vel veniali non obligat. Secus verò, ſi lex ad nihil obliget, reg. 58. num. 3. Votum contra Votum non tenet imò eſt peccaminoſum, ibi. num. 8. Omnia Vota de re mala ex obiecto formali malo, ut fornicatio; ſive ex fine malo ſibi adiuncto, vel ex alia circunſtantia ſe tenente ex parte rei Votæ, ſunt invalida, reg. 69. num. 2. Vovens rem malam mortaliter, peccat mortaliter; vovens rem malam venialiter, peccat venialiter probabiliter, ſed probabilius venialiter, ibi. Vota ex fine malo ſe tenente ex parte ipſius voventis, manente re promiſſa in ſua bo-

nitate, valida ſunt, v. g. Votum dandi eleemoſynam Mendico ex ira erga illum, vel ex ſine vanæ gloriæ, non obiectivè, ſed motivè, & quare, ibi. num. 3. An valida ſint vota facta ex affectu erga rem bonam, ut bona eſt, & ſi coniuncta cum cauſa mala, v. g. Votum de elargienda eleemoſyna ſi filius ex concubina naſcatur? controvertitur, ibi. n. 4. Vota de re indifferenti non ſunt valida, niſi vallata bona circunſtantia, ibi. num. 5. Vota contra conſilia Evangelica, an, & quando ſint valida, ibi. Circa med. In Votis cum dictione diſiunctiva emiſſis, ſufficit alteram partem implere, etiam ſi una ſit reſervata, & quare, reg. 70. num. 5. Secus ſi utraque pars alternativæ ſit reſervata. ibi.

Vovens vel perpetuam caſtitatem, vel ieiunium bis in ſingulis hebdomadibus, quam partem velit, eligat, altera etiam reſervata relicta, ibi. num. 6. Vovens vel Caſtitatem perpetuam, vel Religionem non diſpenſatur à Confeſſario ordinario; nam utraque pars alternativè ex reſervata, quæ non impedit reſervationem,

ibi. num. 7. Vovens diſiunctivè vel hoc, vel illud, poſſit, uno electo, variare, & alteram eligere, ibi. numer. 8. circa fin. Vota realia poſſunt impleri per alium. Secus de perſonalibus, niſi vovens hoc conditionatè voviſſet, reg. 72. num. 13. Vota mixta poſſunt impleri per alium quam partem realem, ibi.

*Vſura.*

Accepta ex uſura damnificato ſunt reſtituenda, reg. 4. num. 29. Vſura ſolvenda eſt, ſi fuit promiſſa cum Iuramento, reg. 58. num. 7. Vſuræ ſolutio petita ab Vſurario eſt doloſa, r. 59. num. 4

*Utile.*

Vtile per Inutile vitiari non debet, reg. 37. per tot. Vtile, & Inutile, quid importent, ibi. numero 1. Vtile quando vitietur per Inutile, V. Inutile.

*Uxor.*

Non reſtituitur Marito ſævienti ab eo depreſſum propter metum ſævitiæ.

*Ob-*

*Obſerv. in Tit.* Vxor non gaudet Privilegiis Mariti, dempta nobilitate, aut alia conceſſione à iure facta, r.7. num. 29. Participat immunitate conceſſa Marito ob numerum duodecim filiorum in ordine ad bona patrimonialia. ibi.

*Finis Indicis Rerum Notabilium.*

# APPROBATIO RELIGIONIS.

LIbrum, cui titulus: *Compendioſa Declaratio Regularum Iuris Canonici in 6.* à Rever. P. Vincentio de Caſtrofranco Ord. Min. ſtrictioris Obſerv. Sac. Theol. Lect. nec non Sanctæ Gen. Inquiſitionis Venetiarum Conſultore, diligenter concinnatum, attenta meditatione perlegi, nihilque in eo, quod Catholicæ fidei, Chriſtianiſque moribus adverſari videatur, reperi: Imò potius, non ſine animi voluptate, Doctrinam ſacris Canonibus, & S. Rom. Eccleſiæ cenſui conformem ubique redolere perſpecti, quæ maximoperé legentium utilitati, ac profectui conducere poterit, ſi in publicam lucem edatur. Jta cenſui.

*Ego F. Beatus de Valle Agni Vicentinus Sacræ Theolog. Lect. Ord. Min. ſtrict. Obſerv.*

Ex

EX Commiſſione Reverendiſſimi Patris Antonii ab Antrodoro Minor. Obſervantium, & Reformatorum in Cyſmontana Familia Commiſſarii Generalis, Ego infraſcriptus attenté vidi, verbatim legi, & majori, qua potui diligentia examinavi opus, quod inſcribitur [ *Compendioſa Declaratio Regularum Iuris Canonici in ſexto, Utrique Foro inſerviens, & pro reſolutione multorum Caſuum Conſcientiæ practicé accommodata* ] ab Adm. Reverend. Patre Vincentio à Caſtro Franco Minorum Obſervantium Reformatorum Provinciæ Sancti Antonii Concionatore, ac Lectore Generali, nec non Sancti Officii Venetiarum Conſultore compoſitum, in quo cum nihil vel Catholicæ fidei diſſonum, vel ſanæ doctrinæ adverſum, vel Chriſtianis moribus contrarium offenderim; ſed ſana, ſolida, claraque doctrina undequaque ſcatens repereri, illud per omnia probavi, dignumque prælo, ſi iis,

ad

ad quos pertinet videbitur, judicavi, & judico, & ut quam citius imprimatur enixè opto, ac deſidero.

*Dat. Patavii in Conuentu Sanċti Caroli*

Die 21. Decembris *1692.*

Ita eſt Fr. Adrianus ab Adria Concionator, ac Theologiæ moralis in ſupradicto Conventu, Lector actualis, & Diffinitor Provincialis.

*Fr.*

*Fr. Antonius ab Iutroduco Ordinis Minorum Regularis Obſerv. S. P. N. Franciſci Lector Iubilatus, & in tota Cyſmontana Familia, tám Obſervantium, quám Reformatorum Commiſſarius Generalis, & ſervus dilecto nobis in Chriſto Patri F. Vincentio á Caſtrofranco Lectori Theologo noſtræ Reform. Provinc. S. Antonii, nec non Sanctæ Generalis Inquiſitionis Venetiarum Conſultori ſalutem in Domino.*

CVm juxta Apoſtolicas, noſtrique Ordinis Conſtitutiones, reviſum, & approbatum fuerit volumen quoddam à te compoſitum, cujus titulus eſt *Compendioſa Declaratio Regularum Iuris Canonici in ſexto*; tenore præſentium ad ſalutaris obedientiæ meritum facultatem tibi impertimur quatenus ſervatis ſervandis illud Typis mandare valeas.

*Dat. Romæ* 21. *Martii 1693.*

Fr. Anton. ab Introd. Comiſ Gener.

*De mandato S P. Reuerendiſs Fr. Io. Franciſcus de Rapallo Secret General.*

COM-

# COMPENDIOSA

## DECLARATIO REGULARUM

Juris Canonici in Sexto, utrique foro inſerviens, & pro reſolutione multorum caſuum Conſcientiæ practicè accommodata.

### *Obſervatio in Titulum.*

HVnc Titulum de Regulis Juris *lib. 6. Decretalium Bonifacius VIII.* adinvenit, ut illa omnia, & multa, quæ ſuis locis, & propriis Titulis nominatim, & ſpecificè traduntur, ad quædam principia, & breviſſimas propoſitiones, poſſet quis in reſolutione caſuum dubiorum habere recurſum. Unde & Regula à Paulo I.C.

ita deſcribitur: Quod rem, quæ eſt, breviter enarrat; ideſt, Regula Juris eſt brevis enarratio rei, quæ eſt, non ut ex Regula Jus ſumatur, ſed ut ex jure, quod eſt, Regula fiat. *l. 1. ff. de reg. jur.* Factum eſt igitur in utroque jure ad facilem ſolutionem plurium Caſuum, qui quotidie occurrere ſolent, ab eodem jure non deciſi, ut ex tot legibus certa formarentur principia breviſſima, ex quibus memoria juvata ſingulas difficultates faciliter ſolvere poſſet. Hæc tamen Doctrina ſanè intelligitur, quando ſcilicet Jus contrà Regulam non loquatur, aut exceptio, vel ratio aperta contrarium non evincat, quibus caſibus nulljus eſt roboris Regula; *l. 1. ff. hoc tit.* Si quis igitur divitias Juris inquirat, hunc Titulum Regularum Juris percurrat, & erit illi Scrinium quodam, in quo quaſi totjus legis Theſaurus deliteſcit; eritque illi validum fundamentum cuicumque dubio confeſtim reſpondendi. Sint ergo exemplar. Perjurum non eſſe admittendum ad teſtificandum, propter ſuſpicionem perjurii, in lege ſtatutum eſt. *c. teſtimonium 54. lib. 1.* Item

non

non eſſe Vxorem reſtituendam Marito ſævienti ab eo digreſſam propter metum ſævitiæ. *c. litteras 15. in fin. de reſtit. ſpoliator.* Item ſemel negligenti in cuſtodiendo non poſſe rem tutò iterum committi. *c. ſcribam 9. de præſumptio.*

Ex his caſibus particularibus eruta fuit hæc Regula: Semel malus ſemper præſumitur malus. *c. ſemel malus infr. hoc tit.*

Alia Exempla traduntur. v. g. Matrimonium defectu ætatis invalidum, reſolvitur ſaltem in ſponſalia. *c. fin. de deſponſat. impuber.*

Teſtamentum minus ſolemne non præjudicat piis legatis. *c. cum eſſes de Teſtam.*

Item. Donatio ultra centum ſolidos non inſinuata, non eſt invalida pro minori ſumma; hæc, & ſimilia reſolvuntur per ſequentem Regulam, tanquam per maximam, & generale fundamentum. Vtile per inutile vitiari non debet. *c. turbat. 37. diſt.* & ex *l. qui teſtamento ff. de excuſat.*

In his ergo Regulis potiſſima ſe ſe offerunt fundamenta pro reſolutione caſuum in Jure expreſſorum, ac pro

non deciſis ob eandem æquitatem; unde inquit *Iulianus* ( *Textus in l. non poſſunt 12.* cum *l. ſequenti ff. de legib.* ) *Omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut Senatusconſultis comprehendi, ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui juriſdictioni praeſt, adſimilia procedere, atque ita jus dicere debet.*

Cæterùm ipſas Regulas ex ordine, & majori brevitate poſſibili explicemus.

RE-

# REGULA I.

## Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè, ideſt validè, ſine canonica inſtitutione obtineri.

*Ex cap.* 3. *de inſtit.* & ex *c. Relatum* 21. *de Imperator.*

## CAPUT UNICUM.

*Explanatur Regula, declarantur termini, & quædam Notanda ad hanc ſpectantia proponuntur.*

1. Beneficium Eccleſiaſticum. Aliud Religioſum, Aliud Sæculare. Vtrumque aut ſimplex, aut compoſitum. Religioſum ſimplex, ut Canonicatus Regularis ; Compoſitum, ut Abbatia, Prioratus,

aut habens aliquam iuriſdictionem.

Sæculare, vel eſt ſummum, ut Papatus; vel maius, ut Epiſcopatus; vel minus, idque vel ſimplex, ut Canonicatus, Capellania; vel duplex, ut Parochia, & quodvis aliud Beneficium curam Animarum habens in interno, aut externo Foro.

2. Eſt autem Beneficium Ius perpetuum annuos redditus percipiendi ex bonis Eccleſiaſticis propter aliquod officium ſpirituale auctoritate Eccleſiæ conſtitutum, *c.* 1. *de maledicis*, *c. quando* 7. *de offic. ind. ord. c. ad decorem* 5. *de inſtitutio*.

Iſta inſtitutio fit tribus modis. Primò per Electionem, quæ fit à pluribus, ut à Capitulo, & à ſolis Eccleſiaſticis per ſuffragia; aliquando tamen obſtat Electioni aliquod impedimentum canonicum, veluti ſi agatur de eligendo laicum in Epiſcopum, ut habetur in *c. oſius*, & *§. é contra diſt.* 61. vel de eo, qui illegitimè natus eſt, ut in *c. innotuit* 20. *de elect.* aut ætate minor eſt, ut habetur in *c unico hoc tit. in extravag. communib.* & tunc electio ſubſidio poſtulationis iuvatur; per hanc enim à ſuperiore petitur gratia, ut remit-

mittatur canonicum impedimentum, quod obſtat Electioni, *c. penult. de poſtulat. prælat.* Facta autem Electione requiritur confirmatio, quæ fit à ſolo ſuperiore, & eſt collatio Beneficij facta Electo idoneo reperto, *c. nihil* 44. *de elect.*

Secundò fit per Pręſentationem Patroni præviam, quæ eſt Nominatio Perſonæ Idoneæ, cui neceſſariò connectitur inſtitutio facta à Prælato Eccleſiæ Præſentato Idoneo, cui tali inſtitutione confertur Beneficium, & ius in re, & per Præſentationem ius ad rem.

Tertiò fit per collationem liberam, ideſt quæ à Pręlato liberè conferuntur. Sunt igitur Beneficia vel electiva, vel Patronatus, vel libera; quæ omnia cum inſtitutione requirunt Inveſtituram, quæ eſt declaratio ipſius inſtitutionis: *Bardus in hac Reg. n. 7.*

3. Præter iſtos tres modos duo alij reperiuntur. Primus eſt, quando quis liberè reſignat Beneficium in manibus Collatoris in favorem tertij. Secundus, quando reſignatur Beneficium in manibus Prælati cauſa illud commutandi cum Beneficio alterius.

4. Vltima ſpecies Inſtitutionis Canonicæ, quæ eſt in praxi per Regulas Cancellariæ, dicitur præſcriptio triennalis pacificæ poſſeſſionis, quando nimirum aliquis per triennium ſine titulo legitimo, ſed bona fide poſſedit pacificè Beneficium; Poſſeſſio igitur triennalis illi deſervit pro titulo elapſo triennio, nec alio titulo indiget. Hæc ultima inſtitutio inventa eſt, ne iuriſdictiones remaneant diu incertæ, & ne Animæ priventur ſalute ſpirituali defectu nullitatis Sacramentorum. His dictis ſit.

5. Fundamentum generale. Nulla Inſtitutio erit canonica deficientibus ſubſtantialibus validæ Inſtitutionis, quæ ſunt Collatio, Inveſtitura, Inductio in Beneficij poſſeſſionem; Decens Perſonæ habilitas, tam ex parte conferentis, tam ex parte illius, cui facta fuit collatio, & ſolemnis Inſtitutionis Forma. *Rebuffus in praxi Beneficior. de canon. inſtit. pag. 20. n. 5.* Ex hoc Fundamento.

Reſolves Primò; Beneficium ab illo teneri iniuſtè, qui à Laicis, ſine conſenſu Collatoris Eccleſiaſtici, obtinuit, quia eius inſtitutio non fuit canonica

nonica: Nec obſtat Poſſeſſorem iuſtè illud tenere ex vi poſſeſſionis triennalis, quia loquimur de canonica inſtitutione, cuius defectu illicitè obtinet, quamvis per triennium iuſtè illud retineat per conſenſum Eccleſiæ, quod antea iniuſtè habebat à Laicis.

Secundò, Non eſſe canonicam inſtitutionem, ſi fiat ſine iuris forma, ut ſi quis eligatur à non habente facultatem inſtituendi, vel ab eo, qui caret facultate eligendi.

Tertiò, Si non ſunt vocati, qui de iure vocandi ſunt.

Quartò, Si Electus, vel Inſtitutus ſit indignus naturali inhabilitate, ut Illegitimus; aut morali, ut irregularis ex delicto; vel ſimoniacè, ut conſecutus pro pretio vota ſuffragantium.

Quintò, Si accipiens Beneficium non ſit Clericus primæ tonſuræ, vel cum ſit Clericus, eſt tamen coniugatus.

Sextò, Si quis accepit Beneficium nondum vacans, v.g. ante mortem Beneficiati.

Septimò, Si quis Beneficium quolibet pacto ſtrictæ iuſtitiæ pro pretio temporali, & ſimoniacè obtinuit.

Nulla inquam iſtarum dicetur canonica Inſtitutio, & nemo iſtorum dicetur legitimus Beneficij poſſeſſor, iuxta Regulam Iuris Canonici. *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè, neque validè ſine canonica inſtitutione obtineri.*

6. Notandum eſt tamen, quod omnes inhabiles ad Beneficium ſive ex pœna, ſive ex cenſura, ſive ex irregularitate, ſive quocumque modo ex defectu canonicæ inſtitutionis, tuentur, & gaudent triennali pacifica poſſeſſione, per quam ſibi ab Eccleſia confertur valida iuriſdictio, excepta inhabilitate ex ſimonia ſcienter contracta, & ex violenta intruſione, ideſt, qui ſine aliquo titulo ſibi Beneficium uſurparunt, aut acquiſivere; vel quando Beneficium eſſet reſervatum reſervatione clauſa in iure communi, quia hos ſolos caſus Regula excipit. Ita *Theſaurus in praxi de pœnis part. 1. c. 30. q. 3.* Quæ quidem intelligenda ſunt, ubicumque non adſit clauſula derogatoria huius Regulæ. *Dian. part. 7. tract. 10. reſol. 26.*

7. Regula de triennali poſſeſſione non revalidat penſionem iniuſtè, & illi-

licitè acceptam, ſed tantum Beneficia propriè dicta; quia de iſtis tantum Regula loquitur, & non de Penſione. *Gomez ſup. Reg. de Triennali q. 4 ibi. §. Not. 1.*

8. Neque obligatio reſtituendi fructus ratione illicitæ inſtitutionis tollitur à Beneficiario vigore dictæ Regulæ de Triennali, quæ ſolum revalidat Titulum Beneficij, non autem iuvat ad fructus acquirendos, quando à lege impeditur acquiſitio, vel infertur privatio; ſed bene tollitur dicta obligatio uſucapione triennali, ſi interveniat bona fides eo triennio, ſcilicet ob ignorantiam invincibilem dictæ pœnæ inferrentis privationem. Imò neque incurrit dictam pœnam probabiliter, ſi eam invincibiliter quis ignoraverit. *Sanchez in Decal.lib.2. c. 5. num.* 11. *& 12.*

9. Non tamen placet opinio *Thomæ Hurtadi var. tom.2. tract.* 12. *cap.* 1. *§.17.n.*948. aſſerentis incapacem quemcunque ex defectu canonicæ inſtitutionis, exceptis intruſis, & ſimoniacis malitioſis, adiuvari hac triennali pacifica poſſeſſione, quamvis cœperit Beneficium á principio cum mala fide

poſſidere; & ratio aſſignatur, quia Pontifex per hanc Regulam intendit lites evitare perpetuas; ſi enim eſſet requiſita bona fides, hæc deberet probari à Poſſeſſore, & eam habuiſſe à principio, quod eſt valdè durum probare, & ſic lites non evitarentur. Hanc opinionem ſequuntur *Gomez de trien. poſſeſs. quæſt. 42. Covaruv. conc. 4.*

Non placet inquam hæc opinio *Stephano Baúnio* eam impugnanti *in praxi Beneficiorum diſp. 11. q. 5.* neque *Dianæ part. 11. tr. 5. Miſcell. Reſol. 3.* quæ validè improbatur. Primò, quia mala fides impedit acquiſitionem dominij rei præſcribendæ, præſertim in foro canonico; ut in *c. fin. de præſcript. & c. poſſeſſor de Reg. Iur. in 6. Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit*: Sed iſta poſſeſſio triennalis eſt ſpecies quædam præſcriptionis, ut in ſimili caſu vult *Abbas in c. contingit de dolo, & contum.* igitur Regula de Triennali non tuetur Poſſeſſorem Beneficij cum mala fide ab initio. Secundò, quia tali opinioni adverſatur *Canon. fin. de præſcript. ex Concil. Lateran.* ſumptus, cuius hæc ſunt verba. [ Quoniam omne, quod

non

non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus, ut nulla valeat ſine fide præſcriptio, tam canonica, quam civilis, cum generaliter ſit omni conſuetudini, & conſtitutioni derogandum, quæ abſque peccato mortali obſervari non poteſt. Vnde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte alienæ rei conſcientiam habeat.]

10. Suppoſita ergo bona fide eo triennio cum pacifica poſſeſſione, beneficio Regulę triennalis gaudere certum eſt omnes inhabiles à iure communi, ut ſunt Illegitimi, Excommunicati, Irregulares, Sæculares, qui Beneficium Regulare, & è contra Regulares, qui Beneficium Sæculare per triennium bona fide, & pacificè poſſederunt, & id de omnibus ſimilibus eſt affirmandum; nam cum Regula excipiat tantum Simoniacos, Intruſos, & proviſos de Beneficio reſervato Pontifici; reſervatione, quæ ſit in corpore Iuris incluſa, cæteros ab iſtis ſine dubio excipiet, dummodo occulti ſint, & incogniti; & totum hoc ſtabilitur ex *Can. Dominus* 22. *q.* 7. ex quo habetur, quod exceptio in non exceptis firmat

mat Regulam. Sic *Dynus lib. 1. de Regul. Iur. pag. 4. n. 5. & ſeqq.*

11. Sed dubium eſt, An hæc Regula de triennali poſſeſſione valeat non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ?

Negat *Covaruvias in Reg. Poſſeſſor 2. p. §. 10. concl. 7.* Ratio eſt, quia Pontifex non tribuit Poſſeſſori triennali ius firmum, ac ſtabile, ſed per eam Regulam impedit tantum, ne Poſſeſſor triennalis ab aliquo moleſtetur in repetitione Beneficij per triennium iam pacificè poſſeſſi; ergo nullum iuvamen, aut ius ad Beneficium in conſcientia per Regulam triennalem confertur Poſſeſſori.

Contraria tamen opinio videtur probabilior, & probatur. Maior eſt in Eccleſia Pontificis circa Beneficia poteſtas, quam circa prædia, & agros Imperatoris, & Cæſaris imperium; ergo ſicut Imperator transfert ius agrorum in Præſcribentes; ita à fortiori Papæ voluntas plenario iure poteſt tutè in conſcientia triennali poſſeſſione Beneficiorum ius in pacificè poſſidentes transferre. Item. *Calixtus* poſt exactum annorum trium ſpatium tollit à

poſ-

poſſeſſore quodlibet ſcrupulum de re ſic poſſeſſa; ergo Pontifex ſumma poteſtate, ius Beneficij titulo tantum colorato poſſeſſi, in eum, pro quo hic, ac triennalis poſſeſſio faciunt, transfert; patet hoc per *Regulam Cancellariæ 33. & Canones* citatos, ex quibus concluditur contra *Palaum to 2. tract.13. diſp.2. punct.33. n.3.* Triennalem poſſeſſionem cum bona fide, & pace concedere incapacis, demptis exceptis in dicta Regula, ac tribuere poſſidenti non ſolum exceptionem adverſus quemlibet moleſtantem, & Beneficium impetrantem, ſed & titulum, & Dominium in foro fori, & Conſcientiæ. Ita *Diana par. 11. tr. 5. miſcell. reſol.4. pag.258. Baunius cit. q.10. in fin.* Ex hac Fundamentali doctrina.

12. Reſolves, Validos eſſe omnes actus iuriſdictionis exercitæ ab incapaci, & aliás inhabili virtute dictæ Regulæ de triennali, tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ; quia ubicumque intervenit dominium Beneficij cum titulo ſaltem colorato, ibi adeſt & validitas iuriſdictionis in actibus, præſertim in foro interno, in quo agitur de animarum ſalute; ſed trien-

na-

nali poſſeſſori pacificè, & bona fide poſſidenti ex *Regula* dicta Ius, & Titulus conferuntur; ergo & validitas Iuriſdictionis in utroque foro, quod totum ſatis clarè patet ex dictis: Vnde ſequitur, quod ſimplex Sacerdos habens ab Epiſcopo collationem Beneficij, ſed cum impedimento canonico, v. g. quia eſt irregularis, non haberet verum titulum, ſed tantum coloratum, ſeu apparentem; eſſet enim titulus collationis, ſed falſæ, aut putativæ, quia nulla eſſet collatio; validè tamen abſolveret, concurrente errore communi, validè Matrimonio aſſiſteret, quodlibet etiam officium à iuriſdictione dependens, validè perageret.

Totum hoc confirmatur in iure civili ex *l. Barbarius ff. de officio prætoris*, & ex *l. ſi arbiter C. de ſent. & interloc.* Vbi habetur pro validis recepta fuiſſe geſta à quodam ſervo in Præturam aſſumpto; qui alias dignitatis erat incapax, ut ſervus apud Romanos, *l. quod attinet in Reg. Iur.* nam acta, & geſta à *Barbario ſervo* valida, & approbata fuerunt ab *Vlpiano* his verbis. *Humanius eſt illa non reprobare, cum etiam potuiſſet,*

*ſet Populus Romanut ſervo decernere hanc poteſtatem, ſed & ſi ſciviſſet ſervum eſſe, liberum effeciſſet.*

13. Viſa ergo, attentèque conſiderata prędicta lege *Barbarius*, clarè cuique innoteſcet Sanctæ Matris Eccleſiæ pietas, & circa eius filios ſumma benignitas, quæ pro conſcientiæ tranquillitate, Animarum ſalute, nec non ad lites vitandas, imitata eſt Ius Civile humanum, illudque canonizavit, ideſt recepit in ſacris Canonibus In *Syn.Rom.* relata *c.1.3.q.7.* voluitque robur tribuere quibuſcumque actibus cum errore communi peractis, [ut excludantur Miniſtri incapaces, & inhabiles publici, & Noti] ex titulo colorato [ut excludantur intruſi, qui ſine ullo titulo Beneficium poſſident] idque tum in foro externo, tum in interno, tum in cauſis temporalibus, tum in ſpiritualibus, quia ſemper militat eadem legis prędictæ ratio. Sed cum meum non ſit omnia, quæ ſpectant ad Beneficij materiam, ſed tantum ad huius primæ Regulæ canonicæ explicationem, percurrere; ſatis ſit iam explanatum, quique plura cupit, videat de hoc Auctores.

14. Hic

Digitized by Google

14. Hic ſolum notabo pro maiori Regulæ Cancellariæ, de triennali pacifica poſſeſſione, notitia; quod quando in illa excluduntur intruſi, ſemper intelligatur de ijs, qui ſine titulo Electionis cum Confirmatione; vel Pręſentationis cum Inſtitutione; vel liberè Collationis, Beneficium poſſident. Item ij dicuntur intruſi, qui ſine titulo reſignationis, aut permutationis, Eccleſiaſtico Beneficio gaudent; quando igitur quis Beneficium poſſidet ſine aliquo ex his quinque titulis, dicitur Intruſus.

15. Secundò adverto, quod quando in Regula de Trienn ui poſſeſſione excipiuntur Simoniaci, intelligendum eſt tam de Simonia Reali, quam conventionali, non autem de mentali; Ratio eſt; quia ſtricta Simonia, & vera nunquam committitur niſi concurrat exactio, vel promiſſio ex communi Doctorum, quos ſequitur *Felinus in c. tua nos in gloſ fin. de ſimon.* Sic fuit deciſum *1538. 11. Martij in Rota.* Et hoc tenet *Abb. in c. cum ad noſtram de elect. in 3. notab.* Non tamen comprehendit Regula Simoniam mentalem, quæ ſola pœnitentia deletur; & quamvis

etiam

etiam mentalis ſub nomine Simoniæ intelligatur in dicto *c. ſunt non nulli*, in materia tamen pęnali, & odioſa, cuiuſmodi eſt iſta, de reali, & conventionali ſentiendum eſt, quæ propriè, & rigorosè ſunt Simoniæ. Iuxta *c. cum ſuper de confeſ. &c. Matthaus de ſimon. Cald. & Abb. in c. cum Clerici de pac. Felyn. in c. inſinuatum de ſimon. Gomez de trien. poſſeſſ. q. 12.*

Nec includuntur in exceptione Simoniaci poſſidentes Beneficium in exceptione Simoniaci poſſidentes Beneficium cum ignorantia invincibili, v.g. ſi Frater, vel Pater poſſidentis aliquid tribuiſſet Collatori, vel Electoribus, ut ipſi poſſidenti Filio, vel Fratri Beneficium fuiſſet collatum, ratione ignorantiæ Poſſeſſor benè defenderetur Regula de triennali; nam adhuc eſſet titulo colorato vallatus. *Ita Ant. de But.* poſt *Inn. & alios in c. niſi cum pridem in prin. col. pen. verſ. Infertur tertiò de renunt. Gomez ibi.*

16. Tertiò, & ultimò noto, quod *Reſervatio illa generalis*, quæ nominatur in Regula de Triennali, *in corpore iuris clauſa*, eſt illa, quæ reperitur in *c. 2. de prabendis lib. 6.* quia in iure nulla

H po-

potior, & maior invenitur; dicitur *Reſervatio in corpore iuris clauſa* propter ſingulare privilegium Sedis Apoſtolicæ, prærogativam ſpecialem continens; quando igitur dicitur in Regula, quod Pontifex non intelligit habilitare inhabiles poſſidentes Beneficia reſervata, reſervatione clauſa in iure communi, intelligitur de ijs Beneficijs, quæ vacant apud ſedem, vel Curiam, non autem de vacantibus in Vrbe, loquendo rigorosè; quia aliquando iſta tria Nomina Vrbis, Sedis, & Curię pro eodem accipiuntur; ſed ſtrictè loquendo, Beneficia, quę vacant in Vrbe, quamvis ſint Papę reſervata, non ſunt reſervata in iure communi, ſed illa tantum ſunt reſervata in iure communi, quę vacant apud Curiam, vel Sedem, & talis reſervatio fuit ſępius confirmata, pręſertim per Extravagantes Romanorum Pontificum *Ioan.XXII.Bened.XI.& Clem.V.* Quę, & Quot ſint. Vide Auctores, & *Gomez cit. de Trien. q.31.* per totam.

Vera igitur eſt regula in ſenſu ſuperexpoſito: *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè, neque validè ſine canonica inſtitutione obtineri.*

R E-

## REGULA II.

**Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.**

*Ex c.5. ex c.17. in fin. & c. fin. de præſcript.*

## REGULA III.

**Sine Poſſeſſione Præſcriptio non procedit.**

*Ex c. cauſam 7. de præſcript.* & *ex Text. in l. ſine poſſeſſione 25. ff. vſurp. & vſucap.*

## CAPUT I.

*Vtriuſque Regulæ Terminorum Explicatio.*

1. SVppono primò, *Fidem* hic accipi pro Conſcientia ex *Apoſtol. ad Roma* 14. *Omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt*, ideſt ſecundum conſcientiam, & ex *c. fin. de præſcript.* nam Conſcientia eſt proxima

Re-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Regula humanarum actionum , quę dictat rem alienam non eſſe retinendam , itaut ſi poſſidens teneat aliquid, alterius cum dubio , cum hęſitatione aut certitudine rem poſſeſſam non eſſe ſuam , erit utique malę fidei poſſeſſor , & de hoc Poſſeſſore loquitur Regula.

2. Suppo. ſecundò , duplicem eſſe poſſeſſionem , Naturalem, & Civilem; illa eſt , quando rem quis phyſicè apprehendit , v. g. manu tenet , vel pedibus fundo inſiſtit ; Iſta eſt, quando iuris auctoritate , animo , & voluntate apprehendit , v. g. quando Dominus abſens eſt , apprehendit illam fictè , id-eſt animo , & voluntate ; is enim poſſidere dicitur , qui alicui rei ſuo nomine inſiſtit , *ex l. 1. in princ. ff. de acqu. vel amitt. poſſeſſ.* & licet ad acquirendam poſſeſſionem Corpus , & Animus ſimul requirantur ex *l. 3. in princ.* & *l. quemadmodum 8. ff. eod. tit.* ad poſſeſſionem tamen retinendam ſufficit ſolus animus ; v. g. ſi quis in regionem longinquam proficiſcatur , tunc res ſuas domi corpore relinquit , earum tamen poſſeſſionem Animo retinet , *ex l. clam 6. §. qui ad nundinas.*

3. Nota ly verbum *Inſiſtendi, nu. 2.* ſu-

ſupradictum, referri etiam ad res incorporales, ut ſunt iura decimandi, eligendi, Beneficia conferendi, quę omnia, & ſimilia poſſideri [ licet improprię ] & pręſcribi dicuntur, *c. ad aures 6.c. de quarta 4. cum ſimilibus de præſcript.c.1.& c.2. in 6. eod. tit.* Item in ſupracit. *n.2.* dictum eſt, quod poſſeſſor eſt, qui alicui rei ſuo nomine inſiſtit, ut excludantur Coloni, Depoſitarij, Commodatarij, Procuratores, & ſimiles, qui non poſſident ſuo, ſed alieno nomine, *l. quod meo 18. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* ideo non pręſcribunt, *l.2. l.7. in fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

*4.* Suppo. tertiò, Pręſcriptionem eſſe acquiſitionem Dominij Rei per continuam poſſeſſionem à iure definitam ex *Modeſtin. l.3 ff. de uſucap.* hoc ordine videlicet, In pręſcriptione rei mobilis ſufficit ſpatium trium annorum cum titulo, & bona fide; in pręſcriptione rei immobilis inter præſentes, ſpatium decem annorum requiritur, inter abſentes verò 20. annorum, *l. unica C. de uſucap. l.fin. C. de præſcript. long. temp.*

Titulus autem hic eſt cauſa acquiren-

rendi dominium, ut ſunt Emptio, Donatio, Legatum, Permutatio &c. quibus, ſi tradens Dominus ſit, dominium transfertur; ſin minus, uſucapiendi, vel prẹſcribendi conditio in accipientem tranſit, *l. 3. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Pro rebus incorporalibus, ut eſt Vſusfructus, ſervitus tam urbana, quam ruſtica, longum tempus prẹſcriptio exigit; *l. penult. C. de ſervit. l. fin. C. de præſcript. longi temp.* Quid autem ſit tempus longum, longius, longiſſimum, & immemoriale, habebis inferius *n.* 18. Pro rebus Eccleſię quadraginta annos *c 4. c. 6 c. 7. de præſcript.* Pro Eccleſia Romana centenaria prẹſcriptio exigitur, *c. ad audientiam, c. ſeq. de praſcript.* Pro Eccleſia Romana intellige Lateranenſem, Patrimonium eius, omniaque ſpectantia directè ad Papam.

## CAPUT II.

*Aſſignantur Conditiones requiſitæ ad Præſcriptionem.*

5. QVatuor conditiones ad prẹſcriptionem requiſitę à Do-

à Doctoribus communiter enumerantur. Poſſeſſio, Bonafides, Capacitas activa in poſſidente, ut poſſidens poſſit poſſidere, & capacitas paſſiva in re poſſeſſa, ut videlicet ipſa poſſit poſſideri, & Titulus probabiliter pręſumptus :

Prima eſt Poſſeſſio, quę ſi ſit tantum civilis, quâ quis rem aliquam ſuo nomine poſſideat, ſufficit. Ita *Sylveſter v. Præſcript. 1. q. 2. Covaruv. Reg. Poſſeſſor. p. 2. n. 7. & alij*. Ex hoc Fundamento.

Reſolves, Non poſſe pręſcribere Colonum, Curatorem, Tutorem, Commodatarium, & alios hujuſmodi, quia res poſſident non ſuo, ſed alieno nomine, ut ſupra in primo capite *n. 3.* dictum eſt; nec ſufficit nuda poſſeſſio, ſed continuata toto tempore à lege determinato ordine ſupra explicato *c. 1. num. 4.*

*6.* Secunda Conditio eſt Bona fides; nam ex 2. *Regula iuris in 6.* Poſſeſſor malę fidei ullo tempore non pręſcribit, neque ſi ſit tempus immemorabile, ſive mala fides ceperit in initio, ſive in medio poſſeſſionis, dummodo mala fides non ſequatur præ-

ſcriptionem, quia tunc non currit Regula. In hoc Ius civile contrariatur canonico, cum illud permittat pręſcriptionem, ſi ab initio bona fides extiterit, quamvis mala in continuatione ſuperveniat, ex *c. ultimo de praſcript.* & *c. vigilanti tit. eo.* ubi derogatum eſt omnibus legibus civilibus permittentibus pręſcriptionem cum mala fide; quando verò mala fides pręſumatur, vide *Menochium de Arbitr. l. 2. cent. 3. caſu 225. Maſcard. tom. 2. de probat. concl. 1377. n. 18.* Quid autem ſit bona fides? Reſponde, eſſe credulitatem, qua quis prudenter judicat rem eſſe ſuam, vel ſaltem ignorat rem eſſe alienam, modo ignorantia non ſit craſſa, vel affectata. *Molin. diſp. 64. Reginald. n. 293. Leſs. lib. 2. c. 7. dub. 2. n. 9.* Ex hoc Fundamento.

Reſolves primò, Debitorem, qui jam debitum non ſolvit triginta annis elapſis, non poſſe illud pręſcribere, quia ſciebat debitum, & erat in mala fide; ſecus autem, ſi toto illo tempore exiſtimavit ſe nihil debere, credens debitum jam ſolutum, aut condonatum, vel eo tempore de debito nihil ſit recordatus, vel nullum dubium habue-

buerit; & ſic in tali caſu poteſt Debitor pręſcribere; nam debita rerum mobilium, & immobilium ſpatio triginta annorum pręſcribi poſſunt cum bona fide, ex *l. ſicut in rem C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*. Ita *Leſſius n. 19. & 36. Covaruv. reg. Poſſeſſor. par. 2. §. 11. n. 4. Bellonius in deciſionib. Rotæ Genuenſis deciſ. 203. n. 3. Filliuc. t. 31. cap. 8. q. 3. num. 191 Tuſcus tom. 6. concl. 568.*

7. Secundò reſolves, non currere pręſcriptionem in eo, qui ab initio bona fide cepit poſſidere, ſed in medio poſſeſſionis ſupervenit mala fides, quia non habuit bonam fidem toto tempore à lege pręfixo ad pręſcriptionem. *Leſs. hic dub. 4. nu. 13. Arragon. q. 62. de dominio fol. 108.* poſſet nihilominus pręſcribere, ſi illa non fuiſſet mala fides, ſed error compertus. *Bartol. in l. naturaliter, ff. de uſucap. Covaruv. in reg. poſſeſſor. §. 7. n. 3.* Sed contraria opinio videtur probabilior ex *l. ſi fur. §. 2. ff. de uſucap.* ubi ſic dicitur [ ſi quis id, quod poſſidet, non putat ſibi per leges licere, uſucapere dicendum eſt, etiam ſi erret; non procedere tamen uſucapionem, vel quia

non bona fide videatur poſſidere, vel quia in iure erranti non procedat uſucapio ], & ratio eſt; quia error iſte conſcientiæ practicæ, quamvis non tollat jus, quod fundatur in legibus rigoroſæ juſtitiæ; tollit tamen jus, quod fundatur in legibus, concedentibus privilegium præſcriptionis, quæ cum requirant bonam fidem per tempus ab eiſdem legibus definitum; ſequitur nõ gaudere beneficio præſcriptionis eum, qui mala fide ex errore procedente cępit poſſidere, cum verè fuerit poſſeſſor malæ fidei. Ex quocumque motivo mala fides fuerit orta. Vide *Bardum in hac Reg. cap. 2. num. 30.* ubi pro tali ſententia *Delugo ſect. 3. numero 33. ver. Ego exiſtimo Aloyſium Turrianum de iuſt. diſp. 47. dub. 2. nu. 9. Paulum de Caſtro, & alios.*

8. Tertiò reſolves, non pręſcribere eum, qui in medio poſſeſſionis per litis conteſtationem, vocatur ante Iudicem competentem, nondum elapſo tempore neceſſario ad præſcriptionem, quia incipit habere malam fidem. *Lopez 1. part. cap. 135. verſic. igitur ratio. Menoch. lib. 4. conſil. 30. num. 68.*

9. Ter-

9. Tertia conditio eſt capacitas activa in poſſidente, & paſſiva in re poſſeſſa, ideſt, quod lex non prohibeat in aliquibus Perſonis præſcriptionem, & ratione legis prohibentis tales Perſonæ reddantur incapaces, & aliquæ res prohibeantur præſcribi, itaut poſita tali oppoſitione Iuris, res illæ fiant incapaces, ut poſſint præſcribi. Ex hoc Fundamento.

Reſolves Primò, Laicum non poſſe præſcribere res Eccleſiaſticas, & ſacras, aut jura ſpiritualia, & Eccleſiaſtica; deficit enim capacitas activa: huiuſmodi ſunt ius judicandi cauſas Eccleſiarum, & Clericorum; ius decimarum, primitiarum, & alia iura ſpiritualia, *c. cauſam de præſcript.* Sic *Lopez 1. part. capit. 136. Sylveſt. v. præſcript. 2. num. 4. Azor. 3. par. lib. 3. cap. 28. Bonac. de reſt. diſp. 1. q. ult. p. 2. §. 2. n. 6.*

10. Secundò reſolves, Religioſum non poſſe præſcribere, ratione incapacitatis activæ dominij, & poſſeſſionis nomine proprio; poſſunt quidem uſucapere, ratione capacitatis activæ, Filii familias bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, quia poſſunt ea ſuo nomine poſſidere; item

adventitia quoad proprietatem; ſunt enim eorum proprietarii, non tamen quoad uſumfructum, cum pertineant ad patrem. *Filliuc. n. 206.* Item Pupillus poteſt preſcribere, etiam ſi non ſit compos ſui, ſeu rationis, modo incipiat poſſidere cum auctoritate Tutoris. *Communis.*

11. Tertiò reſolves, Hominem liberum non poſſe preſcribi, ita ut fiat ſervus, cum ſibi deficiat capacitas paſſiva; ſic neque preſcribi valent res furtivę, & quęcumque debentur ex delicto, & iniuſtitia, ut Furtum, rapina, Vſura &c. *Inſtit. de uſucap. §. furtivæ item res, & l. non ſolum, ff. de uſucap.*

Not. tamen hoc intelligi debere non ſolum á primo poſſeſſore malę fidei tempore conſueto poſſe preſcribi rem furtivam, aut iniuſtè extortam, ſed neque ab eo, qui rem furtivam bona fide emit, vel accepit, niſi fortè in poteſtatem Domini redierit, aut pretium rei receperit; vel Dominus ſciens rem ſuam furatam, & á Fure in alium translatam fuiſſe, & tamen non curat eam recuperare: vel elapſum ſit ſpatium triginta annorum cum bona fide, & tunc preſcribitur res furtiva, non autem

tem tempore ordinario quo alię res pręſcribuntur: poſſunt quidem fructus rei furtivę pręſcribi tempore longo, ut decem, & viginti annorum, à poſſeſſore bonę fidei, non tamen ipſę res furtivę tali tempore longo, & conſueto, *l. qui ſcit §. bona fides, ff. de uſur.* Ratio autem, quare res furtiva poſſit pręſcribi á poſſeſſore bonę fidei tempore conſueto, ſi eam accepit á Fure, modo Dominus ſciat eius translationem in alium, & non curet eam ab illo auferre; ratio inquam eſt, quia tunc Dominus videtur nolle eam amplius civiliter poſſidere: & tunc pręſumptio iuris eſt contra Dominum ſcientem, & non reclamantem. *Caſtropal. par. 7. diſp. un. pun. 22. §. 4. Bonac. de reſtit. diſp. 1. q. ult. §. 11. prop. 2. Lopez c. 135. verſic.* 10. alijq;

12. Quartò reſolves, ſpatio trium annorum, poſita bona fide, & titulo, pręſcribi res mobiles, ut ſunt veſtes, pecunia, animalia &c. *l. unica C. de uſucap. trasform.* & *§. 1. inſtit. de vſucap.* Eodem tempore etiam res mobiles Eccleſię pręſcribuntur, ut conſtat ex *Authent. qnas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in hoc enim ſpatio temporis trium annorum, quo adverſus privatos

tos currit præſcriptio, Eccleſia nullo gaudet privilegio. *Palaus cit.* §. 11. *numer.* 2. Excipe Eccleſiam Romanam ex *Authent. quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ubi ſic aſſeritur [quas actiones aliàs decenalis, alias vicenalis, alias triennalis præſcriptio excludit; hæ ſi religioſo loco competant quadraginta annis excluduntur uſucapione triennii in ſuo robore durantibus, ſola Romana Eccleſia gaudente centum annorum ſpatio, vel privilegio] Hoc idem deducitur ex *cap. cum vobis 14. de præſcript.* ubi abſque ulla diſtinctione rerum mobilium, & immobilium dicitur, contra Eccleſiam Romanam non niſi centum annorum præſcriptio locum ſibi vendicat: ubi *Gloſſa verbo centum*, inquit, *hæc præſcriptio obtinet in rebus, & poſſeſſionibus*, quibus verbis videtur comprehendere mobilia, & immobilia. Huic ſententiæ favent *Panormit. Leſs. Covaruv. Sylueſt.* citati á *Caſtropal. loc. cit. nu. 5.* contrariam tamen opinionem idem *Caſtropal.* cum *Mol. Laym* & *Sanch.* putat magis probabilem.

13. Quintò reſolves, præſcribi non poſſe ſequentia, loca religioſa, Ius de-

ci-

cimarum, neque ulla ſpiritualia, ſcilicet à Laicis, quia ſunt incapaces, ut ſupra *nu. 9.* dictum eſt; poſſent tamen præſcribere Laici converſi, ſi privilegium haberent á Papa, aliqua ſpiritualia poſſidendi, ut facultatem excommunicandi, & ſic poſſent poſſidere, & poſſeſſa præſcribere. *Sylveſt. cit. præſcript. 2. n. 4. & 5.*

Item reſolves, non poſſe præſcribi res, & loca ad publicum uſum deputata, ut Viæ, Plateæ, Pontes &c. nec in toto, nec in parte, *l. uſucapionem, ff. de vſucap. l.* præſcripti, *C. de oper. publ.* & *l. diligenter C. de aquædu.* Nec publicas functiones, ideſt penſiones agrorum, quę ſolvi debent Reipublicę pro agris; nec reſervata Principi in ſignum ſubiectionis, ut tributa, & ſimilia, *l. competit ſerenitas noſtra C. de præſcr. 30. annor.* & facit, quod not. in *c. cũ nõ liceat eo. tit.*

Nec res, quæ prohibentur alienari, poſſunt præſcribi, quia de eis non eſt commercium, neque poſſeſſio, ut res ſacræ, ſpirituales; & religioſæ reſpectu laicorum, ut alibi dictum eſt, *Sylveſt. v. præſcript. num. 13.* Item nequeunt præſcribi illa; quæ prohibentur favore earum rerum ſub certa

ſolemnitate alienari, ut ſunt res mobiles pretioſę Eccleſię, & minorum, quæ nequeunt pręſcribi, niſi data bona fide cum ignorantia facti, non iuris, v.g. Emi à minore, quem credebam maiorem: vel rem à Pręlato, ſed putabam Capitulum conſenſiſſe. Secus ſi ignorans legem, putans Pręlatum alienare poſſe ſine Capitulo, & minorem ſine decreto. Sic intellige *gloſſ.* in *c.* 2. *de his, quæ fiunt à Prælat.* & *Text. iunct. gloſſ. in c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. lib.* 6.

Hic nota: Ad pręſcriptionem ſufficit ignorantia facti, & iuvat ex *l. nunquam ff. de uſucap.* poſitis cęteris alijs conditionibus.

Ignorantia iuris dubij, ideſt de quo ſunt varię opiniones, iuvat ad præſcribendum, quia in utroque caſu ſupponitur bona fides. Ignorantia tamen iuris clari, quod ſcilicet ſine tergiverſatione, & multis Doctorum opinionibus, ex ſe clarum eſt, non iuvat ad præſcribendum ex *l. iuris ff. de iur. & facti ignor.* quia ſupponitur mala fides, & cognitio ſufficiens in operante legis jam publicatæ. Exempla ſint ea, quæ ſunt poſita ſuperius de Prælato alienante, & de minore ven-

dente *n. hoc 13.* Vide *Bonac. cit. & alios ibi*.

14. Sextò reſolves, non poſſe pręſcribi ea, quæ prohibentur alienari favore earum rerum ſimpliciter, ut Fundus dotalis, *l. ſi fundum ff. de fund. dotal.* poſſet nihilominus præſcribi, ſi præſcriptio incepiſſet antequam eſſet fundus dotalis. *Text. in d. l. ſi fundum, Sylv. cit.*

15. Septimò reſolves, Peccatum de jure canonico non præſcribi, imò diuturnitas auget malitiam in foro animæ; quantum verò ad forum contentioſum aliquando minuit pœnam, ſi peccatum eſt momentaneum, aliquando lapſus temporis tollit ex toto, tam de iure civili, quam canonico, ex *l. ſi diuturno tempore ff. de pœnis.* Vnde Panormitanus aſſerit in *c. cum haberet* decem annorum ſpatio adverſus quodlibet crimen currere præſcriptionem.

16. Octavò reſolves, regulariter poſſe præſcribi omnem rem, quodlibet jus, omnemque actionem *c. ad aures eo. tit. l. ſicut in rem C. de præſcript. triginta, vel quadrag. ann.* exceptis ſupra enumeratis, & aliis. *Vide Sylv.*

*v. præſcriptio 2. & innumeros.*

17. Quarta conditio, quæ exigitur ad præſcribendum, eſt Titulus probabiliter præſumptus; nam verus ſufficit ad transferendum dominium, non expectata præſcriptione, v. g. ex titulo donationis rei mihi à vero domino donatæ, ſtatim mihi ineſt huius rei dominium; ſi verò res mihi donata, aut empta erat res aliena, vel furto capta; & donatorem credebam verum dominum, non mihi ſtatim transfertur dominium titulo iſto præſumpto veræ donationis; ſed poſita bona fide, & alijs requiſitis [ ut ſupra viſum eſt ] poſſum rem donatam præſcribere tempore à lege præfixo; lex enim Civilis, & Canonica hoc ſtatuere, ne Dominia incerta remanerent, & ob commune Reipublicæ bonum, & ad innumeras lites evitandas, *l. 1. ff. de uſucap.* & *c. vigilanti de præſcript.*

18. Nota hic diligenter non eſſe tam neceſſarium titulum ad præſcribendum, quàm bonam fidem; nam ſine bona fide nunquam currit præſcriptio; currit tamen multoties ſine titulo, me explico: In iis, quæ præſcri-

ſcribuntur tempore longo, & ordinario, ideſt decem, aut viginti annorum, ſine dubio titulus cum bona fide requiritur, ut ſupra *num. 4.* dictum eſt de præſcriptione rerum immobilium inter præſentes, & inter abſentes: in iis, quæ præſcribuntur tempore longiori, ideſt triginta, aut quadraginta annorum, ut res Eccleſiæ: vel tempore longiſſimo, ideſt centum annorum, ut ſunt res Eccleſiæ Romanæ, ſufficit bona fides ſine titulo: nam diuturnitas temporis dat præſumptionem tituli, & pro titulo deſervit. *DD. communiter, c. diligenti de præſcript. Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 131. num. 52.* ubi refert *Baldum*, & *Covaruv.* Idem dic de præſcriptione centum annorum contra Eccleſiam Romanam, quæ non obligat præſcribentem, allegare titulum: ſufficit enim tempus longiſſimum, vel immemoriale, ideſt excedens memoriam hominum, quod ordinarié facit præſumptionem tituli: Hæc omnia intelligenda ſunt, quando Perſona præſcribens ſit capax præſcriptionis, quamvis adeſſet aliqua juris præſcriptio: contrarium tamen di-

dicendum eſt, ſi Perſona ſit incapax præſcribendi, cum jus illi reſiſtat: nam tunc immemorialis etiam poſſeſſio non eam habilem reddit, ut patet de Laicis circa præſcriptionem Juris exigendi Decimas, cum ſint incapaces juris ſpiritualis; igitur oſtendendus eſt titulus, non obſtante quacumque poſſeſſione etiam immemoriali, quia ſemper cenſebitur poſſeſſor malę fidei, cum in eo ſit incapacitas ad poſſidendum ratione Juris prohibentis, & ſibi reſiſtentis. *Caſtropal. par. 7. de iuſt. in genere diſp. unica, punct. 22. §. 12. nu. 6. 7. & 8. Covarr. Leſſius, Layman cit. ibi.* Ex hac Fundamentali doctrina.

19. Reſolves primò, Res mobiles, etiam Eccleſiæ Romanæ pręſcribi ſine titulo ſpatio triginta annorum; cum & ipſæ præſcribantur tempore conſueto, quo cæteræ res præſcribuntur ex opinione magis probabili *Caſtropal. Sanch. &c.* ut ſupra dictum eſt *n. 12. in fin.* nam in hoc eſt ſervandum Jus Civile, nihil ſtatuente; & decretante circa hoc Jure Canonico, *l. ſi quis emptionis C. de præſcript. Bonac. ſupra cit. aliique apud ipſum.*

20. Se-

20. Secundò reſolves, res immobiles privatorum triginta annorum ſpatio ſine titulo præſcribi, *ex l. ſicut in rem*, & ex *l. ſi quis emptionis cit. §. quod ſi quis C. de præſcript. Palaus cit. ſupra*.

21. Tertiò reſolves, quadraginta annos requiri ad pręſcribendum contra bona immobilia locorum piorum, qualia ſunt Monaſteria, Hoſpitalia ex *Authent. quas actiones C. de Sacroſanct. Eccl.* Item bona legata, & donationes factę pauperibus ex *d. Authent.* iuncta *l. ult. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sic bona immobilia Ordinis Sancti Benedicti, & eorum, qui eiſdem gaudent privilegiis, tam cum titulo, quám ſine titulo, ſexaginta annorum ſpatio præſcribuntur ex privilegio *Eugenij IV.* & *Iulij II. Caſtropal.* citans *Laym.* & *Mol.*

Item bona Civitatum donata, legata, vendita &c. centum annos requirunt ad ſui pręſcriptionem, ex *l. inter ult. C. de Sacroſanct. Eccl.* Idemque ſpatium centum annorum à fortiori exigitur pro bonis Regni, Provinciæ, & Principum. *Covarruv. ad Reg. Poſſeſſor 2. part. §. 2. num. 9. Mol. Laym.*

*Leſſ.*

*Leſs. cit. à Caſtropal. loc. ſupra dicto.*

22. Quartò, & ultimò reſolves, & ſit doctrina generalis. Prædictæ præſcriptiones longiſſimi temporis quadraginta annorum, vel centum annorum ſecundum alios, vel temporis immemorialis valent ſine titulo in eventu, quo preſcribens non reddatur incapax à Iure, & aliunde non inſurgat contra Poſſeſſorem præſumptio poſſeſſionem fuiſſe mala fide uſurpatam: nam tunc ad elidendam præſumptionem malæ fidei, debet præſcribens oſtendere titulum apparenter juſtum: ſecus verò, quando Perſona capax eſt poſſidendi, nam allegans immemorialem poſſeſſionem, inducit præſumptionem, titulum, & omnia præſcriptioni neceſſaria adfuiſſe, ex *l. 2. ff. de aqua pluv. arc.* Ibi. *Vetuſtas ſemper pro lege habetur*, ex *l. ult. ff. eo.* Ibi. *Quibus authoritatem vetuſtas daret, licet ius non probaret*, & *c. 1. de præſcript. lib. 6.* ibique *Gloſſa & Doctores*.

23. Satis igitur ex iam dictis remanet declarata ſecunda Regula, quæ, ut locus ſit præſcriptioni, exigit indubitatè bonam fidem à præſcribente, tam in principio, quam in progreſſu uſq; ad

ul-

ultimum inſtans temporis ad præſcriptionem à iure præfixi; aliter malæ fidei poſſeſſor, quantocumq; etiam tempore immemoriali poſſideat, non præſcribit.

24. Hæc tamen Regula aliquas patitur exceptiones. Prima eſt, quando unus Epiſcopus, etiam mala fide facit præſcriptionem contra alium Epiſcopū unius à ſe ad fidē converſi; & hoc authoritate apoſtolica, quæ poteſt omnia circa ius humanum, cuiq; omnes Eccleſiæ ſunt ſubiectæ: ideoq; eadem ſuprema auctoritate res unius in ius alterius converti poteſt, *ex c.1. de præſcript.*

25. Secunda eſt, quando quis triennio præſcribit ea, quæ propter non ſolutum vectigal, ab ipſo erant Fiſco tradenda; imò talis poſſeſſio non poteſt dici malæ fidei poſſeſſio, quia, cum lex iſta, ſit pænalis, non tenetur quis eam ſubire ante Iudicis ſententiam, ex *l. 2. C. de vectig. & commiſſ. & c. cum ſecundum 19. de hæret. lib. 4.*

Aliqui aſſignant tertiam exceptionem in triennali poſſeſſione in materia de Beneficiis, ubi concedunt præſcribi poſſe à Beneficiario ius ad Beneficium, etiam ſi mala fide ceperit; contrarium ſtatuimus nihilominus

cum

cum Baunio in explicatione primæ Regulę *n.9.* ideo ſufficienter ſit ſecunda Regula ad duas tantum exceptiones reducta.

*26.* Clarè etiam patet tertia Regula docens, ad preſcribendum neceſſarió requiri Poſſeſſionem in initio, in continuatione, & in fine præſcriptionis; ſi enim poſſeſſio interrumpatur ante completam pręſcriptionem, ceſſat præſcriptio; ſive interruptio ſit naturalis, ſive civilis. Naturalis, quando quis violenter deijcitur à poſſeſſione ſua; aut alluvione, ſeu fluminis impetu res poſſeſſa diſtrahatur, *l. naturaliter 5. ff. de uſurp. & uſucap. & l. 3. §. labeo, l. Pomponius 13. in princip. ff. de acq. vel am. poſſ.* Civilis eſt, quando poſſeſſor in jus vocatur, vel cum eo litis conteſtatio fit ſuper re poſſeſſa; hæc tamen interruptio civilis debet eſſe rationabilis, nam ſi eſſet indiſcreta non impediret curſum pręſcriptionis.

Nota tandem continuationem poſſeſſionis requiri in Poſſeſſore, & in ejus ſucceſſore, ſive univerſalis ſit, aut Heres; ſive ſingularis, ut Emptor, Legatarius, &c. *l. Pōponius 13. §. ſed & lega-*

*gatario, ff. de acq. vel amitt. poſſ.* cum vera ſit Regula: *Sine poſſeſſione Praſcriptio non procedit*.

## REGULA IV.

### Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

Sententia eſt *D. Auguſtini in epiſt. ad Maced.* & habetur in Decretal. in *c. cum tu. 5. de vſur.*

## CAP. I.

### *Explicatio Regulæ.*

1. PRincipium habet hęc Regula ex generalibus Iuris, & Iuſtitiæ fundamento, quod cuique dat ſuum, Nemini pluſquam ſuum, aut minus quam ſuum; æqualitas enim eſt obiectum Iuſtitię commutativę, ſic ab Vlpiano definitę *l. 10. ff. de iuſt. & iure.* Eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi: unde cum jus alterius aliquando lędatur non ſolum peccato commiſſionis, furando, rapien-

piendo, occidendo, & vi, dolo, fraudeque damnum alteri inferendo: verùm etiam omiſſionis peccato, alterius rem non reſtituendo, ex *c. fin. de iniur.* quia his caſibus ablata dicitur proximi commoditas, *l. cum Prætor 11. ff. de verb. ſignif.* ideo rationabiliter Regula clamat: Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, ideſt niſi in priſtino ſtatu reponatur is, qui læſus eſt, ſive per reſtitutionem, ſi læſio fuit per furtum, aut ex iniuſta acceptione; aut per compenſationem, ſi læſio fuit per damnificationem in Anima, in Corpore, in Fortuna, & in Fama; aut reddendo rem apud ſe bona fide extantem, ſed poſtea alienam eſſe compertam, compenſando etiam damna ex moroſa redditione ſecuta; vel tandem reſtituendo id totum, quod ex contractu, vel quaſi contractu debetur, compenſando etiam damna ex mora culpabili emergentia. Quatuor igitur conſtituuntur radices Reſtitutionis, videlicet iniuſta Acceptio, iniuſta Damnificatio; Res accepta: & contractus, vel quaſi contractus. *Tambur. in Decal.*

*cal.lib.8.tr.3.de reſt.c.1. & alij*, ex quibus radicibus oritur obligatio reſtituendi, quando ius alterius in re, vel ad rem violatum iniuſtè reperitur, quod ſi ęqualiter non compenſetur, ſaltem in voto, exiſtente actuali impotentia, tunc locum habet Regula: *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum*. Reſtitutio enim eſt actus iuſtitiæ commutativæ ad ſalutem neceſſarius, neceſſitate præcepti, quo res aliena reſtituitur, vel damnum illatum compenſatur. *Communis*.

Hic non percurram totam Reſtitutionis materiam, ſed pro maiori Regulæ intelligentia, in ordine ad reſtitutionem in genere, tres ſupradictas primas radices reſtitutionis, generalibus Fundamentis dilucidabo; quartam ex contractu relinquo, quæ particularem optat tractatum.

CAP.

## CAP. II.

*Ponuntur fundamenta pro notitia reſtitutionis debita ex primis tribus radicibus.*

3. PRimum Fundamentum. Ex actione externa iniuſta, procedente à culpa theologica gravi, oritur obligatio reſtituendi rem acceptam proximi totam, vel ejus valorem ſtatim, ſi illa eadem perierit. Ratio eſt, quia iniuſtitia, ex qua oritur obligatio faciendi ęqualitatem, ſemper remanet; ergo donec fiat reſtitutio, ſeu æqualitas, remanet obligatio reſtitutionis. *Azor.3.par.lib.4.c.9. Bonac.de reſt.d.5.q.2.p.3.*

4. Dicitur ex actione iniuſta, quia ſola violatio iniuſta juſtitiæ commutativę infert reſtitutionis debitum; nam per ipſam ſolum inducitur inæqualitas in rebus, lædendo jus alterius: ergo illa ſola obligat ad æqualitatem per reſtitutionem faciendam. Ex hac Fundamentali doctrina.

5. Reſolves, Non teneri reſtituere Perſonas ſequentes.

Ne-

Negantem eleemoſinam Pauperi.

Voventem Calicem,& non offerentem.

Non extinguentem ſegetem ab alio incenſam, cum poſſit; dummodo ex officio non teneatur.

Judicem ad mortem reum damnantem iuſtè, ſed eo tempore eum verbis aſperimis ſimul afficientem.

Ratio eſt, quia iſti non peccant contra juſtitiam, ſed contra alias virtutes. *Tambur.in Decal.loc.cit.*

6. Dicitur ex actione iniuſta externa: quia inæqualitas non fit per actionem merè internam: actus enim internus nullum malum exterius operatur: ergo per ſolam actionem injuſtam externam oritur obligatio reſtituendi. Ex hac Fundamentali doctrina.

7. Reſolves, Non teneri ad reſtitutionem Perſonas ſequentes.

Gaudentem de malo proximi ab altero illato.

Judicem juſtè damnantem ad mortem inimicum, vel proferentem contra Reum ſententiam juſtam, putatam ab initio injuſtam, ſed poſtea cognitam juſtam.

De-

Deſiderantem alteri miſeriam, nulla poſita actione externa.

Furantem veſtem, quam putabat eſſe alterius, ſed poſtea compertam ſuam.

Occidentem feram, quam credebat eſſe inimicum; quia actus iſti, quamvis internè peccaminoſi contra iuſtitiam, nullum damnum, aut inęqualitatem intulerunt, ex *Leſs. lib.2. c.9. dub.16. Sanch. in conſil. lib. 1. c. 4. dub. 5. n.9. Delugo de iuſt. d.10. ſect.7. Navar. Sylv. cit. á Barthol. à S. Fauſto in ſpecul. Confeſſ. diſp.4. q.10.*

8. Dicitur, procedente à culpa theologica; quia onus reſtitutionis non oritur à culpą iuridica reſpicientè Forum externum; quæ culpa triplex eſt, lata, & eſt omiſſio diligentiæ, quam ſolent adhibere prudentes; levis, & omiſſio diligentiæ, quam adhibent diligentiores; & leviſſima, eſt omiſſio diligentiæ, quam adhibent viri diligentiſſimi. Exęmpla affert *Azor. 3. par. l.4. c.6.* ſed procedit à culpa theologica, quæ reſpicit conſcientiam; Ratio eſt, quia obligatio reſtitutionis in hac radice oritur ex delicto; ergo quoties non adeſt deli-

ctum,

ctum, nulla adeſt obligatio reſtitutionis. *Molina tom. 3. d. 698. n. 6. Leſs. l. 2. c. 7. dub. 6. n. 27. Tom. Tamb. cit. de reſt. c. 2. §. 4. num. 3. Vaſquez de reſtit. c. 2. §. 2. dub. 2. num. 15. Dicaſtill. l. 2. de inſt. tract. 2. d. 3. dub. 1.* Ex hac Fundamentali doctrina.

9. Reſolves, Non teneri reſtituere ſe defendentem cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi ex defenſione alteri malum inferatur.

Militem bona fide in bello pugnantem, & occidentem; Accipientem rem alterius, quam probabiliter credit eſſe ſuam, dummodo inde non ſit factus ditior. Ratio eſt, quia nulla adeſt culpa theologica; & quamvis Doctores communiter aſſerant culpam latam inducere onus reſtitutionis, hoc eſt, quia ſupponunt latam culpam iuridicam ordinariè non carere culpa theologica, quæ ſi non adſit, nulla certè erit in conſcientia obligatio reſtitutionis. Vide *Vaſquez de reſt. c. 2. §. 21. d. 2. n. 19.*

10. Dicitur ex culpa theologica gravi; quia poteſt eſſe aliquando levis, vel ex parvitate materiæ, vel ex imperfecta actus deliberatione; Nō ex primo

C obli-

obligabitur; nam retineret rem levem invito Domino; ergo tantum venialiter peccaret; non ex ſecundo, quia actus moralis imperfectus, qualis eſt indeliberata acceptio rei alienæ, non poteſt eſſe cauſa obligationis moralis, & perfectæ, ſeu mortalis reſtituendi rem gravem; obligabitur quidem ex alio capite, ſcilicet ratione iniuſtè detentionis rei gravis, ſic enim non obligant vota Deo facta, promiſſiones factæ homini, nec Superiorum præcepta, ſi procedant ab imperfecta deliberatione; ergo &c. *Sanch. lib. 2. in Decal c.23 n.36. Alijque contra Vaſq. de reſtit. apud Tambur. cit.*

Ex hac fundamentali doctrina.

2. Reſolves, Non teneri reſtituere Hominem ſub mortali ſaltem, qui primo iræ motu alterum occidit, cum damnificatio ſit venialis tantum, vel nulla adeſt culpa.

Famulum, qui negligentia veniali relinquit fores domus Domini apertas, unde res Domini furantur.

Cuſtodes Nemorum, vectigalium, & hujuſmodi, ſi venialiter tantum in cuſtodia deficiant. Ratio eſt, quia culpa debet comenſurari pęnæ: ergo omnes

nes ſupradicti ex culpa veniali ſub veniali tantum obligabuntur ad reſtituendum, ex *Leſſio l.2.c.7. dub.6. n.28. ex Soto l.4. de iuſt.q.7. artic.2.Sá v.reſt.*

12. Not. tamen aliquando negligentiam levem poſſe obligare ſub mortali ad reſtituendum, v.g. in Advocato reſpectu bonorum temporalium, reputabitur gravis; In Medico reſpectu vitæ. Item culpa, quæ erit levis in Depoſitario, & in Commodatario, quando depoſitum, & commodatum ſunt in utilitatem tantum Deponentis, & Cõmodantis, erit gravis quando Depoſitum, & Cõmodatum ſunt in utilitatem tantum Depoſitarij, & Cõmodatarij. *Vide Tamb. in Decal. l.1.c.3.de conſcientia, v. depoſitum n.3. vide Card. de Lugo t.1. de iuſt.diſp.8.ſect.4.vſque ad 9.*

13. Not. etiam, qui graviter alium infamavit, ſed ex culpa levi, vel quia peccatum Proximi ſecretum putabat publicum, vel ex imperfecta advertentia, quamvis non tenetur reſtituere ex iniuſta damnificatione in fama, quia peccavit ſolum venialiter; tenebitur tamen ſub mortali tollere cauſam damni, quam poſuit: nam tunc eſſet iniquus detentor rei alienæ, ideſt

ſamæ, cum in ejus ſit poteſtate eam tollendi; ad eandem enim virtutem Iuſtitiæ pertinet, malum ſibi oppoſitum non ponere, & tollere. Si paraſti laqueū ad ſuffocandum hominem ex primo iræ motu, teneris poſtea ipſum tollere ex culpa mortali, ne damnum ſequatur. *Mol.t.5. diſp.40.Tamb. cit.l.9. in Decal.c.3. § 3. n.8.*

14. Dicitur ſtatim oritur obligatio reſtituendi rem acceptam proximi totam, vel ejus valorem, ſi illa eadem perierit. Ratio eſt, quia mora ſua cuique eſt nociva ex *Reg. Iuris in 6.* Item quia ni ſtatim reſtituat, aut damnum illatum compenſet, ſi commodè fieri poſſit, eſt in continua ablatione rei alienæ, ideo ſicut ex iniuſta acceptione, & damnificatione tenetur quis non ſolum compenſare damnum Domino, ſed etiam lucrum ceſſans, & damnum emergens; ſic moroſus culpabiliter, niſi ſtatim reſtituat, ad omne id obligabitur; aliter non fieret perfecta æqualitas cum proximo, quæ iuſtè poſtulat omnia damna ex delicto provenientia, reſarcienda. *Mol. t 3. d.* 724. *& comm.* quod intellige obligari ad in-

intereſſe etiam ordinarium, & extraordinarium, cum fructibus etiam conſumptis, exceptis expenſis, & induſtria, eo modo, quo tenentur furantes, & damnificantes ex culpa gravi; nam ſicut iſti, ita & ille, ni ſtatim reſtituat, quia verè eſt cauſa iniuſta damni.

15. Dicitur etiam ſi res perierit; nam æqualitas poſtulat, ut loco rei deperditæ valor æquivalens ſubſtituatur: ſed ſi res furata, caſu pereat apud Furem, non peritura apud Dominum, communiter aſſeritur teneri furem ad reſtitutionem valoris, totiuſque damni inde ſecuti: dubitatur tamen an teneatur Fur reſtituere, ſi res pereat caſualiter, vel per iuſtam hoſtium incurſionem apud Furem ipſum, quando eodem modo certò peritura fuiſſet apud Dominum? Negant *aliqui Leſſius l.2.c.12. dub.13. Mol.tom.3.d.725. Vaſq. Dicaſtill. l 2.tract.2.d.2.dub.4.n.49.* quia Fur nihil mali intulit Domino: affirmant quidam, nam Fur ex iniuſta acceptione obnoxius eſt reſtitutioni; ergo non tollitur dicta obligatio ex eo, quod caſualiter id apud Dominum poterat evenire. Item mora

Furis in reſtituendo ſemper eſt culpabilis; ergo ſemper tenetur ex mora. *Azor.3.p.l.4.q.2. Stephan. à S. Gregorio lib.1.de reſt.c.3.n.2.*

16. Secundum Fundamentum. Dictum eſt ſupra, onus reſtitutionis à violatione Iuſtitiæ particularis, ſeu commutativæ ortum habere, & in hoc à generali, ſeu legali diſcriminatur, quia hæc pertinet ad bonum Reipublicæ conſervandum, ponens in Principe ius legis condendi, & in ſubditis obligationem debitam obedientiam præſtandi. *D.Thom.2.2.quæſt.61.art.1. Mol de iuſt.Rebell.Leſſ.& alij*. Illa verò reſpicit particularia Reipublicæ membra, faciens inter ipſa ęqualitatem; ex violatione Iuſtitiæ commutativæ cum alterius damno oritur reſtitutionis obligatio, non autem ex violatione Iuſtitiæ legalis, niſi hanc transgrediens, bonum publicum conſervare teneatur ex officio. Ex hoc Fundamento.

17. Reſolves, Iudicem non impedientem mala, Furta, &c. teneri ad reſtitutionem.

Furem, & damna inferentes: quia peccant contra Iuſtitiam Cõmutativã.

E con-

E contra, Non teneri Reum ad ſolvendas pęnas, ad quas fuiſſet condemnatus, negando veritatem in iudicio.

Neque transferentem triticum extra Territorium contra Principis edictum, ordinariè loquendo; ſunt enim legalis iuſtitiæ tranſgreſſores.

Item poſſe Pęnitentem unico actu legali titulo pluribus obligationibus ſatisfacere, v.g Ieiunij, Voti, & Pęnitentiæ ex rationabili voluntate Confeſſarij.

Non poſſe in integrum debitorem eadem ſolutione pluribus creditoribus ſatisfacere, quibus tantundem debetur: nam Iuſtitia, ex qua eſt debitor, æqualitatem, & proportionem rei ad rem poſtulat. *Sanchez de præcept. l.1. c.14.nu.5. Bonac. de Sacram. d.5. ſect.3. par.2.*

18. Tertium Fundamentum. Ex ſola Iuſtitiæ commutativæ læſione onus conſurgit rem acceptam in priſtinum ſtatum reſtituendi, vel damnum illatum circa bona animi, corporis, honoris, & fortunæ compenſandi. Unde fit, non obligare ad reſtituendum peccatum contra Iuſtitiam diſtributivam,

quæ reſpicit proportionem meritorum, niſi quatenus ſimul etiam aliquod Ius pertinens ad iuſtitiam commutativam, lædatur: neque obligare delictum contra charitatem, & alias virtutes, ut in primo Fundamento dictum eſt. Ex hoc Fundamento.

19. Reſolves, Emptorem bonæ fidei licitè poſſe reddere Latroni rem emptam, ſi ei deficiat modus pretium recuperandi.

20. Ementes à Servis, Monachis, à Filijs familias rem cuius non ſunt Domini. Item reſcindere contractum cum Pupillis, vel cum habentibus bona obligata, ſi bona fide, & cum ignorantia facti contraxerint, ideſt neſcientes eos eſſe Pupillos, Servos &c. & hoc de foro externo: nam in foro animæ utraque ignorantia Iuris, & facti iuvaret. Ratio eſt, quia res in priſtinum ſtatum eſſet repoſita, & nullum peius malum Domino illatum.

Teneri reſtituere eos, qui à Principe mandatum habuere ſpolia, & bona diſpenſandi civibus pauperibus, ſi alijs divitibus diſtribuant: nam ęditur Ius ſtrictum Civium pauperum ex Principis decreto ad eo bona acquiſitum.

tum. *Bonac. de reſt. diſp.1. q.1. p.1. nu.12. Leſſius, & alij.*

22. Teneri ad reſtitutionem impedientem vi, fraude, vel dolo, ne alicui aliquid, & ſi gratuitum, conferatur, v.g. Legatum, Beneficium Eccleſiaſticum: quia unuſquiſque habet ius ne tali iniuſto modo impediatur.

23. Non teneri, ſi impediat ſine vi, &c. peccat enim contra charitatem. *Leſſius apud Bonac. p.12. Sá v. reſtit. n.21. Mol. t.1. d.135.*

24. Non teneri reſtituere Confeſſarium retrahentem Teſtatorem contra prohibitionem *Clem.* 1. á legatis Eccleſijs matricibus faciendis, ſed ut potius alijs pauperibus ea relinquat: nam Eccleſiæ illæ ex ſola voluntate Teſtatoris nullum ius proximum ad id acquiſierunt: igitur nulla violatio Iuſtitiæ; Ergo nulla obligatio reſtitutionis. *Homob. part.2. tr.10. de reſt. cap.1. q.1. ſup.4.*

25. Non teneri reſtituere Patronum Laicum, qui ad Beneficium curatum minus idoneum Sacerdotem præſentavit, quia nemini intulit præiudicium, qui in Eccleſia, vel extra ad id ius habuerit: peccaſſe quidem

hunc, & alios ſupradictos, clarè compertum eſt. *Vivianus de Iure patronat. p. 2 l. 6. cap. 10. nu. 16. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 38. Sá in v. Electio n. 8. Molfeſ. tr. 6. 6. 5. n. 63.*

## CAPUT III.

*Examinantur octo circunſtantiæ, ſcilicet, Quis, quid, vbi, per quos, cui, cur, quomodo, quando.*

26. QVartum Fundamentum: Quis teneatur reſtituere? Omnis cauſa per ſe efficax damni, ut excludatur cauſa, quæ fuit tantum occaſio; v. g. ſi quis alteri alapam impingeret, unde percuſſus ex mærore deficiat, & moriatur; quia alapa ex ſe non eſt cauſa efficax mortis, neque talis fuit (ut ſuppono) intentio impingentis, ſed tantum occaſio. *Bonac. de contr. diſp. 1. q. 2. par. 3. n. 12. Caiet. in v. Reſtitutio c. 1. & 8. Tol. lib. 5. c. 17. Sayr. in d. reg. l. 10. tr. 1. c. 1. Filliuc. tr. 32. n. 198.*

27. Quid? Ideſt quid reſtituendum? Poſſeſſor bonæ fidei, uſque dum manet in ea, ad nihil tenetur: ſi

mala

mala fides ſuperveniat, reſtituat rem totam, vel partem, ſi fuit altera conſumpta, & id, in quo factus eſt ditior. *Covarr. in Regula Peccatum, par. 2. §6. n. 4. & §. 12. n. 3: de Reg. Iur. in 6. Carbo. q. 27. Bonac. & alij comm.*

Poſſeſſor malæ fidei, aut damnificator reſtituat rem ablatam, vel æquivalentem, ſi fuit conſumpta, vel damnum compenſet, & fructus perceptos [demptis ſuis expenſis, & induſtria] & ſatisfaciat pro damno emergente, & lucro ceſſante. *Covar. Laym. l. 2. t. 2. c. 4. n. 7.*

*28.* Quantum? Ideſt æquale, ut inæqualitas per iniuſtitiam inducta ad æqualitatem reducatur: & ſi damnificator dubitet an culpa venialis fuerit, vel mortalis pro rata dubij prudentis Confeſſarij arbitrio reſtituat. *Homob. de reſt. cit. ſupra. Communis.*

Vbi? Poſſeſſor malæ fidei reſtituat, vbi rem iniuſtè percepit ut Dominus indemnis remaneat: Poſſeſſor verò bonæ fidei reſtituat, ubi res poſſidetur. *Bonac. de reſt. Communis.*

*29.* Cui? Regulariter Domino reſtituendum eſt, niſi obſtet cauſa rationabilis. Reſtitutio ex ijs, quæ da-

ri, & accipi prohibentur, ut in ſimonia, fiat Eccleſiæ, vel pauperibus. *Tuſch. v. ablatum, concl. 31.* Accepta ſolum, prohibita in recipiente, ut ex vſura, furto &c. Damnificato ſunt reſtituenda. Incerta, Pauperibus, & ipſi debitori, ſi pauper ſit. *Nav. in conſ. 9. tit. de incur. & damno dato. Zerula in praxi pœnit. c. 25. q. 30.*

30. Quando? Ex delicto debita, ſtatim; ſaltem animo, ſi fieri non poteſt quoad executionem; ex contractu, repetente Domino explicité, vel implicitè; Legata pia, ſtatim ſunt ſolvenda in foro conſcientiæ; In foro fori ad vitandas pęnas in iure, ſufficit ſolvere pia infra ſex menſes, & non pia infra annum. *Homob. cit. tractat. 10. q. 2. ſup. 1.* Legata pro conſtruenda Eccleſia, quando mittitur primus lapis, conſignentur. *Covarruv. in c. ſi hæredes de Teſtam. Naldus v. debitum nu. 23. & v. Legatum num. 17. Molfeſ. tract. 13. c. 5. num. 202. Navar. l. 3. 1. 4. n. 166.*

31. Quomodo. Vel per ſe, vel per alium fide dignum occulta ſecretò, & publica palàm reſtituantur.

Quo ordine? Si commodè omnibus

bus poſſit ſatisfieri nullus eſt ordo ſervandus aliæ res in propria ſpecie exiſtentes, poſtea certæ, deinde incertæ reſtituendæ ſunt. *Vide Bonac. hic. Leſs. Laym.*

## CAPVT IV.

### *De His, qui obligantur ad Reſtitutionem.*

32. QVintum Fundamentum: Duplici obligatione poteſt quis ad reſtituendum obligari, Naturali ſcilicet, & Civili; hac obligatur, ſcilicet, verbis, litteris &c. in ſtipulatione, aut promiſſione; & re, & ex hac dupliciter, ex delicto, ut ex Furto, extorſione &c. & ex contractu, v.g. Mutuo, Commodato, Depoſito &c. *ex l 3. inſtit. civil. tit de obligat.* Naturali, & hęc currit in foro conſcientiæ, etiam ſi actio contra illa devictum in Iudicio intentari queat; econtra verò agi poteſt in Iudicio contra civili obligatione aſtrictum; hæc in foro fori tantum per ſententiam, illa etiam in ſolo conſcientiæ Iudicio ſtringit ad ſolutionem. Inſuper obligatur quis ad reſtitutionem non ſolum ex delicto iniuſtæ abla-

tio-

tionis, & damnificationis, ut cauſa principalis damnum inferens; verùm etiam ut eſt cauſa moralis cooperans, & efficaciter influens in malum, quod certò non eveniret, niſi poſita tali cauſa cooperante; omnes igitur cauſæ expreſſæ in ſequentibus verſiculis, dempta prima, vocantur cauſæ morales.

Reſtituet capiens aliena, eiuſque miniſter,
Iuſſio, Conſilium, Conſenſus, Palpo, Recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

53. Capiens aliena, ideſt qui per ſe rapit, vel damnum infert. Quando plures ſimul concurrunt, v. g. ad furtum, ſi ſibi invicem ſunt cauſa efficax damni, omnes tenentur reſtituere in ſolidum, uno tamen reſtituente, ceteri liberantur; ſed pro ſua parte primo reſtituenti obligantur; Quando verò plures concurrunt, & nullus ſit alteri cauſa, unuſquiſque pro ſua parte tenetur. *Bonac. cit. de reſt. d. 1. q. 2. p. 11. ex Vaſq. Mol. Homob. cit. ſuppoſ. 3.* Si creditor principali condonet, ceteri liberantur; ſecus ſi minus prin-

ci-

cipali, quia principali ruente, ruit Acceſſorium non è contra. *Layman ex Buſemb. dub. 3. num. 5. de reſt.* Tenetur etiam hęres ex delicto defuncti., v. g. furti &c. *c. fin. de ſepultur.* contra ius Civile, quod non permittit hæredem poſſe conveniri, niſi ex delicto aliquid ad eum pervenerit, *l. unica*, *§. non autem*, *C. ex delict. defunct.*

34. Capientis miniſter, qui ex authoritate Principalis eſt miniſter executionis; ut famulus Domini committentis ſibi alterius necem. Idem eſt de iubente, qui tamen, ſi mandatum retractet ante factum, non tenetur reſtituere, quando mandatario innoteſcat. *Fill. t. 32. n. 64.*

35. Conſilium, ideſt, qui ex conſilio iniuſtæ damnificationis eſt cauſa efficax; unde peccant graviter contra Iuſtitiam Advocati, Conſiliarij, & etiam Confeſſarij, qui ex gravi, & culpabili ignorantia malum, & iniuſtum conſilium prębent; minus tamen malum ſuadens circa eum, cui maius inferendum erat, non peccat; ſecus tamen ſi conſulet, ut alteri inferatur minus malum, v. g. ſi conſulas parato occidere Petrum, ut potius percutiat

Pau-

Paulum; probabile eſt non teneri reſtituere conſulentem, ſi conſilium retractet ante factum, & maximè ſi eum, cui damnum paratur, moneat, ut caveat. *Bonac. cit. Tan.* 2.2. *d.*4.*q.*6.*d.*14. *Sá v. conſil.*

*36.* Conſenſus, ideſt, qui conſentit per vota, ſuffragia &c. influit in damnum proximi efficaciter, ita ut ſine ſuo conſenſu effectus non eveniret. *Leſſ.d.*3.*n.*23.

37. Palpo, ideſt, qui laude, adulatione, aut exprobratione ignaviæ, vel aliter alium ad inferendum malum efficaciter inducit. *Leſſ. Fill.*

38. Recurſus, ideſt, qui ſcienter Furi ſecuritatem præbet, ipſum recipiendo, furtaque cuſtodiendo. Qui propterea etiam in foro externo eadem pena, qua Fur ipſe plectitur, *l.eos C.de furtis. Clarus in* §.*fin.q.in fine. Tuſcus v. receptator concl.* 47.

*39.* Participans, ideſt, qui Furti cum Fure fuit ſocius, ipſum adiuvando, vel ſcalam applicando, aut de præda participando, iſte etiam eſt reſtitutioni obnoxius ad totum, vel ad partem, ſecundum Regulam traditam ſupra *in hoc quarto capite num.*20.

ex-

excuſantur tamen ( dummodo actio ex ſe mala non ſit) qui ea faciunt metu gravi coacti, ut Ruſtici á militibus coacti eorum prædas tranſportare &c. *Leſſ.dub.5.n.19.*

40. Mutus, ideſt, qui ſciens aliquem damnum inferre, doloſè tacet. *Sayr.l.10.d.reg.tr.2.c.13.*

41. Non obſtans, ideſt, Furto, ſeu damno, cum ſine ſuo periculo obſtare poteſt.

42. Non manifeſtans, ideſt, non indicans Furem, vel rem ablatam; ſed iſtæ tres cauſæ negativæ, ſeu privativæ tunc ad reſtitutionem tenentur, quandò ex aliquo pacto, officio, ſeu ſtipendio obligantur ex iuſtitia damnum cavere. *Sanct. Thom. 2. 2. q. 63. artic. 7.* Iſti ſunt Principes, Gubernatores, Iudices ex officio, Tutores, Curatores &c. Non impedientes damna provenientia Pupillis, Minoribus, Eccleſijs &c. Cuſtodes Montium, Vinearum, Sylvarum &c. Neque tales ex iuſtitia obligati aliquid poſſunt accipere á Damnificatoribus, ut taceant; ſupradicti non tenentur reſtituere, niſi fuerint cauſa efficax damni eorum mandato, conſilio &c.

ita

ita ut Fur v. g. furtum feciſſet, etiam ſi mandatum, vel conſilium non pręceſſiſſent; vel te dante ſuffragium in Capitulo, ſi maior pars prius in electione pro indigno votum dederit; & ſi peccent iſti, non tamen reſtituere obligantur. Neque tenentur reſtituere ſupradicti in dubio, an efficaciter ad effectum malum eorum conſilio, mandato &c. influxerint. *Leſſ. c.13. d. 4. Bonac. cit. q.2. par.4. Tan. 2.2. q.6. d.14. apud Buſemb.*

Item non tenentur ſi influant tantum in circunſtantias, v. g. ut citius, vel tali loco faciat. *Laym. l.2. ſ.5. t.2. c.5.* Nec ſuadentes, ut eidem minus inferat, parato inferre maius malum; nam tunc utiliter gerunt eius negotium. Dico eidem, quia iniuſtè impedirent damnum huius, cum detrimento alterius. Huc reducitur officium Confeſſarij ex officio ut Parochus, qui ſi ex negligentia levi non moneat Pęnitentem, ut reſtituat, non tenetur ad reſtitutionem contra *Navarr. Angelum, & alios apud Buſemb. lib.3. n.12. c.2. dub.2.* Secus tamen ſi ex culpa, & ignorantia craſſa, & gravi, aut malitiosè impediret reſtitutionem:

quia

quia tunc eſſet vera cauſa efficax damni. *Leſſ.Bonac.d.1. quaſt.2.p.11. Laym. lib.3.t.4.c.7.* ex hoc Fundamento, & doctrinis appoſitis.

43 Reſolves, Furem noctu equum alterius furantem, ad equi ſublati, lucri ceſſantis, damnique emergentis reſtitutionem, & compenſationem teneri, iuxta dicta in *Reg.4. fundam.4. cap.3. num.26.*

44. Non teneri, ſi occaſionaliter furando aliquod aliud malum, non præviſum; neque præ intentum à Fure, ſequatur v.g. ſi inadvertenter lucernam in ſtabulo accenſam in terram deijciat, unde ignis in fęnum accenſus partem domus comburat: quia hujus mali fuit tantum cauſa per accidens; quæ non obligat in conſcientia; cum furtum non fuerit cauſa efficax damni; ſed tantum occaſio; ex dictis in Fundamento 4. *Regula 4. nu.26.* Item non teneri occidentem debitorem ex damno illato creditoribus, nihil de iſtis cogitando; nam damnum per ſe intulit debitori, & per accidens creditoribus; quamvis Forum exterius ex falſa præſumptione utrumque reſtitutioni damnaret. *Mol.diſp.283. Bannes*

22. *q.62.Fauſt.de reſt.d.25.q.25. Rebell. p.1.l.2.q.10.art.19.Bonac.c.1.p.3.n.* 11.

45. Teneri ementem equum furatum, eum reſtituere Domino, non tamen ad damna ſecuta, ſi bona fide emit, niſi ad id, in quo fortè locupletior ſit factus; nec Dominum teneri reſtituere pretium emptori in emptione conſumptum, *l.incivile C.de Furtis. Sanch. de præcept.l.2.cap.23.numero* 2. Poſſe etiam probabiliter emptorem equum Furi reſtituere, ne pretium amittat. *Tuſcus in v.Charitas,concl.* 220. *Salon. de communi atteſtans 22 q.62.artic.5.cont.*1.*Nald.in v.Bona n.*2.*Vide,quæ diximus in 3.Fundam.c.2.n.19.* & 20.

46. Non teneri ad reſtitutionem inſolidum recipientem eundem equũ furatum, ſi efficaciter non influxit in damnum, recipiendo in domum ſuam Furem, & equum ſolum ratione amicitiæ, quia tunc verè non dicitur receptator, ſecus verò, ſi ad ſecuritatem pro furto captando, hoſpitio recepit; nam propriè dicitur receptator. *Sayr.lib.*10.*Azor.l.4.c.13. Leſsius l.2 c.13.dub.3.n.25. Mol.tom.3. d.733. Reginald.l.10.n. 8.5.Ex Fundamento 5.c.4. n 38.Reg.4.*

C A-

## CAP. V.

*Præmittuntur quædam doctrinæ, & Fundamenta, tanquam claves pro Confeſſarijs multorum caſuum reſolutionem continentes circa particulam; Quid reſtituendum?*

47. SExtum Fundamentum. Plures à *DD.* ſpecies ignorantiæ aſſignantur; ignorantia iuris, & eſt quando lex ignoratur v. g. Quis percutit Clericum neſciens prohibitionem Eccleſiæ. Ignorantia facti, quando quis ſcit legem ſed factum ignorat, v. g. habet notitiam de lege prohibente percuſſionem Clerici, hunc tamen Clericum eſſe ignorat. Penę verò ignorantia tunc eſt, quando quis Clericum v. g. percutiens, ſcit legem, & Clericum eſſe agnoſcit, ignorat tamen excommunicationis pęnam contra percuſſores Clericorum latam. *Sanch. de Matrimon. tomo 3. lib. 9. d. 32. Bonac. tom. 2. diſp. 2. q. 8. p. 3. Molfeſ. tr. 8. c. 9. Nald. v. ignorantia*; Ignorantia item Iuris, & Facti, eſt vel probabilis, ſeu invincibilis, ideſt, quæ

quæ vinci non poteſt, omni præmiſſa diligentia, ut ſi quis in deſerto exiſtens ſagitta hominem occidat: vel improbabilis, ſeu vincibilis, ideſt, quæ poteſt vinci, præmiſſa debita diligentia, & ſecundum gravitatem, & levitatem negligentiæ culpa orta ex hac ignorantia, venialis erit, vel mortalis. *Maſcard. de probat. concl.* 881. *Menoch. de præſumpt. l. 6. præſump.* 23. Item hæc vincibilis, alia eſt affectata, quando quis malitioſè non vult ſcire legem, ut eam adimpleat, vel tempus eam adimplendi, v.g. non vult dies Ieiunij præcepti ſcire, ut liberius ventri indulgeat: Alia eſt craſſa, ſeu ſupina, & eſt, quando quis ignorat ex pigritia, & deſidia id, quod ſcire debet, & poteſt: & ſicut neutra à mortali excuſat, ſic etiam homo ipſa laborans, peccans contra iuſtitiam, non eſt immunis à reſtitutione. Not. hic obiter pro ſolutione multorum caſuum in materia excommunicationis: Licet Statuta, & edicta imponant pœnas contra tranſgreſſores legis civilis, aut canonicæ, etiam contra ignorantes, in caſu tamen excommunicationis, quæ ſemper ſcientiam, inobedien-

dientiam, & contumaciam requirit, ignorantia etiam craſſa excuſaret: quia ex ignorantia etiam craſſa peccando quis, non dicitur ſcienter facere. *Homob.tr.10.de Art.cir.contr.de reſt.c.2. ſupp.1. Sanch.de matrim.tom.3. n.358. Bonac.t.2. diſput.2.q.8.p.3.& alij apud ipſum.*

48. Dividitur etiam Ignorantia in Anteccdentem, Comitantem, & Conſequentem, Prima eſt, quæ præcedit delictum, cum quis ſi ſciret, non peccaret, ideo excuſat á peccato, ratione involuntarij, ignorantia pręcedente. Comitans eſt, cum quis peccando ſe peccare ignorat, ſed nihilominus etiam ſi ſciviſſet, peccaſſet: v.g. Petrus occidens hominem, putans eſſe feram ex ignorantia invincibili: ſic tamen affectus intrinſecè, ut ſi ſciviſſet, ipſum nihilominns occidiſſet: & iſta, & ſi non excuſet à culpa mortali ratione pravi affectus, non obligat tamen ad reſtitutionem: nam onus reſtitutionis oritur ex iniuſta actione gravi externa; hæc autem, comitante ignorantia invincibili, non eſt gravis externè, imò actus non eſt iniuſtus, nec ad culpam iniuſtitiæ imputatur exter-

ternè: cum non reguletur ab illa interna mala diſpoſitione. *Homob. cit. in Reſol. quæſt. 3. ſupp.* 1. excuſat etiam hæc ignorantia ab Irregularitate ex delicto proveniente: nam Cenſuræ ſupponunt actum exterrium graviter peccaminoſum, hic autem cum ignorantia comitante culpa caret, ut patet ratione involuntarij, igitur &c. Ita *Sanch. l. 1. de præcept. c. 16. Vaſq. Bonac. Leſſ. Nav. & alij apud Homob. loc. cit.* Conſequens ignorantia eſt ea, quæ tanquam effectus, ex peccato naſcitur, qualis eſt illa, in quam homo culpabiliter, ex ebrietate, vel furore incidit. *Say. l. 2. d. reg. c. 2. & de Cenſ. l. 1. c. 18.* Porrò regulariter ignorantia præſumitur, niſi probetur contrarium ab adverſario, *c. præſumitur*, ubi *gloſſ. de reg. iur. in 6.* & hęc ignorantia, cum ſit peccaminoſa, quia volita implicitè, vel explicitè, obligat ad reſtitutionem. *Azor. p. p. l. 1. c 13. q. 1.*

49. Septimum Fundamentum; Totum id reſtituendum eſt, quod turpiter fuit acceptum contra iuſtitiam, ſive omittendo, ſive committendo id, quod ex iuſtitia erat, vel non erat faciendum.

Ex hoc Fundamento.

50. Reſolves teneri Iudicem reſtituere pretium pro ferenda iuſta ſententia, ſi habeat ſtipendium à Principe, quia tenetur ex iuſtitia rectè, & iuſtè iudicare; ergo recipiens aliquid ſupra id, quod ſibi debetur, iniuſtè recipit, & tenetur reſtituere. *Bonac. de reſtit.d.1.q.3.p.2.n.1.*

51. Teneri Teſtem reſtituere pretium pro dicenda veritate coram Iudice legitimè interrogante; ex ratione iam dicta; Ius enim eſt in Iudice, & onus ex Iuſtitia eſt in Teſte.

52. Teneri Furem reſtituere pecuniam acceptam, ne furtum faciat, & ſiccarium, ne occiſionem patret; nam qui dat invitus dat, ergo accipiens iniuſtè recipit, pro eo, quod tenetur omittere ex Iuſtitia. *Leſſ.l.2. c.14.dub.9.n.67.*

53. Octavum Fundamentum. Non ſunt reſtituenda accepta pro faciendo opere licito debito ex alio præcepto quàm Iuſtitiæ. *Sotus l. 4. de Iuſt. q. 7. art. 1. Sá v. reſt. Bonacin. cit. & alij contra Mol. Sylv. Navarr.* Nam ex ſola violatione Iuſtitiæ ineſt onus reſtitutionis; ſed accipiendo aliquid pro opere debito ex

alio præcepto à Iuſtitia, non violatur Iuſtitia; nulli enim fit iniuria; ergo &c. Ex hoc Fundamento.

54. Reſolves. Non teneri reſtituere Hominem pecuniam acceptam pro ſervitio pręſtando infirmo.

Pro auditione Miſſæ die Feſtivo.

Pro Confeſſione facienda in Paſchate; quia ad hæc, & ſimilia tenetur ex alio præcepto, quam Iuſtitiæ.

55. Nonum Fundamentum. Non ſunt reſtituenda accepta pro omiſſione alicujus operis illiciti, quod quis tenebatur omittere ex motivo alterius virtutis, quam iuſtitiæ; nam tunc non violatur iuſtitia, à qua oritur obligatio reſtituendi, & nulli fit iniuria. Ex hoc Fundamento.

56. Reſolves non teneri reſtituere Hominem acceptam pecuniam, ne blaſphemet.

Ne fornicetur.

Ne proferat verba turpia; ex ratione iam dicta. Doctores communiter apud *Leſſ. cit.*

Nec obſtant illæ duæ leges, *l. ut puta*, *ff. de conditione ob turpem cauſam*; *& l.7. iuris gentium*, *ff. de pactis*, ubi poteſt compelli accipiens ad redden-

dum

dum pretium acceptum pro peccato non patrando ; nam ibi ſolum datur actio pro foro externo ad repetendum, non autem obligatio in foro interno reſtituendi ante Iudicis ſententiam.

57. Decimum Fundamentum. Nullum pactum de re illicita patranda, tenet, neque ullam ante factum inducit obligationem; quia nemo, contra rationis dictamen, poteſt ad peccandum obligari; ſic etiam habetur *Inſtit. de inut. ſtipulat. c. ultim. de pactis, & l. 26. generaliter, ff. de verb. obligat. Mol. diſp. 44 & 271. n. 2. & alijs, cum Bonac. cit. de reſt. d. 1. q. 3. p. 3. n. 1.* Si tamen Contractus partim eſſet de illicita, & partim de re licita, promittens teneretur adimplere partem licitam; non verò illicitam; cum ſit quid impoſſibile morale, ideſt contra legem, & ad impoſſibile nemo tenetur, *ex l. impoſſibilium, ff. de Reg. Iuris*, teneretur tamen ad poſſibile, quia utile per inutile non vitiatur *ex reg. 37. de Reg. Iuris in 6.* Patrato tamen delicto, tenetur promittens ſtare promiſſioni, & ſolvere pretium, quod non tenetur reſtituere promiſſarius, & delicti patrator. *Mol. tr. 2. diſp. 74. concluſ. 2.*

*Leſſ. l.2. cap.18. dub.3. num.18. Bonac. citat. Sá v. reſtitutio. numero 17.* Ratio eſt contra *Sayr.* & *Navarr.* quia promiſſio de re illicita adimplenda eſt, quoties fieri poteſt ſine peccato, ſed ſolutio pecuniæ fieri poteſt poſt factum ſine peccato: quia tunc non habet deformitatem à pravo opere, ſicut ante factum, ſed cohoneſtatur á ratione periculi, laboris, damni, quibus ſe expoſuit exequens, & voluptatis, & utilitatis à Præcipiente perceptæ, quæ omnia ſunt pretio æſtimabilia: ergo promiſſio adimplenda eſt, & acceptum pro re illicita non eſt in foro conſcientiæ reſtituendum. *Ad legem illam generaliter, ff.de verb. oblig.* in qua aſſeritur tales promiſſiones nullius eſſe momenti, reſpondetur eas valere pro foro externo, quia damnant pacta de opere illicito, quod punitur à lege in foro externo, ideo in hoc nullam pariunt obligationem: ſecus ergo dicendum in foro interno, in quo inſurgit obligatio naturalis. Ex hoc Fundamento.

58. Reſolves. Non teneri Iudicem reſtituere pecuniam acceptam pro ferenda ſententia iniuſta poſt factum.

Occi-

Occiſorem pro homicidio patrato.
Teſtem pro falſo teſtimonio ferendo in Iudicio.

Neque Militem pecuniam acceptam pro bello iniuſto: quamvis unuſquiſque teneatur ad damna illata compenſanda. *Sá v reſt.n.10. Vaſq. c.7. dub. 46. n.35. Bonac. cit. & alij*. Neque Meretricem pro actu meretricio, *l.* 4. *ff. de condit.ob turp.ca.*

*59.* Not. tamen omnia lucra eſſe reſtituenda ob turpem cauſam, non ſolum ante factum, ſed etiam poſt factum, quando accipiens redditur à lege incapax dominij rei acquiſitæ; nam res ſemper remanet aliena; ergo ſemper reſtituenda. Ut patet de ſimonia, per quam acquiſita, etiam voluntariè tradita, ſunt reſtituenda. *Filliuc. tr.32. n.105. Regin.l. 10.185.Bonac.hic.*

60. Vndecimum Fundamentum. Non ſunt reſtituenda lucra provenientia ex malo, ratione circunſtantiæ adiunctæ; nam & ſi actio aliàs ſit indifferens, & mala evadat ratione circunſtantiæ, lucrum tamen in ſe eſt iuſtum, ideo non eſt reſtituendum, v.g. Eleemoſina aliàs eſt opus bonum, ex circunſtantia ta-

men vanagloriæ non eſt bona, pecunia nihilominus ex tali circunſtantia pauperi exhibita eſt iuſta; ergo non eſt reſtituenda. Ex hoc Fundamento.

61 Reſolves. Non eſſe reſtituendum lucrũ ex venditione facta in loco ſacro.

Ex venditione facta publico, & notorio excommunicato.

Ex venditione facta contra Votum, aut Iuramentum, ex dicta ratione: *Steph. á S. Gregorio l. de reſt. c. 3. num. 5. Communis.*

62 Duodecimum Fundamentum. Res, quæ functionem habent, ideſt uſu conſumuntur, ut vinum, oleum &c. ſi alienæ ſint, & immixtæ reperiantur cum aliis, ita ut una ab aliis nequeat ſecerni, tranſeunt in dominium eius, à quo cum ſuis facta fuit immixtio, *ex Inſtit. de rerum diviſ. §. ſi duorum, ex l. ſi alieni numi. ff de ſolutionib. & l. ſi frumentum, ff. de rei vendicatione. Sanch. Azor. 1. p. l. 4. c. 4. Emanuel Sá v. reſtit. n. 7. Leſſ. l. 2. c. 14. dub. 3. n. 22. Bonac. cit de reſt. q. 3. d. 1. p. 1. n. 5. & alij.* Ex hoc Fundamento.

63. Reſolves: Ementem mala fide res alienas à Fure, immixtas cum propriis ipſius furis, non teneri reſti-

tuere

tuere eas, quia res emit à proprio Domino; teneri tamen reſtituere æquivalens, cum ſit poſſeſſor malæ fidei. *Covarr. in reg. Peccatum 3. p. n. 3.*

*64.* Non teneri reſtituere ementem bona fide, ſi eas cum propriis immiſcuit res emptas, neque æquivalens. Ratio eſt, quia non tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, nam bona fide eas accepit; neque ratione rei acceptæ, cum res emptæ non ſint alienæ; ſed per immixtionem factæ ſunt propriæ. *Bonac. cit. n. 7.*

*65.* Non teneri reſtituere poſſidentem fide bona res alienas ſi eas cum propriis immiſcuit; ſed id in quo ex acceptis factus eſt locupletior; ratio eſt, quia tunc habet pluſquam ſuum, & Dominus minus quam ſuum. *Sanchez in ſumma l. 2. c. 23. num. 35. Bonac. cit. num. 7.*

## CAPUT VI.

### *De reſtitutione Incertorum; Theſaurorum, Ferarum &c. & ex damno per animalia, & per ſervos illato.*

66. TErtiumdecimum Fundamentum. Nomine Incertorum veniunt ea, quorum Dominus, poſt adhibitam diligentiam, ignoratur: Hęc ſecundum probabiliorem opinionem apud *Bonac. de reſt. d.1. q.3. p.4. n.1.* auctoritate Epiſcopi pauperibus ſunt diſtribuenda: probabilis eſt etiam opinio *Soti 5. de iuſt. q.3. ar.2. P. Navarri, Arragonij, & aliorum*, Inventorem poſſe ſibi rem inventam retinere: nam ſe habet ut res ſine Domino, & iure naturę fit ut cõmunis. Ex hoc Fundamẽto.

67. Reſolves, Inventorem pecuniæ, cuius Dominus ignoratur, poſſe pro ſe ipſam retinere probabiliter.

68. Non poſſe ex prima ſententia, ſed eſt conſignanda Epiſcopo, ut pauperibus eam diſtribuat. Vide *n.29.*

69. Occupantem bona derelicta, ideſt, quæ abijciuntur intentione non am-

amplius illa recuperandi, non teneri ad eorum reſtitutionem: nam hæc fiunt primi occupantis ex *Inſtit. de rerum diviſione §. alia ſané.*

70. Occupantem bona vacantia, ideſt morientium ſine hęredibus, & ab inteſtato, teneri reſtituere: quia de iure communi devolvuntur ad fiſcum, *l. vacantia C. de bonis vacantibus.*

71. Item. Teneri ad reſtitutionem occupantem bona Chriſtianorum naufragantium: nam hæc non veniunt nomine derelictorum, ut patet *ex Bulla Cœnæ Domini*: veniunt tamen ſi diu lateant in mari, & inde extrahantur. *Bonac. cit.*

72. Item, Poſſidentem bona incerta acquiſita ex delicto, v.g. furto, ex venditione iniuſta, pauperibus teneri reſtituere: & ſibi ipſi de licentia Epiſcopi, vel Confeſſarij, ſi ſit pauper, & hoc ex *Bonac. locò cit. num. 13.* etiam ſine licentia probabiliter, ex *Sanch. Medina, Navarro, & alijs apud Bonac. hic*. Puto tamen cum *Mendo in Epitom. v. reſt. n. 27.* rectius á Confeſſario non recedere, qui iudicet de paupertate, ne quis erret in propria cauſa.

73. Quartumdecimum Fundamentum. Theſaurus inventis in proprio fundo, non eſt reſtituendus, ſed totus eſt inventoris, *ex Inſtit. de rer. diviſ.* Si autem inveniatur in fundo alieno fortuitò, dimidium cedit Domino fundi, & dimidium inventori. *Inſtit. de rer. diviſ. & l. unica C. de Theſauris*. Si verò inveniatur data opera, totus debetur Domino fundi, ex *iuribus iam cit.* ante ſententiam Iudicis probabiliter ex *Bonac. loc. cit. p. 6. nu. 3.* quia leges ſunt tantum diſpoſitivæ; & probabiliter non debetur reſtitutio Domino fundi, niſi poſt ſententiam Iudicis ex *Bannes*, *Vaſquez*, *apud Bonac. ſup. cit.* quia tales leges ſunt pęnales, vel præſumptivæ Furti, quæ non obligant niſi poſt Iudicis ſententiam.

74. Excipe reſtitutionem impoſitam Beneficiatis à *Pio V.* non recitantibus officium divinum, quæ facienda eſt pauperibus, vel Eccleſiæ ante Iudicis ſententiam, neq; poteſt dici non obligari Beneficiatum ad reſtitutionem ante ſententiam; cum lex ſit pęnalis; quia contraria Propoſitio damnata eſt ab *Alexandro VII.* *anno* 1665. Excipe etiam reſtitutionem debitam

ex

ex ſimonia, quæ facienda eſt ante Iudicis ſententiam abſolutè; præciſa ſimonia propter ingreſſum, & profeſſionem in Religione, ſuſceptionem ordinum; & Sacramentorum. *Suar. Caſtropal. & alij cit. à Mendo in Epitom. v reſtit.* Hoc totum intellige poſt factum; nam accipiens pecuniam ex re ſpirituali, & hac nondum tradita, pretium reſtituendum eſt Domino, & hoc iure naturali, ex *Mendo cu & Comm.*

Ex hoc Fundamento.

75. Reſolves, ementem fundum, in quo ſcit latere Theſaurum, ſi inde extrahatur, non teneri primo Domino fundi eum reſtituere; ratio eſt, quia Theſaurus non eſt fructus terræ: igitur non eſt primi Domini, ſed primi ſit occupantis: ergo inventor eius acquirit dominium.

Circa alia, quæ habentur quaſi derelicta, iure gentium, & naturali fiunt primi occupantis, quando nullius Domini ſunt: niſi aliud per conſuetudinem, & leges particulares ſancitum ſit, quibus ſtandum eſt. *Leſſ. l. 2. c. 5 diſp. 10. Laym. l. 3. t. 1. c. 5.*

An, & cui reſtituenda capta venatione iuſtè prohibita? Reſponſio de-

pendet á iure naturæ, partim ex conſuetudine, & legibus, ac iuribus particularibus. *Sà v. venat. Laym. cit. ſupra.*

Hinc reſolvitur, Venatorem iniquum teneri ſaltem ad damna ſegetibus, fructibuſque illatis.

76. Quintumdecimum Fundamentum. Dictum fuit ſupra duplicem eſſe culpam, Iuridicam unam, Theologicam alteram: illa eſt, quæ conſiſtit in omiſſione diligentiæ in cuſtodia: hæc quæ dicit peccatum in foro conſcientiæ. Ex culpa iuridica non oritur regulariter obligatio reſtitutionis niſi facta à Iudice ſententia: ex Theologica gravi ſtatim ligatur delinquens in conſcientia onere reſtitutionis: Unde damnum illatum per ſervos, animalia &c. ſine culpa Theologica Domini ante Iudicis ſententiam non eſt compenſandum: Ratio eſt, quia non tenetur quis ad reſtitutionem ex damno alteri ſine ſua culpa illatum: ergo neque tenetur ex damno ſine ſua culpa per animalia illatum: nam leges hoc præcipientes ſunt pœnales, quæ non obligant niſi poſt ſen-

ſententiam Iudicis. *Covaruv. 4. Decretal. cap.6. §.7. n.12.* Item non tenetur ratione iniuſtæ damnificationis, quia nulla culpa ipſius interceſſit: neque ratione rei acceptæ, cum nulla res extet apud Dominum animalium. *Petr. Navarr. Rebell. apud Bonac. de reſt.diſp.*1.*q.*3.*p.*8.*n.*2.

Eſt tamen compenſandum damnum à Domino, ſi eius culpa Theologica gravi eius animalia intulerunt, ex *l. 2. ſi ſervis, ff. de noxalibus actionibus, & ad l. Aquiliam C. de lege Aquilia,* & ex Iure Canonico, *c. ſi hos, c. ſi culpa tua, & c. ſi læſerit de iniur. & damno dato.* Tum quia teneretur, ſi per ipſum ex culpa gravi damnificaret: ſed damnum illatum ab animalibus ex culpa Domini, per ipſum fuit illatum: nam qui per alium facit, per ſeipſum facere cenſetur. *Reg. 12. de Reg.Iur.in* 6.ergo Dominus tenetur &c. verum eſt enim, quod, quæ fiunt ab ijs, qui noſtrę cuſtodię cõmiſſi ſunt, & ſunt noſtra inſtrumenta, nobis ſcientibus, & non impedientibus, cenſentur per nos ipſos fieri. Ex hoc Fundamento.

77. Reſolves. Gubernatorem Vrbis, vel Familiæ teneri ad damna illa-

ta

ta ſua culpa theologica à Familia ſuæ curæ ſubiecta. *Sylv. v. Reſtitutio 2. §. 16. & alij.*

Quid faciendum, ſi res, quæ per tertiam perſonam reſtituitur, pereat; & non perveniat ad Creditorem.

78. Sextumdecimum Fundamentum. Si res perit abſque culpa alterius [ordinariè loquendo] Domino perit; unde res, quæ reſtituitur, ſi non ſit eadem numero, ſed eadem ſpecie, ut pecunia debita ex mutuo; hæc ſi pereat, & non reſtituatur à Nuncio: noviter reſtituenda eſt à Debitore, quia nondum tranſtulit eius dominium in Creditorem, & ipſe Debitor adhuc rei traditæ eſt Dominus: ergo ipſi Debitori perit: ſecus dicendum ſi Nuncius fuiſſet miſſus, & electus à Creditore, quia jam Creditor accepit Dominium pecuniæ traditæ per Nuncium, propriam perſonam repræſentantem: Si verò res, quæ reſtituitur eſt eadem numero, ut in Commodato, Pignore, & Depoſito, & pereat apud Nuncium á Debitore etiam electo, dummodo ſit fidelis, & nulla culpa interveniat Debitoris: Domino perit, ideſt Creditori. *Navarrus*,

*Re-*

*Rebellus*, & *quamplures cit.* á *Bonac. de reſt. diſp.1.q.3.p.9.*

Si tandem res, quæ debetur ex delicto, v.g. ex furto, pereat per Nuncium, etiam fidelem, à Debitore miſſum, perit ipſi debitori; nam Debitor moroſus tenetur etiam ex caſu fortuito: ſecus dicendum, ſi pereat per Nuncium miſſum à Creditore. Contraria tamen opinio eſt probabilis *Scoti*, *Reginaldi*, *Gabrielis apud Navarrum lib. 4. c. 5. dub.1.nu. 19.* Ex hoc Fundamento reſolves innumeros Caſus in hac materia.

## CAPUT VII.

*Explicatur illa particula, Quantum ſit reſtituendum?*

79. DEcimum ſeptimum Fundamentum. Tantum eſt reſtituendum, quantum ſufficit ad faciendam æqualitatem debiti, vel damni illati: & de damno incerto, ſtandum eſt judicio prudentis, attentis circumſtantiis temporis, loci, perſonæ, lucri ceſſantis, & damni emergentis, laboris, expenſarum &c. *l.certi condi-*

*tio, ff de reb. cred. Inſtitut. de verbor. obligat. Steph. à S. Greg. l. 1. de reſt. in com. c. 3. n. 31. Azor. 3. p. l. 4. c. 25. Mol. tom. 3. diſp. 726. n. 1. & alij.* Ratio eſt, quia ex damno dato inducta fuit tanta inæqualitas in re damnificata: ergo tanta eſt reſtitutio neceſſaria, quæ conſtituat in re integram æqualitatem. Ex hoc Fundamento.

80. Reſolves. Furem teneri reſtituere non ſolum rẽ ablatam, vel damnificatæ valorem, v. g. Frumenti, ſed & lucrum ceſſans, & damnum emergens, ſi ex occaſione furti, tunc decem aureorum de lucro Domino ceſſavit, illud frumentum alibi aſportaturo, ubi quemlibet modium quindecis aureis ipſe Dominus vendidiſſet, quod tamen in pręſenti non valet niſi quinque, vel ſeptem. Ad decem igitur fur, vel ad octo tenetur: nam æqualitas poſtulat ut quantum lucrum ex malitioſa actione Furis Domino ceſſavit, tantumdem de ſuo eidem reſtituatur.

81. Item. Teneri iniquum poſſeſſorem reſtituere iuxta ſummum valorem, quem habebat res, vel habuiſſet tempore acceptionis, vel deceptionis,

ſi

ſi Dominus ſecundum talem valorem paſſus ſit damnum, v.g. Triticum tempore ablationis valebat viginti libras in modio, medio tempore crevit ad triginta, & tandem decrevit ad decem: ſi Dominus vendidiſſet tempore, quo valebat triginta, iuxta hunc valorem tenetur fur reſtituere: ſi Dominus vendidiſſet. Quando valebat viginti, iuxta valorem viginti tenetur fur reddere, quia iuxta talem valorem Dominus paſſus eſt damnum in utroque caſu: ſi verò Dominus vendidiſſet tempore, quo decrevit ad decem, iuxta hunc valorem infimum, quo damnum fuit illatum, fur obligatur reſtituere: detractis expenſis, & labore &c. ne Dominus locupletetur bonis ipſius furis. Concluditur ergo iniquum poſſeſſorem non teneri reſtituere iuxta ſummum valorem rei tempore detentionis, vel conſumptionis, ſed iuxta valorem, quo Dominus vendidiſſet: quando res Domini in propria ſpecie, ſeu individuo non poſſet reſtitui, ſive augmentum, ſeu valor rei fundetur in bonitate intrinſeca, ideſt quæ provenit ab intrinſeco ipſius rei, v.g. pinguedo, & magnitudo in ani-

animalibus ex ſe vitaliter creſcentibus; ſive fundetur in cauſa, ſeu circumſtantia extrinſeca, v. g. Frumentum plus valet uno tempore, vel in uno loco, quam in alio; quamvis alij aliter ſentiant cum diſtinctione de valore proveniente ab intrinſeco; & de valore procedente ab extrinſeco. *Bonac. hic cit. punct. 11. prop. 2. n. 8. 9.*

Satis ſit igitur, ſi reſtitutio fiat ad menſuram damni ex iniuſta actione ſecuti, ut poſtulat ratio Iuſtitiæ, & tunc erit inducta perfecta æqualitas; & ſit hoc etiam validum Fundamentum pro reſponſione ad dubium.

82. An poſſeſſor malæ fidei teneatur reſtituere fructus ex re aliena meliorata, quos non percepiſſet Dominus, quia rei ſuæ talia melioramenta non feciſſet? Ex fundamento igitur iam dicto, reſponſio eſt negativa cum *Soto 6. de inſt. q. 6. a. 3. Covarruv. 1. variar. c. 8. n. 4.* quia in his nullum damnum paſſus eſt Dominus. Cum *Bonac. ſupra cit. prop. 2. n. 2.* Reſponſio eſt affirmativa ex alio fundamento, ideſt, quia res ſemper Domino fructificat; cui poſſet reſponderi cum diſtinctione; res fructificat Domino; ſi res natu-

turaliter fructificet, ſine ulla induſtria, & humano labore, concedo, & damnum huiuſmodi eſt reſtituendum; ſi verò res fructificet ex ſola induſtria; vel ex natura, & induſtria, ut Vinea, Olivetum, &c. & tunc Domino fructificat, quando ita apud ipſum ex labore, & induſtria ipſius fructificaſſet, ſecus verò, ſi nulla fuiſſet poſita induſtria, & tunc nullum damnum reportaſſet, & conſequenter nullum onus eſſet in Fure reſtituendi, quia nihil mali Domino intuliſſet.

83. Hæc iam dicta ſufficiant pro notitia reſtitutionis in genere, & pro eo, quod, offendens iuſtitiæ Commutativæ præceptum, & proximi iniuria, & damno illato, teneatur agere, ut ſibi à Deo, & ab Eccleſia remittatur peccatum; Pro ſcitu verò eorum, quæ ſpectanr ad læſionem Iuſtitiæ, & reſtitutionis particularis, circa bona Animæ, Corporis, Famæ, & Fortunæ, videantur Summiſtæ, & Doctores, cum meum non ſit hic materiam totam in Regula contentam, explanare, ſed id, quod ſufficienter manuducit ad Regulæ cognitionem.

CAP.

## CAPVT VIII.

### *Quæ excuſent à Reſtitutione?*

CErtum eſt præceptum reſtitutionis, cum ſit negativum obligare ſemper, & ad ſemper, & ſi detur aliquando cauſa excuſans ad reſtitutionem in re, nihilominus remanet ſemper in debitore onus reſtituendi in voto, ideſt ablato impedimento, remota impotentia &c. & ſit.

84. Decimumoctavum Fundamentum. Ex parte debitoris excuſat à reſtitutione, & eſt legitima cauſa ipſam differendi, quando Creditor ſequens prudens rationis dictamen debet velle, ut omittatur, aut differatur: & eſſet invitus irrationabiliter circa omiſſionem, aut dilationem; Ex hoc Fundamento.

85. Reſolves. Non teneri debitorem reſtituere bona inferioris ordinis, ſi exponat periculo bona ſuperioris ordinis. *Mend. in Epit. v. reſt. nu. 37. Homob. Bonac. Barſ. Communis*. In ſupremo ordine ſunt bona animæ, in ſecundo bona corporis ideſt vitæ in

ter-

tertio bona honoris, in quarto bona fortunæ: unde mulier, quæ propter adulterium eſt cauſa, quare Filii legitimi priventur bonis paternis propter filium ſpurium, & ipſe ſpurius, participet cum legitimis, admittenda eſt Pęnitentiæ Sacramentum, quamvis nollet propriam culpam detegere. Dimittitur ergo peccatum mulieri, quæ non reſtituit.

Ratio eſt, quia tunc eſſet in periculo vitæ, honoris &c. quæ ad bona temporalia ſunt ſuperioris ordinis. Et hic caſus excipitur *ab Innoc. III. c. officij 9. de pœnit. & remiſs.* Tenebitur tamen reſarcire damna illata hæredibus legitimis ex parafernalibus, ſi habeat, vel aliquo modo poſſibili in re, vel in Voto. *Nav. in Man. cap.16.n.43.*

86. Non teneri reſtituere incerta eum, qui cum Epiſcopo, vel Papa fecit compoſitionem. *Leſſ.c.26. d.1.*

87. Poſſe differri reſtitutionem, ſi ex reſtitutione maius damnum reſtituenti, Parentibus, vel Publicum ſit eventurum, quam commodum ex reſtitutione Creditori futurum. *Layman.* ex hoc intelligitur de debitis

non

non ſolum ex contractu, verum etiam ex furto, & ex quolibet delicto ortis. *In addit. ſum. Sylv. reſt. 7. in fin.*

88. Non teneri reſtituere gravi neceſſitate preſſum, niſi ſimul ea detur in Creditore; nam tunc melior eſt conditio innocentis.

89. Non teneri eum, qui cedit omnibus ſuis bonis, relinquendo ea Creditoribus, ex *l.* 2. *C. qui bo. ce. po. Communis in Mendo v. reſt. n. 31.* tenebitur tamen in conſcientia ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit. Et ſi debitor principalis ceſſerit, non tamen liberantur fideiuſſores. *C. Lugo, Diana apud Buſemb. de reſt. ar. 3. t. 5. cap. 2. l. 3. num.* 11.

90. Poſſe debitorem differre reſtitutionem, ſi exinde nequeat is conſervare decentiam ſui ſtatus, cęteris paribus à creditore, ſed moderari debet ſumptus. *Arag. Bonac. Salon. Valent. in Epitom. Mend. v. reſt. n. 35.* Secus dicendum, ſi illa decentia ſtatus non ex proprijs habebatur, ſed ex illicitis uſuris, & quæſtibus, quia tunc obnoxius erit reſtitutioni, etiam cum deperditione primæ ſtatus decentiæ: Quia nihil amitteret proprii, ſed indebiti.

biti. *Sot. Navarr. Filliuc. ex Mendo loc.cit.* Ratio quare ſupradicti, aliquando non teneantur, ſed poſſint differre reſtitutionem, eſt, quia in caſibus ſupradictis creditor, ſequens prudens rationis dictamen, debet velle ex cauſa rationabili, quod omittatur, aut differatur reſtitutio; nam aliter eſſet irrationabiliter invitus. *Vide Sylv. in ſum. v. reſt 7.*

Decimumnonum Fundamentum.

91. Excuſatur à reſtitutione debitor, ſi ſibi à Creditore ſemel remittatur expreſsè, vel tacitè. Ex hoc Fundamento.

Reſolves. Non teneri reſtituere debitorem, ſi Dominus laceravit debitoris chirographum.

Si nutibus, verbis, aut precibus debitoris Creditor, annuendo, remiſit; dùmmodo remiſſio ſit libera, non fraude, vi, aut metu extorta. *Filliuc. tr.32. c. 5. q. 9.*

93. Non teneri debitorem reſtituere, ſi ſolverit ei, cui debebat eius creditor. *Leſſ. Bonac. Buſemb. cit.*

Item ſi compenſatio facta fuit Creditori per aliquod commodum equivalens, v. grat. procurando ei aliquod

quod officium, non gratis, ſed oneroſè.

94. Poſſe differre debitorem reſtitutionem, quando Creditor ſit abuſurus v.g. pecunia mutuata ad faticandum, vel eam repetat ad malum alteri inferendum. His, & aliis ſimilibus caſibus ex parte Creditoris licet aliquando omittere, vel differre reſtitutionem in re, & tunc non habet locum Regula: firma tamen, & ſtabilis in ſuo robore manet, ſi loquamur de reſtitutione in voto, ita ut, ſi debitor non reſtituat ex rationabili cauſa, reſtituat ſaltem in voto, ut ei coram Domino remittatur peccatum. Cum ſit infallibilis Regula: *Non remitti peccatum, niſi in re, vel in voto reſtituatur ablatum.*

R E-

# REGULA V.

## Peccati venia non datur niſi Correcto.

Ex *c. legatur d. 24. q. 2.* & *ex venia de Reg. Iur. in 6.*

## CAP. I.

### *Explicatio Regulæ quoad terminos.*

1. PEccatum hic ſumitur pro culpa Animam inficiente, quod nunquam remittitur, neque á Deo, neque ab Eccleſia, ſine contritione perfecta extra Confeſſionem, vel ſine attritione ſupernaturali addita Confeſſioni Sacramentali. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. &c.* neque de mortali tantum loquitur Regula, ſed de veniali etiam indiſtinctè eſt intelligenda; nam *ex D. Antonino in hac Regula* neque venialia remittuntur virtute Indulgentiarum, ut patet *ex cap. ſunt plures diſtinct. 3.* niſi ſint contritionis, & cordis correctione ſociata;

nam decedens ex hac vita cum ſolis venialibus, quibus non præceſſerit Contritio, vel cum Confeſſione, Attritio, de iis quoad culpam, & quoad pęnam purgabitur ex *Carraria in interp. Reg. Iu. Can. & communi Theol. ſententia*.

2. Pro venia etiam hic intelligitur abſolutio à culpa, non à pęna, quia etiam abſolutis á culpa pro utroq; foro remanet pœna ſubeunda; & correctio pro contritione cordis eſt accipienda, & ſenſus eſt, quod peccati venia, ideſt remiſſio, & condonatio erroris, nunquam ſine cordis contritione fit; & quamvis textus *in c. quod quidam 5. de pœnitent.* Iubeat eorum confeſſiones recipi, qui negant ſe à peccatis abſtinere poſſe; non per hoc tamen indicatur illis peccatum dimitti, ſed quod ſperet in nova ad Confeſſionem receptione, repetitis ſalutaribus Confeſſarij admonitionibus, tandem eos ad veram pęnitentiam reddituros.

3. Valet ergo hæc Regula pro foro conſcientiæ, non pro foro externo; nam ſi pro iſto valeret, multa ſcelera remanerent impunita, cum præiudicio

Rei-

Reipublicæ, ſub prætextu doloris extrinſeci de peccato commiſſo; nam cum quis ex delicto obligetur Deo, Iudici, & Proximo, licet Deo ſatisfaciat in foro Sacramentali, non tamen ſatisfacit proximo de intereſſe, & Iudici de pęna in foro fori, ut colligitur ex *c. deinde*, & *c. admonere* 23. *q.* 2. Imò nec per ordinem ad Deum valet abſolutio, niſi fiat ſatisfactio, quibus de iure debetur; meritò igitur Regula præſens intelligenda eſt de foro conſcientiæ, ubi propriè agitur de ſalute ſpirituali, quæ non debet tollere pęnam fori ſæcularis, tendentis ad vindictam publicam, ne peccatum remaneat impunitum, ut *c. fama de ſent. excom. & l. ita vulneratus ad l. Aquiliam*; condemnatio enim quo ad unum forum non præiudicat quo ad alterum, neque pęna ulla Iudicis temporalis tollit pęnam ęternam ei, qui decedit in contritus, ut *l.* 1. *C. quando crim. actus*, & *l. ſi eo tempore, ff. ad l. Aquil.* quod etiam notatur 22. *q.* 5. *c. quid ergo*.

4. Ratio autem, quare de iure canonico per ſolam contritionem, remittatur peccatum, non ſic de iure

civili; ut patet *l. quis ſit fuggitivus*, *ff. de edilitio edicto*, ubi ſervus, qui aufugit à Domino, licet pęnituerit redeundo, nihilominus punitur &c. quod patet etiam de furtis *l. qui ea mente*. Ratio inquam eſt ex *Dyno in hac Regula*, quia quæ facilius ligant, facilius ſolvuntur, & quæ facilius ligantur, facilius ſolvuntur, ut patet *l. nihil tam naturale*, *ff. eo.* Iure autem divino quis facilius ligatur, nempe ſola cogitatione cum propoſito delinquendi, *l. fugitivus*, *ff. de verbor. ſignificat.* unde per contrariam cogitationem faciliter diſſolvitur peccatum, cum propoſito tamen confitendi, & ſatisfaciendi. E contra autem ius Civile non iudicat niſi de actu exteriori, vel attentato, vt *d. l. fugitivus*.

CAP.

## CAP. II.

### *Doctrina pro Confeſſario, quando danda, vel neganda ſit Abſolutio Pœnitenti.*

5. CLarè patet ex Regula, & ex *Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. Flor. in Decret. union.* non poſſe hominem iuſtificari, niſi per veram contritionem, aut attritionem ſupernaturalem in Sacramento pęnitentiæ, neque ei valere Confeſſarium beneficium abſolutionis impendere, niſi in foro Sacramentali ſigna debitæ contritionis ediderit; ſed quia plerunque Confeſſio redditur invalida, & nulla peccati abſolutio, deficiente emendationis propoſito, occaſioneſque peccati tollendi; ideò ſit pro Confeſsariis admonitio, ut diſcrimen intueantur inter dictas illas occaſiones proximam, & remotam, & cognita Pęnitentis in occaſione proxima perſeverantia, quæ facit eum recidivantem, præcipiat Pęnitenti, ut tollat cauſam peccandi, quam ſi renuat levare, cum poſſit, ipſum incon-

tritum teneat; utque indignus ſine abſolutione recedat; *Communis DD.*

6. Sciendum eſt ergo ad propoſitum, duplicem aſſignari occaſionem peccati, remotam unam, proximam alteram; illa eſt, quæ repetitur in quacumque re, v. g. in divitijs, ludo, victu, veſtitu, & unico verbo, dicam, quid quid eſt in mundo, peccati remota occaſio eſt, iſta eſt, quæ, poſitis certis circunſtantiis loci, temporis, perſonarum &c. inducit certò moraliter hominem, in iis circunſtantiis conſtitutum, ad novum peccatum mortale. *Caramuel in Theol. Regul. diſp. 40. num.* 1056. *Lugo diſput.* 14. *ſect.* 10. *n.*148. *Tannerus tom.* 4. *diſput.* 6. *q.* 9. *n.* 106. *apud Gobat. in Theol. experim. Sacram. tr.* 7. *Confeſſ. Recid. Caſ.* 16. *n.* 525. Proxima iterum eſt duplex Voluntaria, & Involuntaria; illa eſt, quæ tolli poteſt ad placitum Peccantis, v. g. Concubina, quæ voluntariè domi retinetur ad peccandum; Involuntaria, quæ tolli non poteſt, v. g. Filiusfamilias, qui ſæpius turpia committit cum ſerva in eadem domo commorante, quæ ad placitum Peccantis tolli nequit attentis circunſtan-

tiis;

tiis; quæ cum vitari non poſſit, non erit culpabilis, & ſi peccatum ex tali occaſione prodiens, ſit deteſtabile. *Bonac. de matrim. q. 4. punct. 14. nu. 11. & alij ab ipſo cit.*

7. Fundamentum primum. Regulariter loquendo non eſt abſolvendus Pęnitens, quandiu perſiſtit in occaſione proxima, & voluntaria peccandi; Ratio eſt, quia ſic manens non eſt perfectè contritus; nam perfecta contritio includit propoſitum non amplius peccandi, ſed manens in occaſione proxima voluntaria non habet tale propoſitum; retinet enim cauſam moraliter certam peccati; igitur neque habet veram contritionem; ergo non eſt abſolvendus. *Mart. Alphon. Vivald. in Candelabr. aur. de Abſol. p. 158. cit. Navarr. in manu. c. 3. nu. 9. uſque in finem. Bonac. cit. Communis.*

Ex hoc Fundamento.

16. Reſolves Primò. Non eſſe abſolvendum Concubinarium, niſi Amaſiam ejiciat.

Vſurarium, niſi reſtituat, ſi poſſit: & ſi aliàs promiſit Confeſſori, & non fecit.

Inimicum, donec reconcilietur.

Debitorem, cum poſſit, & promiſerit, & non fecit.

Exempla varia vide apud *DD. Navar. cit. Reginal. de prud. Confeſs. Alph. de Leone de off. & poteſt. Confeſſ. Recoll. 20. p. 560. n. 69.* Ratio deſumitur ex Fundamento ſupradicto *n.* 7.

9. Poſſe abſolvi exiſtentem in occaſione proxima involuntaria, v. g. ſi quis ſępé ſe polluat, quia quamvis peccatum ſit voluntarium, cauſa nihilominus eſt involuntaria neceſſaria, conſiſtens radicaliter in fomite peccati; expedit tamen Pęnitenti Recidivo differre abſolutionem, ut perterritus reſipiſcat, ac dignoſcatur Pęnitentis diſpoſitio, ſi intra tempus dilationis ita ſaltem frequenter non peccaverit. Ita *DD. communiter.*

10. Secundum Fundamentum: Quælibet occaſio proxima ad culpam mortalem eſt neceſſariò ſub mortali fugienda, quacumque cauſa urgente Iuſtitiæ, & charitatis propriæ, vel alienæ, ſi certò inde poſſit ſequi lapſus; nam lex divina prohibet immittere ſe periculo proximo peccandi. Exemplum ſit de ingrediente domum Concubinæ ut recuperet, v. g. ducentos

au-

aureos proprios, vel alterius, poſita etiam extrema neceſſitate, non aliter eos recuperaturo, niſi per acceſſum ad illius domum; quod ſi certó ſciat ſe peccaturum, eligat potius mortem, quam labendi periculum; ſecus verò, ſi firmo munitus propoſito ſperaret & proprium recuperare, & de peccato victoriam. *Caſtropal. tr. 2. d. 2. p. 9. n. 15. apud Mend. v. occaſ. n. 6.*

11. Tertium Fundamentum, & ſit Regula generalis. Occaſio proxima poteſt eſſe ad culpam venialem, & mortalem; & reſpectivè illam amplecti erit culpa venialis, aut mortalis. Et quidem in omni materia poteſt dari occaſio proxima, nempe ebrietatis, luxuriæ, detractionis, & ſimilium, attentis qualitatibus operantis, loci, temporis, ſociorum, & alijs circunſtantiis. *Mend. cit.* Confeſſarius igitur abſolvat, vel neget abſolutionem, aut eam ſuſpendat iuxta ſtatum Pęnitentis; & Regula ſemper maneat inalterabilis iuxta doctrinam allatam; *Peccati venia non datur niſi Correcto.*

# REGULA VI.

## Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

*Cap.6.de reg. iur. in* 6. cui concordat lex impoſſibilium, *ff. eo. tit.* ubi apertè aſſeritur, quod impoſſibilium nulla eſt obligatio.

Hæc Regula deſumpta videtur *ex c.fin. de pact. & c. fin. de conditio. appoſ. ex c.1.de iure iur.lib.6.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicatio Regulæ, & Fundamenta ponuntur pro reſolutione Caſuum circa eandem Regulam.*

1. CVm lex ordinetur ad creaturæ rationalis operationem, quaſi regula extrinſeca ipſius directiva circa obiectum ſibi proprium, conſequenter irrationabiliter præciperetur id, quod eſſet impoſſibile

ſibile circa electionem, & operationem ipſius Creaturæ, & ſicut temerè quis tentaret aggredi impoſſibile, ita inſipienter qui impoſſibile præciperet: nam impoſſibilium non eſt lex.

2. Impoſſibile igitur duplex: Phyſicum, & eſt id, quod naturaliter attingi non poteſt, ut Montes transferre, digito cęlum tangere. *Vide l. generaliter, ff. de verb. oblig.* & Morale, ſeu Iuris, & eſt omne id, quod prohibetur á lege, v. g. furari, męchari, occidere &c. unde eleganter Papinianus in *l. filius 15. ff. de conditio. inſtitutio. Facta omnia, quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt*. Ideo ex *diſt. 54. c. Abbati* deſumptum eſt argumentum, quod illud poſſumus, quod de iure poſſumus.

3. Obligatio item, eſt iuris vinculum, quo neceſſariò adſtringimur ad aliquid dandum, vel faciendum, & adde, ſine conſenſu nulla eſt. *Inſtit. de oblig. in princ. l. 1. de pactis*, & nemò obligatur, niſi animum habeat ſe obligandi, *l. obligatio, ff. de act. & oblig. n. 1.* vide *gloſ. in c. 3. de voto*, ſit igitur.

4. Fundamentum Primum. Nulla lex, quæ præcipiat aliquod impoſſibile, [idem dicito de quacumque diſpoſitione] ſive phyſicum, ſeu naturale; ſiue Iuris, valet inducere aliquam obligationem; ſive ſit obligatio naturalis, quæ contrahitur ex vinculo æquitatis, & rectæ rationis, ex *D. Thò. 2. 2. q. 88. artic. 3.* quæ obligat in foro conſcientiæ; ſive civilis tantum, quæ ſolum obligat in foro fori, non autem in conſcientia, niſi quantum à ſuo Prælato quis cogeretur, ut cum quis, ſpe futuræ numerationis, fatetur per inſtrumentum ſe recepiſſe tantum, v.g. centum, quæ tamen revera non accepit; huiuſmodi obligatio non obligat in conſcientia, niſi caſu, quo à Prẹlato &c. ut patet *per Inno. in c. pleriq; de immunit. Eccleſiæ*; ſive obligatio ſit naturalis, & civilis ſimul, cum quis ſe obligat ex naturali æquitate, v. g. contrahendo, & civiliter cum Iuris ſolemnitatibus.

Ex hoc Fundamento.

5. Reſolves Primò. Nullum Contractum de re impoſſibili, vel de re poſſibili cum conditione impoſſibili phyſica, vel morali, inducere obligationem, imò irritum eſſe, *c. cum*

*di-*

*dilecti 6. de donatio.* & ex *l. impoſſibilium ff. eo.tit.*

6. Reſolves Secundò. Excipiendo ultimas voluntates, quod conditio impoſſibilis phyſica, vel moralis reperiatur in inſtitutione hæredis, legato, vel fideicommiſſo, cenſetur pro non ſcripta, v. g. inſtituo Petrum hæredem, ſi volaverit; tenet Teſtamentum, & conditio impoſſibilis eſt tanquam non poſita; Item lego centum aureos Eccleſiæ N. ut in anniverſario mei deceſſus, cantetur Te Deum, & Gloria in Miſſa, tenet legatum, neq; vitiatur propter illam conditionem impertinentem, id eſt contra ritum Eccleſiæ. Et hoc in favorem Teſtatoris, quem leges potius ſupponunt has conditiones ioco potuiſſe, quam ſuam voluiſſe deſtruere voluntatem. Si tamen conſtaret Teſtatorem impoſſibile exiſtimaſſe poſſibile, nullum eſſet Teſtamentum; quia principalius in Contractibus eſt voluntas, & conſenſus, *l. ſervo manumiſſo 58. ff. de condit. indeb. l. fidei commiſſam §. item ſi quis ff. de legatis.*

7. Reſolves Tertiò. Excipiendo Contractum Matrimonij: cui ſi turpis, vel impoſſibilis conditio ap-

apponatur, dummodo conſenſus ſit de præſenti, valet Matrimonium, & conditio habetur pro non appoſita; idque in favorem Matrimonij. *DD. communiter de Matrim.*

Si verò conditio adiecta eſſet contra ſubſtantiam finis matrimonialis, qui triplex eſt, invalidat Matrimonium; v.g. contraho tecum, ſi adulteraveris, eſt enim contra bonum fidei; vel ſi generationem impedieris, eſt enim contra bonum prolis; vel ſi aliam ditiorem invenero, eſt enim contra tertium finem, ideſt contra individuam vitæ conſuetudinem, *ex text. in c. fin. de condit. appoſ.*

8. Secundum Fundamentum. Quælibet conditio appoſita Contractui cum gravamine alterius, vel tollente ius alterius, cenſenda eſt impoſſibilis moraliter, & pro non adiecta; quia eſt contra legem naturalem. Ex hoc Fundamento.

9. Reſolves Primò. Legatum relictum Monaſterio cum onere acceptandi, v. g. Petrum in Religione obligatio non tenet, & conditio vitiatur, quia diſpoſitio, ut ſic, continet ſimoniam; datur enim pretium

pro

pro re ſpirituali, ideſt propter ingreſſum Religionis, ex *c. dilectus, & c. quoniam ſimoniaca, de ſimonia*.

Probabile eſt etiam non eſſe ſimoniam, quia tale legatum refertur ad ſalutem Animæ, & non ad turpem cauſam ex *Baldo in l.1.C.de inſtit.& ſubſtit.* eſſet tamen ſimonia ſi legatum relinqueretur Superiori cum tali conditione, ſecus ſi relinqueretur Monaſterio, ex *eodem Baldo cit. à Carrar. hic in Reg.6.ar.2.p.3.n.7.*

Certum eſt tamen, quod ſi legatum tendat ex mente Teſtatoris ad ingreſſum Religionis, & hoc fine relinquatur, non tenet conditio vitioſa, & ſimoniaca.

Item ſi Petrus non ſit utilis Religioni, quia hoc eſſet gravamen Religionis. Teneret tamen legatum, quia eſſet ad pias cauſas, ex *dictis num.6. reſol. 2.*

10. Reſolves Secundò. Vitiari hunc contractum, & legatum, v. g. Paulus mille aureos relinquit Titio Monacho, cum conditione, quod nil acquiratur Monaſterio; quia talis diſpoſitio continet impoſſibile, ut notat *Andr. in Auth. excipit C. de bonis*

*qua*

*qua liber*. Cum Monachus nihil habeat proprii, ſed totum ſit Monaſterii, legatum igitur nullum eſt, neque valet diſpoſitio, quia non relinquitur Monaſterio, ut conſtat ex mente Teſtatoris: neque Monacho, quia eſt incapax, ut in *Auth. ingreſſ. C. de ſacro. ſanct.* igitur contradictio apparet, quod acquirat Monachus, & non Monaſterium; & quod non acquirat Monaſterium, & poſſit Monachus acquirere: ideo vitiantur Contractus, & legatum ex *l. ubi repugn. ff. de re iudic.*

Valeret tamen, ſi eſſet relictum Monacho, ut cum licentia Superioris, adminiſtraretur pauperibus: quæ licentia ſi non eſſet conceſſa, non valeret legatum & ratione iam dicta, & quia tolleretur ius Religionis. *Vide Sylveſt. v. Religio 8. num. 5.*

11. Effectus igitur huius Regulæ eſt, videlicet ut nec auctor Contractus, vel Teſtamenti, nec ſententiæ, nec præcepti, nec Confeſſionis, nec legis poſſit aliquem ad impoſſibile obligare quacumque obligatione ſupradicta modis expoſitis. Cum ſemper vera ſit Regula, *Nemo poteſt ad impoſſibile obligari?*

R E-

# REULA VII.

## Privilegium Perſonale ſequitur Perſonam, & extinguitur cum Perſona.

*Ex l.in omnibus cauſis 68.* & *ex l. Privilegia* 158.*ff.de Privilegijs.*

Exemplo huius Regulæ habentur in *cap.2.de auctor. & uſu palij, in c. mandata 6.de præſumpt.in c. ſanè de privileg.*

## CAPUT I.

### *Quid ſit Privilegium, & quotuplex.*

1. PRivilegium eſt privata quædam lex aliquid ſpeciale concedens, *c.privilegia diſt.3. l. ius ſingulare 16. Suarez l.8. de leg. c.1.n.3.* Lex ponitur loco generis, cętera verò loco differentiæ: dicitur privata, quia privatæ Perſonæ, vel privatæ Communitati conceditur: ſemper tamen bonum publicum reſpiciens, ſive ſit contra ius, ſive

ſive præter, ſive ultra; neque tenetur Privilegiarius uti privilegio, quando eſt ei ſolum favorabile, ſed obligat cęteros ne impediant privilegiarium uti iure ſuo.

2. Privilegium contra Ius conceditur tantum ſubdito, quia per ipſum eximitur à lege, quæ ligat tantum ſubditos: Privilegium verò præter ius, quod non eſt propriè actus iuriſdictionis, quo abſolvatur quis à lege, ſed quaſi donationis illius rei, vel iuris, quod per privilegium conceditur: etiam non ſubditis conceditur, v.g. donatio Nobilitatis, ius exigendi aliquod ſtipendium à Principe, & ſimilia. *Bonac. tom. 2. d. 1. quæſt. 3. p. 2. pag. 93.*

3. Differt à Reſcripto, quia iſtud requirit ſcripturam, imò Authenticam, non verò Privilegium. Reſcriptum vel eſt iuſtitiæ, quando datur ad ſedandas lites, v.g. cura data alicui ad cauſam definiendam in foro externo: vel eſt gratiæ, quod datur ad aliquam gratiam obtinendam, vel beneficium, & ſub hoc continetur Privilegium ſcriptum. *Menoch. de Arbitrarys l. 2. cent. 3. caſu 201.*

4. Pri-

4. Privilegium, & Diſpenſatio ſunt idem in ordine ad conceſſionem gratiæ, ſive præter, ſive contra legem: ſed differunt, quia Privilegium eſt in ordine ad plures actus: Diſpenſatio freqnenter ad unicum actum.

Duplex eſt Privilegium Reale, & Perſonale: Reale eſt illud, quod conceditur rei, vel cauſæ, & durat toto tempore, quo res durat, cui adſtringitur, *l. Imperatores ff. de Publicanis*. Huiuſmodi ſunt, quæ dantur certo generi Actionis, Cauſæ, & Negotii; velque conferuntur in certum locum, vel hominis dignitatem: Perſonale eſt, quod conceditur ſoli Perſonæ, & ſemper temporale eſt, quia finitur cum Perſona, *l. unica C. de caducis tollen.* & de hoc loquitur Regula. Debet verò Perſona eſſe vera, non ficta, quale corpus myſticum, ut Civitas, Collegium, Religio, Accademia; nam tunc habetur pro reali. Imò conceſſum certo generi Perſonarum, ac præſertim conditioni eſiſtenti in Perſona, ut Minori propter defectum ætatis, Privilegium reſtitutionis in integrum, Reale eſt.

Sit igitur duplex Fundamentum

ad

ad cognoſcendum Perſonale à Reali.

5. Fundamentum Primum. Si ſubiectum, cui immediatè adhæret Privilegium, eſt aliquod perpetuum, tunc erit Reale.

6. Secundum Fundamentum. Si ſubiectum conſiſtit in aliqua Perſona vera, & reali adequatè, erit Perſonale: Nota ly adequatè, quia ſi Privilegium conceſſum alicui propter aliquam cauſam, ſe extendat ad alios, non adequatè adhæret Privilegiario, ſed etiam alijs, & tunc erit Reale; quia perpetuum, v.g. Privilegium conceſſum Paulo à Principe ob merita ipſius, eiuſque ſucceſſoribus: iſtud eſt reale, cum fundetur in illa connexione Perſonarum perpetua. Ita *Menoch. de præſumpt. l. 3. præſumpt.* 103.

In dubio verò num Privilegium ſit Reale, an Perſonale, quando non poſſit colligi intentio concedentis. Ponitur pro Regula.

7. Tertium Fundamentum. Si eſt purum beneficium reale, & tunc erit Reale, atque perpetuum. Iuxta Regulam *in cap. Decet*, ubi dicitur: *Decet beneficium conceſſum à Principe eſſe manſurum, & in l. Beneficium Impera-*

*ra-*

*ratoris, ff. de Conſtit. Princip.* Si verò Privilegium eſt odioſum, vt potè contra ius commune, vel cedens in aliorum præiudicium, perſonale reputatur, ut potè ſtrictè interpretandum. Sive dubium ſit negativum, quando ſcilicet Intellectus nullam rationem habet ſufficientem, ut uni, aut alteri parti adhæreat: ſive affirmativum, quando Intellectus habet rationes ſufficientes pro utraque parte probabiles, ut per eas poſſit alterutri parti aſſentiri. Ex dictis remanet clara, & explicata Regula; ſed dubium eſt de Privilegio Perſonali: nam Privilegium Perſonale conceſſum Archiepiſcopo geſtandi Pallium, ideſt quodam ornamentum, quæ eſt dignitas in ſummo Pontifice ſignificans plenitudinem poteſtatis, non ſemper ſequitur Perſonam Archiepiſcopi: cum non poſſit illo uti extra ſuam iuriſdictionem: ergo fallit Regula: quod ſit Perſonale, patet, quia novus Archiepiſcopus non poteſt illo uti ſine nova Pontificis licentia. Sic *in c. 1. §. ſi verò, &c. ad honorem §. Alij autem, de auctoritat. & uſu Pallij.*

Reſp.

Reſp. Privilegium Perſonale reſpi-cere ultra Perſonam, etiam locum, & tempus iuxta voluntatem concedentis, ex *eod. c. cit. Bard. de Reg. iuris hic n.* 16.

## CAP. II.

### *De valore Privilegij, vel Diſpenſationis.*

NOt. Valorem Privilegii, vel Diſpenſationis poſſe conſiderari dupliciter; primò in ordine ad tempus conceſſionis, & ad tempus executionis; hoc prænotato, ſit

8. Quartum Fundamentnm. Privilegium, vel Diſpenſatio validè conceditur abſque mandato, vel ſcientia illius, pro quo conceditur; quia valor illius pendet ab auctoritate, & Voluntate concedentis. *Navar. l.* 1. *de reſcript. conſil.* 2. 3 4. *Sa v. gratia n.* 23. *Bonac. de leg. d.* 1. *quaſt.* 3. *par.* 3. *pag.* 93. *num.* 1.

9. Quintum Fundamentum. Privilegium, ſeu Diſpenſatio non habet vim, neque exequi poteſt validè, donec acceptetur ab eo, cui conceditur,

aut

aut ab ipſius Nuncio, vel Procuratore. *Menoch. l. 2. de Arbitr. cent. 2. caſu 185. n. 31. Laym. l. 1. tr. 4. c. 23. Bonac. cit. pag. 94. Mandoſius de ſignat. gra. §. indultum percipiendi fructus verſ. privilegiatus*. Ratio deducitur ex *text. c. ſi tibi abſenti de preben. in 6.* ubi dicitur, ius in beneficio, quod confertur abſenti, non acquiri donec abſens ratam habuerit collationem. Item Privilegium eſt veluti quædam Donatio, quæ non valet, niſi acceptetur.

Ex hoc fundamento:

10. Reſolves Primò: Validam eſſe Diſpenſationem in executione obtentam pro ſe, & pro alio, ſi unus tantum acceptet, altero eam ignorante, dummodo vinculum, ſeu impedimentum afficiat utrumque neceſſariò, v. g. Diſpenſatio Titij ad contrahendum cum Paula affine, vel conſanguinea; ſi Titius tantum petat, & eam acceptet, inſcia Paula, validè poteſt exequi; quia affinitas eſt impedimentum afficiens utrumque contrahentem; & diſpenſatio unius ttahitur ad alterum neceſſariò ſibi connexum; & eo inſtanti, quo alteri per Diſpenſationem tollitur impedimentum, poni-

nitur habilitas ad contrahendum ſimul.

11. Non eſſe validam in executione Diſpenſationem, quando impedimentum non neceſſariò afficit utrumque, ſed unuſquiſque contrahentium afficitur à proprio impedimento, ita ut uno ſublato per diſpenſationem, alter adhuc contrahentium afficiatur proprio impedimento, v. g. Si ſponſus obtineat diſpenſationem pro Voto Caſtitatis, á ſe, & à ſponſa emiſſi; ab utroque enim diſpenſatio debet acceptari, quia uterque habet proprium vinculum, ut validè diſpenſatio exequi poſſit. *Sanch. l.8. diſp. 26. num. 7. Henriq. l.11. c.3.n.6. Navar. de reſcript. conſil.3.apud Sanch.loc.cit.*

12. Valida eſſe geſta à Privilegiario, acceptato Privilegio à Nuntio, vel eius Procuratore, etiam ſi ipſe Privilegiarius ignoret conceſſionem; quia iam fuit acceptatum nomine ſuo. Ex hoc conclude.

13. Validam eſſe Confeſſionem factam Sacerdoti, qui per ſe, vel per Nuncium poſtulavit licentiam audiendi Confeſſiones, etiam ſi ipſe Sacerdos ignoraverit conceſſionem, dūmo-

modo à Nuncio ipſius fuerit accepta-ta.Non tamen eſſet valida, ſi motu pro-prio conceſſio ab Epiſcopo facta fuiſ-ſet, & ignorata à Sacerdote, cui gratia eſſet conceſſa, quia nondum eſſet acce-ptata: neq; eſſet valida, etiam ſi illam ſciviſſet ab alio, quàm per litteras, ſeu Nuncium miſſum à concedente, vel miſſo á Sacerdote; quia acceptatio de-bet fieri corã concedente, vel Nuncio eius. *Regin. Sãch. & alij apud Bon. cit. n. 7.*

14. Validum eſſe Matrimoniũ con-tractum coram aliquo Sacerdote, cui per Nũcium miſſum à ſe, vel à Parocho conceſſa fuit licentia, acceptata à ſe, vel à Nuncio, aut Procuratore ipſius, etiam ſi ante matrimonium ignarus fuerit ta-lis Privilegii; imò ſi ſciat talem diſpen-ſationem ab alio fide digno, quam à proprio Nuncio, nam validè fuit con-ceſſio facta ab habente facultatem con-cedendi, & legitimè fuit acceptata à Nuncio Sacerdotis; ergo valida execu-tio Privilegii *Sanch. loc. cit.*

15. Invalidam eſſe commutationem Voti, antequam acceptetur; Cõmuta-tio enim eſt veluti ſecundum votum(cũ ſubrogetur nova materia loco prioris;) ergo ſicut non tenet votum niſi vovens

conſentiat, ita nõ tenet ſubrogatio, niſi acceptet is, pro quo ſit commutatio.

16. Validam eſſe irritationem voti, etiam ſi ignoret, vel acceptet is, qui votum habet; Ratio eſt, quia Irritatio, non eſt ſpecies donationis, ſicut diſpenſatio; ſed potius eſt actus poteſtativus ſupra illum, cuius votum irritatur; unde non eſt neceſſaria acceptatio, neque intimatio imitationis per Nuncium. Ita *Sanchez in ſum. l 4. c.48. n.7.* Poſſet quidem peccare ex conſcientia erronea is, cuius votum fuit irritatum, ſi faciat quid contra votum, ignorans illius irritationem. Sicut peccare poſſent Privilegiarii in caſibus ſupradictis, utendo Privilegiis, nondum habita cognitione de eorùm conceſſione; cum ſe exponerent periculo faciendi contra legem.

17. Sextum Fundamentum. Privilegium non valet, neque Diſpenſatio, ſi in precibus tacetur aliquid, quo cognito Superior non diſpenſaſſet. Secus verò. *Bonac. cit.* Privilegium ex mera liberalitate concedentis; poteſt revocari ante acceptationem; Privilegium verò ex officio, & mandato, quamvis ſit ex mera liberalitate reſpe-

ctiu

ctu illius, cui conceditur, non poteſt revocari. Ex *cap. ſi tibi abſenti, de prebendis in 6.* ubi deciditur, non acquiri ius in beneficium collatum abſenti, donec acceptetur ab iſto, & interim collationem revocari non poſſe. *Menoch. cit. Salas diſp. 17. ſect. 5. ad finem, verſic. ſecundò etiam.*

Quando, & quibus locis poſſit Privilegiarius uti Privilegio, ſit

18. Septimum Fundamentum, & Regula generalis. Privilegiatus poteſt uti privilegio ubique ſi ſine reſtrictione loci, & temporis, concedatur; quia ubi Ius non diſtinguit, neque limitat, nec nos limitare debemus: Quando verò eſt Perſonale, poteſt Privilegiarius uti eo etiam extra Territorium concedentis: dummodo ibi non adſit ſpecialis prohibitio, & non adſit ſcandalum. *Navar. de Privil. conſil. 16. Azor. l. 5. c. 23. q. 6. Salas de leg. diſp.* 17. *ſect.* 10. *n.* 54. *Guttierez de matrim c. 127. Laym. l.* 1. *tr. 4. c. 23 nu. 16. Bonac. de leg. d. 1. q. 3. p 6. n. 4.* Ratio eſt, quia Privilegium Perſonale afficit Perſonam, ubicumque reperiatur ex Regula præſenti. Ex hoc Fundamento.

19. Reſolves Privilegium conceſ-

 ſum

ſum v. g. Petro veſcendi lacticinijs in Quadrageſima ob inopiam piſcium, vel olei in illo loco, non prodeſſe Petro in alio loco, ubi piſces, & oleum reperiuntur; quia Privilegium reſtringitur ad locum, quamvis ſit Perſonale.

Privilegium verò conceſſum Petro ob ſui indiſpoſitionem, prodeſſe Petro ubique quia eſt priuilegium Perſonale, ſine ulla loci, & temporis reſtrictione.

## CAP. III.

### *De explicatione, ſeu interpretatione Privilegiorum, quando verba ſunt dubia.*

20. NOt. Privilegium aliud eſſe favorabile, quod ſcilicet favorem continet, & non eſt contra leges, neque ulli præiudiciale: aliud odioſum, quod ſcilicet, ultra favorem præſtitum Privilegiario, vel eſt contra ius, vel alicui præiudiciale. *Sylv. v. Privileg. & alij comm.* In explicatione priuilegii ſervanda eſt verborum proprietas, iuxta ſignifica-

ficatum, quod ſervatur in foro, à quo conceditur: quando ex tali forma nihil abſurdi ſequatur.

21. Octavum Fundamentum. Privilegium purè favorabile, laté eſt explicandum, quantum rationabiliter fieri poteſt, ſervata verborum proprietate. Ratio patet ex *Regul. iur. in 6. odia reſtringi favores convenit ampliari.*

22. Nonum Fundamentum. Privilegium odioſum, ſtrictè explicandum eſt, ſervata verborum proprietate. Ratio patet, quia ex dicta Regula iuris. Odia ſunt reſtringenda. Tum quia Princeps in odioſis cenſetur ſolum derogare, quatenus expreſsè per verba declarat, ex *l. quod auſus, ff. de emancipat. liberorum.*

23. Aliquando tamen privilegium contra ius commune debet ampliari; verb. grat. ob bonum commune, quod præponderet derogationi iuris, aut ſi agatur de cauſa pia, & religioſa, tunc fit extenſio: nam ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, inquit Iuriſconſultus *l. ſunt Perſonæ ff. de*

*religioſis*, *& ſumptibus funerum*. Idem dicendum, quando privilegia conceduntur Communitati, vel toti Religioni in perpetuum: hęc enim habent vim legis, quaſi eſſent expreſſa in iure, cum ſint conſtitutiones perpetuæ. Item ſi Privilegium redderetur inutile, aut iniuſtum, tunc eſſet ampliandum, & è contra. *Navarr. Sylveſt. Sanch. & alij apud Bonac. cit. num. 6.*

24. Si tandem Privilegium ſit tantum contra legem privatam, latè eſt interpretandum, *c. olim de verb. ſignificat.*

In Privilegio ad inſtar: quod ſcilicet conceditur ad ſimilitudinem alterius conceſſi alteri, fit extenſio, aut reſtrictio, ſicut in exemplari.

## CAPUT IV.

### *Quibus Perſonis Privilegium cenſeatur conceſſum.*

25. DEcimum Fundamentum, Privilegium ijs tantum videtur conceſſum, qui ſunt in eo expreſſi, vel incluſi ex vi ſignificativa ver-

verborum, aut propter materiæ, & actionis connexionem, aut propter iuris diſpoſitionem. Ex hoc Fundamento.

26. Reſolves Primò. Privilegium conceſſum Religioſis, concedi etiam Monialibus eiuſdem ordinis: niſi in Privilegio dicatur, *Viris Religioſis*; nam ex vi ſignificativa verborum excluduntur Moniales. *Rodriquez to. 1. reg. q. 13. ar. 22. Suarez de leg. l. 8. c. 10. n. 7. Bonac. diſp. 1. de leg. q. 2. p. 7. t. 101. num. 2.*

Conceſſum Filijs, etiam Filiabus, niſi dicatur, Filijs maſculis, *l. iuxta, ff. de verb. ſignif. & l. filijs, ff. eo. tit.* Conceſſum Fratribus, etiam ſororibus, *l. Lucius 91. §. quæſitum, ff. de legatis, & l. tres fratres, ff. de pact.* & hæc omnia propter vocis ſignificationem.

27. Reſolves Secundò. Propter materiæ connexionem, Privilegium conceſſum bonis Mariti, concedi, & extendi ad bona Vxoris, ſi ea communicent cum bonis Mariti. Conceſſam Diſpenſationem in impedimento affinitatis, vel conſanguinitatis, extendi ad alterum affinem, vel conſanguineum, quamvis ipſe ignoret, & non

acceptet, ut dictum eſt *cap. 2. huius Regulæ Fundam. 5. n. 10. Reſol. primò. Sanchez l. 8. diſp. 26. n. 6.*

28. Reſolves Tertiò. Propter actionis connexionem, privilegium conceſſum Sacerdoti, ut celebrare poſſit tempore Interdicti, extendi ad ſervientem. Conceſſum Domini ad audiendum ſacrum tempore Interdicti, concedi etiam familiaribus &c.

29. Reſolves Quartò. Propter Iuris diſpoſitionem Filium, neq; Matrem gaudere privilegiis patris, & Mariti excepta nobilitate, aut alia conceſſione à Iure facta, *l. cum legitimè, ff. de ſtatu hominum, l. fœmin. ff. de Senator.* privilegium immunitatis conceſſum patri ob numerum duodecim filiorum, extenditur etiam ad Matrem reſpectu bonorum patrimonialium: neque Iura ſunt contraria, quia loquuntur de iis, quæ frequenter accidunt, non rarò, ut rarò accidit Vxorem habere bona patrimonialia, *l. nam ad ea ff. de legibus*. Neque tale privilegium ceſſat, mortuo uno ex filiis, quia talis numerus requiritur ad acquirendum, non ad conſervandum privilegium. Item eodem privilegio gaudent filii, mor-

tuo

tuo patre, ſi tamen unitè vivant.

30. Undecimum Fundamentum. Privilegium conceſſum Communitati, ut Communitas eſt, non communicatur omnibus Individuis eiuſdem ſeorſim ſumptis, niſi in iis, quæ ſunt exercenda à ſingulis perſonis, v. g. Indulgentiæ, Confeſſiones. Item in generali communicatione Privilegiorum facta alteri, intelliguntur etiam conſuetudine acquiſita. Item Indulgentiæ. *Mendoza tract. de Privil. ad inſtar, gloſ. 9. Portel. v. Privilegij communicatio n. 20.*

31. Duodecimum Fundamentum. In generali communicatione Privilegiorum non comprehenduntur privilegia exorbitantia, quæ ordinariè non conceduntur. Item quæ ſunt præiudicialia, ut exemptio à ſolutione Decimarum. Item excipiuntur privilegia concedentia ea, quæ non veniunt in generali conceſſione, niſi in ſpecie exprimantur.

32. Tertiumdecimum Fundamentum. Privilegium inſertum in corpore Iuris non revocatur per revoca-

tionem generalem: ideſt, Non obſtantibus quibuſcumq; privilegiis, &c. niſi fiat de eo ſpecialis mentio, vel revocetur ius commune. *Quintanad. tom.1. ſingular. tr.3. ſing. 16. Mendus v. privil. n.1.* In communicatione Privilegiorum non communicatur uſus, vel non uſus, ſed ius utendi privilegio: ergo quamvis aliquis non utatur, non præiudicat illo utentibus. *Laym. in qq. canon. de præl. Mend. hic n.6.*

## CAP. V.

### *Quando ceſſet privilegium, ſeu amittatur.*

33. QVartumdecimum Fundamentum. Privilegium perſonale amittitur, pereunte perſona, cui fuit conceſſum: nam extinguitur cum perſona ex doctr. huius Regulæ. Reale verò conſequitur eos, qui rem ipſam acquirunt. Ad cognoſcendum verò, quando Privilegium ſit reale, vel perſonale conſtat ex dictis in *p.cap.n.4.* Non perit tamen privilegium morte concedentis, dùmmodo non ſit reſtrictum ad mortem

tem ipſius concedentis: *cap. ſi cui nulla de prabend. in 6.* nam privilegium eſt donum, quod non amittitur per mortem donatoris.

Ceſſat privilegium morte concedentis, ſi afficiatur his particulis, *Concedo uſque dum mihi placuerit, uſque ad meum beneplacitum, voluntatem &c.* quia per mortem verè ceſſat voluntas, beneplacitum &c.

Secus verò ſi dicatur in privilegio, *Donec revocavero*: *Sanch. l.8. de matrim. diſp.28. q.3. Molin.diſp.298. Layman l.1. tr.4.c.23. num.17. Bonac.cit. pag.105. num.19.*

34. Quintumdecimum Fundamentum. Privilegium nondum obtentum, ſed obtinendum per mandatum, v. g. ſi Pontifex mandet Titio, ut Beneficium conferat Paulo, & ante collationem Beneficii, moriatur Pontifex, ceſſat privilegium pro Paulo: quia ceſſat facultas in Titio conferendi, cum talis commiſſio ſit tantum mandatum in Titio, non privilegium: mandatum autem expirat morte mandantis, *l. mandatum C.mandati, & c. ſi cui nulla, de prabend. in 6.* Secus tamen dicendum, quando mandatum fuiſſet in fa-

vorem utriuſq; *Franciſcus Lapus apud Sanch.l.8.diſp.28.n.*80. 81. *Bonac. citat. n.* 19. *& ſit*.

35. Regula generalis; Quoties gratia, ſeu Privilegium conceſſum eſt immediatè perſonæ petenti, quæ etiam dicitur gratia facta, ſive res integra ſit, ſive non; ideſt ſi Privilegiarius inceperit aliquem actum virtute privilegii, ſive non, non expirat morte concedentis.

Privilegium verò, ſeu gratia facienda per commiſſionem alteri conferenda, re adhuc integra, expirat morte concedentis; nam mandatum expirat morte mandantis. Si autem res integra non ſit, & Delegatus aliquem actum effecit virtute privilegii, non expirat morte concedentis. *Sayrus*, *Sylveſt. Angel. Suarez apud Bonac. cit. num.* 23. *contra nonnullos*. Ex hoc Fundamento.

36. Reſolves Primò. Privilegium factum Confeſſario immediatè, ſine limitatione, ad Confeſſiones audiendas, ad abſolvendum à cenſuris, non ceſſare morte concedentis; quia eſt gratia facta immediatè Confeſſario.

Con-

Contrarium dicendum, de privilegio iuriſdictionis contentioſæ delegatæ, quod expirat, ſi res integra ſit, morte concedentis, colligitur ex *c. gratum, c. relatum, c.quamvis, & c. licet undique de off.delegati. Suar.l.8.c.32. Sanch.l.3. de matrim.diſp.30.lib.8.diſp.28.n.30.57. & 94.Salas diſp.20.ſect.17.n.125.*

37. Reſolves Secundò. Gratiam conceſſam Confeſſario ad diſpenſandum in Votis, in impedimentis &c. ad abſolvendum à Cenſuris, à reſervatis reſpectu perſonæ particularis, ceſſare, re integra manente; quia eſt gratia facienda ex dictis. Secus verò, ſi res integra non ſit; ſed aliquem actum inceperit Confeſſarius iuriſdictionis. Hoc fundamẽto innumeros Caſus huiuſmodi reſolves. Cõtrariũ tenet *Maiol.Fill.& alij.*

38. Sextumdecimum Fundamentum. Privilegium gratuitum, quo facultas conceditur ſubito faciendi contra, vel potius præter ius, ex iuſta cauſa eſt revocabile à concedente, vel ſucceſſore, aut Superiore, & conſequenter poteſt amitti; quia ad eundem, qui eximit à lege, ſpectat etiam ad eiuſdem obligationem reducere. *Layman*

*l.1.*

*l.1. tr.4. c.23. n.19.25. Azor. Sanch. Eſcob. Exam.15. de privileg.* Non tamen ſine cauſa, quia privilegium Principis decet eſſe manſurum *de Reg. Iuris in 6.* neque eſt revocabile, ſi conceſſum ſit non ſubdito: quia tranſivit in contractum ratione acceptationis, quæ inducit obligationem ex iuſtitia: Excipe cauſam præiudicii bono communi, & ſimili. *Salas diſp.17. n 70. relat. à Bonac. cit. p.8. nu.6. pag.109. Sanchez l.8. diſp.33. nu.11.*

39. Regula ſit & Fundamentum generale: Princeps poteſt revocare privilegium, conceſſum etiam per contractum, ut prævia pecunia, vel titulo gratitudinis ob merita præcedentia, validè, & licitè, etiam non ſubdito, ſi adſit cauſa publicæ utilitatis: cum onere tamen reſtituendi acceptum pro privilegio: quia conceſſio privilegii includit hanc tacitam conditionem: & bonum publicum præfertur privato. Secus verò, ſi talis cauſa non adſit: quia Privilegiarius acquiſivit Ius &c. *Salas diſp.20. ſect.48. Sanch. l.8. diſp.17. & alios.*

40. Not. Privilegia in corpore Iuris expreſſa revocari per privilegia

con-

contraria, quia Pontifex cum ſcientia illorum facit revocationem: ſecus verò dicatur de non inſertis, quia cum ſint privata, Princeps ignorare ea præſumitur, ideo per contraria nolle ea revocare. *Eſcob. cit. ſup.* Neque inſerta in corpore iuris revocantur per clauſulam generalem, Non obſtantibus quibuſcumque &c. niſi de iis fiat mentio ſpecialis. *Mend.v. privil. n.* 1, *Quintanad.cit.* ut alibi dictum eſt.

41. Item Not. Ad hoc ut revocatio privilegii facta per legem valeat, requiritur publicatio, qua facta, ceſſat privilegium, ſi publicè fuit intimata: ita ut acta non valeant, etiam facta cum ignorantia revocationis. Excipe actus publicos factos cum errore communi, & titulo colorato: nam iſti validi ſunt ex *l. Barbarius, ff. de offic. prat. vide Tambur. in Decalog. Bonac. cit. pag.* 110. *n.* 20. Hac doctrina reſolves innumeros caſus circa Abſolutionem.

Revocatio verò facta privatim non valet, niſi perveniat ad notitiam privilegiarii.

42. Decimumſeptimum Fundamentum. Ceſſante tota cauſa privilegii con-

contra Ius, vel alteri præiudicialis, ceſſat privilegium; nam credibile non eſt velle Principem conſervare privilegium datum ex cauſa, ipſa cauſa ceſſante; probabilis etiam eſt opinio contraria.

Non ceſſat Privilegium, ceſſante cauſa, ſi eſt favorabile.

43. Decimumoctavum Fundamentum. Privilegium odioſum alteri præiudiciale affirmativum, aliquid faciendi in alterius gravamen, v. g. exigendi decimas, ceſſat per non uſum, quatenus perſona gravata tempore longo præſcribit exemptionem. Non tamen ceſſat, ſi privilegium non cedit in alterius gravamen, neque per non uſum tempore longiſſimo, ſi fuerit conceſſum ſine limitatione, demptis caſibus in iure expreſſis. *Laym. l.1. tr. 4. c. 23. Suarez l. 8. c. 34. Iaſon. Bartol. & alij. Bonac. cit. pag.* 112. *n.* 34. *Eſcob. cit. pag.* 174.

44. Item amittitur per uſum materialiter, & formaliter contrarium Privilegium negativum, v. g. non ieiunandi, non ſolvendi tributum; Si Privilegiatus ieiunet, tributum ſolvat, patet ex *cap. cum acceſſiſ-*

*ſent*,

*ſent*, *de conſtitut. cap. accedentibus*, *de privileg. cap. porrò de privileg.* Secus verò, ſi uſus ſit tantum materialiter contrarius, ideſt ſine cognitione, vel advertentia privilegii, non ceſſat Privilegium, quia uſus non videtur ſufficienter voluntarius; nemo enim conſentit in eo, quod non advertit. *Bartol. l. 1. C. de his, qui ſponté. Panorm. cap. cum acceſſiſſent de Conſtitut. Felinus eo. c. n. 30.*

An verò amittatur in utroque foro? Reſolutio pendet ab intrinſeca voluntate Privilegiarij, ſi voluntas adſit utendi actibus contrariis materialiter, & formaliter, in utroque foro amittitur; ſi non, in neutro deperditur. In foro tamen externo, cum præſumptio eſſet contra privilegiarium, ab iſto talis præſumptio eſſet elidenda.

45. Decimumnonum Fundamentum. Non poteſt renunciari priuilegium, cedens in bonum publicum, quamvis redundet etiam in bonum particulare, v. g. Privilegium Fori, & Canonis non poteſt à Clerico renunciari. Neque ſi cedat in bonum plu-

plurium, quando ab aliorum commodo nequit ſeiungi.

Poteſt quidem renunciari, ſi Privilegium cedat tantummodo in bonum particularis: quia nemo cogitur invitus beneficium acceptare: valebit tamen uſque dum à concedente acceptetur, quia ab ipſo habet vim. *Nugnus in addit. ad 2.p.q.25. art.4, dub. penult. pag. 482. & alij apud Sanch.l.8. diſp.32. & apud Suar.l.8.c.33.*

46. Neque amittitur privilegium per abuſum, quia ante ſententiam declaratoriam criminis nemo tenetur á ſe privilegium abdicare: niſi lex inducat privationem ipſo facto ob abuſum. Plura latius videantur apud Auctores, & ſatis ſint dicta occaſione Regulæ expoſitæ, quæ non niſi ex variis Fundamentis potuit dilucidari: & adequaté cognoſci: *Privilegium perſonale ſequi perſonam, & extingui cum perſona.*

R E-

# REGULA VIII.

## Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus.

*Ex c. Parvuli 22. quæſt. 5. Item ex l. ſicuti §. iiſdem ff. de accuſat. & inſcript.*

### CAP. I.

*Explicatio Regulæ.*

1. CErtum eſt hominem teneri ſcire leges, eaſq; ſciendo obſervare, ut patet ex *l. leges C. de leg. & l. ab ea parte, ff. de probationibus:* leges autem ſunt regulativæ, & directivæ ad bonum, & bonos facere ſtudent præmiorum exortatione, & delictorum punitione, *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* quilibet ergo præſumitur bonus ex earum legum præſumpta ſcientia, & obſervantia; nam ab initio ſui eſſe poſſeſſionem retinet ſuæ bonitatis, gratia ſibi à Creatore comparata; igitur quilibet

bet præſumitur bonus. E contrario dicendum de eo, qui ſciendo leges, minimè eas obſervat; quapropter ſi ſemel in aliquo circa legem deliquerit, in eo genere delicti ſemper præſumitur malus: nam cum malitia ſit in poſſeſſione, præſumitur etiam pro ipſius perſeverantia, niſi aliunde emendatio probetur. *Maſcard. de probat. concl.* 222. Non tamen vigeret præſumptio, ſi delinquens per triennium ſe emendaverit, & de delicto pęnituerit. *Gloſſ. in c. ſemel, c. ferrum cum c. ſequent. d.* 50.

2. Hæc Regula non procedit in dubio, quando ſcilicet dubitatur an homo ille, v. g. Petrus aliquando fuerit malus v. g. Homicida, Fur &c. quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: unde ante dubium, ut ſuppono, poſſeſſio erat pro bonitate, igitur in dubio unuſquiſque cenſendus eſt bonus, donec contrarium probetur: ut ex c. *mandata* 6. *de reſcript. habetur, ſemel probatus bonus, ſemper præſumitur bonus*; eſt igitur Regula præſens intelligenda: De homine evidenter, & ſcienter malo, qui ſemel convictus de crimine, in eodem ge-

genere criminis ſemper præſumitur malus, niſi probetur contrarium. Excepto periuro, cui etiam poſt emendationem non creditur, *c. teſtimonium 54. de teſtib.*

*3.* Ratio huius Regulæ eſt, quia mutatio mortis, & vitæ non præſumitur, cum mutatio ſit quid facti: factum verò non præſumitur, niſi probetur, *l. 2. ff. de iur. & facti ignoſ.* & poſſeſſio ſtat pro delicto, aut malo commiſſo, ex quo inſurgit præſumptio contra Hominem iam malum, in quem transfertur onus contrarium probandi, & niſi probet bonitatem, & vitæ mutationem, ex iuris præſumptione, ſemper præſumitur malus.

*4.* In dubio tamen ad præcavendum malum, licet ſuſpicari de malo, etiam non probato, non tamen iudicium certum de malo formare: ius enim ineſt cuique ad illud fugiendum. *Bonacin. de reſtitut. diſputat. 2. quæſt. 7. part. 4. nu. 3.* Sic Superior ex indiciis poteſt ſuſpicari de ſubditis, non iudicare. *Mol. tr. 4. diſp. 14. & alij.*

*5.* Pro maiori preſentis Regulę intelligentia inſpicienda eſt eſſentia, & mul-

& multiplicitas præſumptionis; Præſumptio, *ex ſpeculo, & Farinac. n.82.* eſt argumentum ad credendum unum factum, ſurgens ex probatione alterius; vel ſecundum *Goffredum* eſt plena, vel ſemiplena alicuius facti dubii probatio. Ita refert *Carrar. in hac Reg. ar. 1. n. 57.*

Iſta præſumptio ex *Menoch. de præſumpt. l. 1. q. 2. n. 11.* triplex eſt; Vna eſt iuris tantum; Altera iuris, & de iure; Tertia hominis. Sic *Farinac. q. 36. n. 85.* Præſumptio iuris tantum, eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis, ſed ulterius non procedentis, & nihil ſuper præſumpto ſtatuentis. *Maſcard. & Farinac. apud Bictum in praxi crim. de præſumpt. q. 72. tr. 6.* Præſumptio iuris, & de iure eſt diſpoſitio legis, aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tanquam ſibi comperto, ſtatuentis. *Alciat. in tract. de præſumpt. p. 2. num. 3.*

Præſumptio verò hominis, ea eſt, quæ non eſt expreſſa in iure, quæ Iudicis arbitrio relinquitur, ut inſpiciat quod ſibi videtur, & in nullo iure expreſſa, & conſirmata eſt. *Caſtrenſ. Felin. Farinac. q 36. n. 97.*

6. Po-

6. Pono exemplum in Regula ; & ſic exemplificata, liquida erit eius declaratio.

Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali ; Hæc dicitur Iuris præſumptio, ius enim ſic præſumit, in *c. ſemel malus, de Regul. Iur. in 6.* ſed circunſcripta alia lege, cum hæc ulterius non procedat, & ſuper præſumpto nihil ſtatuat, hæc diceretur præſumptio Iuris tantum.

Si quis autem in Iudicio falſum iuraverit, & denuò in teſtem aſſumatur, iſte ſemel malus, & periurus, ex vi *dicti cap.* ſemper præſumetur periurus; & ulterius in *cap. ex parte, ubi gloſ. & Abb. de teſtibus,* ſtatuitur, quod talis à teſtimonio repellatur; unde ex vi iſtius ſtatuti ſuper præſumpto, iſta dicetur, præſumptio iuris, & de iure, cum *hoc cap.* 1. ſupra præſumptum firmum ius inducat, & ſtatuat. Si verò Iudex ultra prædicta, aliquid in iure non expreſſum, & legi non repugnans, præſumpſerit; puta quod periurus cum dolo, vel ſine dolo periuraverit, hæc ultima erit præſumptio hominis. Sicut eſſet alia præſumptio in lege non expreſſa.

7. Pri-

7. Prima præſumptio, quia fundatur in ſemiplena probatione, poteſt tolli, probando contrarium, excepta hac in materia periurii; quia etiam ſi per triennium non periuraverit, & pęnitentiam egerit, adhuc in iudicio ſemper præſumetur periurus, & excludetur á teſtificando; Secunda, iuris, & de iure, quia fundatur in plena probatione, quæ præceſſit in iudicio eius rei, de qua præſumit, non admittit probationem in contrarium, v. g. Virgo, quæ violenter fuit ſtuprata à Viro, pręſumitur non virgo, unde ſecundum iura non poteſt inter Virgines conſecrari; & quamvis fuerit animo retinens, tamen non virgo præſumitur, & nulla illi prodeſt probatio, quia ius præſumit, & ultra ſtatuit, ne inter virgines conſecretur, nulla admiſſa probatione in contrarium.

9. Tertia verò præſumptio hominis, ſi levis eſt, quæ fundatur in levibus indiciis, nihil operatur contra præſumptum, & ordinariè temeraria eſt, de qua Theologi, ubi de iudicio temerario, &c. Si probabilis eſt ex probabilibus indiciis cum uno teſte, facit ſemiplenam probationem, &

con-

coniuncta cum diffamatione publica, induit purgationem canonicam, ut ex *cap. ſi quis de gradu, de purg. canon.*, & aliquando fama præcedente, cum uno teſte, & iuramento facit plenam probationem.

Si tandem hæc præſumptio hominis fundatur in graviſſimis, & immediatiſſimis indiciis, v. g. ſolus cum ſola, uterq; iuvenis in cubiculo clauſo, nudi reperiantur in lecto amplexati, dicitur præſumptio violenta, & procedit ad condemnationem criminalem, *ex l. ſciant, cuncti C. de probat.* vide *Menoch. Farinac. &c.* & hæc ſatis pro Regulæ captu quo ad forum fori.

## CAP. II.

*De Præſumptione quoad conſcientiam, quid operetur circa Poſſeſſionem.*

### An illud Iuris Axioma: *In pari cauſa melior eſt conditio Poſſidentis*, currat in omni materia?

10. DIcendum eſt, ex communiori ſententia, Principium illud iuris in *Regul. 65. iur. in 6.* videlicet: In pari cauſa potiorem eſſe conditionem poſſidentis verificari non ſolum in materia Iuſtitiæ, verùm etiam aliarum virtutum ex *Sanchez in Summ. l. 1. c.* 10. *num.* 10. *Filliuc. tom. 2. tr.* 21. *c. 4. n. 159. Bonac. de reſt. diſp. 1. q. 2. p. 1. §. incidens, Lanfrancus de opin. elect. opuſc. 1. c. 2. Baldelli to. 1. diſp.* 8. *n. 15. Dian. p. 4. tr. 3. reſol.* 4. *Bardi de Conſc. dubia Diſcept. 5. c. 4. n. 4. contra Sayr Turrian. Azorium, Vaſq. & alios*. Probatur concluſio. Ideo in materia iuſtitiæ, potior eſt conditio poſſidentis, quia inter obligationem reſtituendi, & in-

& inter poteſtatem retinendi, reſultat quædam æqualitas, per quam Intellectus dubiè ſe habet circa obiectum; ſed ſi accedat poſſeſſio, uni parti adhęrens, iſta pręvalebit; iuſta enim ratio operandi contra dubium ſpeculativum Eſt poſſeſſio; v. g. Dubitat quis ſpeculativè an res à ſe poſſeſſa ſit alterius, facta diligentia, poteſt illam ſibi retinere; nam in dubio melior eſt conditio poſſidentis; niſi tali poſſeſſioni ius non reſiſtat, faciendo poſſeſſorem incapacem poſſidendi; nam tunc poſſidentis conditio non erit potior, neq; pro ipſo erit iudicandum, cum neque pro ipſo extabit præſumptio; ſed tunc ultra poſſeſſionem oſtendendus erit titulus poſſeſſionis, ut patet ex *c. ad decimas de reſt. ſpol. in 6.* & ex *c. ex inſinuatione de Procur* & ex *c. conſtitutus de elect.* ſed in materia aliarum virtutum poteſt eſſe dubium, v. g. an ſit obligatio exercendi actum religionis, & inter obligationem, & libertatem tunc erit quædam æqualitas; ergo ſi voluntas poſſideat ſuam libertatem penſatis omnibus, etiam in hac, & in alia materia melior erit conditio libertatis poſſidentis, & practicè ab-

ſolvendus poſſidens ab obligatione.
Sed quia valde laborioſum eſt in materiis aliarum virtutum à Iuſtitia, agnoſcere pro quo ſtet poſſeſſio, & conſequenter pro quo decidendum, ideo ſit ad maiorem notitiam.

2. Fundamentum Primum. Pro illo ſtat poſſeſſio, pro quo ſtat præſumptio iuris, & pro eo ſtat præſumptio iuris, qui transfert onus probandi rem controverſam in adverſarium. Probatur prima pars Fundamenti, quod pro illo ſtet poſſeſſio, pro quo ſtat præſumptio. Præſumptio iuris fundatur in aliqua cauſa rationabili, & iuſta; ergo ſi præſumit in favorem unius partis, ſignum eſt poſſeſſionem, de qua eſt dubitatio, ſe tenere pro eadem parte; igitur ſecundum eã erit iudicandum. *DD. communiter Panorm. cap. conſult. de offic. iudic. deleg. num. 9. Molin. tom.* 1. *de iuſt. diſput.* 16. *& 196. Maſcard. tom. 3. de probat. concl.* 1221. *Simanc. de cathol. inſt. tit. 50. nu. 6.* & expreſsè definitur in *inſtit. de interdictis §. Retinendi*, ubi deciditur, quod cum obſcura ſunt utriuſq; iura, ideſt partiũ litigantiũ, contra petitorẽ iudicari ſolet.
Secunda pars Fundamenti etiam pro-

probatur ; quod ſcilicet præſumptio iuris ſit apud illum , qui in adverſarium transfert onus probationis , ex *l. generaliter §. non tantum verba : de fidei commiſſ. libert.* & ex *l. fin. de eo, quod met.* §. 1. ita refert *Menoch. l. 1. præſumpt. q. 33. nu. 1. Sanchez lib. 5. de matrim. diſp. 37. nu. 7. Merolla, & alij apud Bard. de conſcient. dub. Diſcept. 5. c. 5. n. 5.* Probatur etiam ratione; Quia cum præſumptio iuris habeatur pro veritate, v. g. dum veritas probata appareat ; onus probationis non ſe debet tenere ex parte illius, pro quo eſt præſumptio, ſed ex parte contrarij, qui petit contra prẹſumptionem.

12. Secundum Fundamentum. Si ex utraq; parte plures præſumptiones occurrunt, tunc erit iudicandum pro ea parte, pro qua ſunt efficaciores præſumptiones. *Menoch. l. 1. præſumpt. q. 30.* Si verò ex utraque parte ſint præſumptiones ita æquales , ut non poſſit iudicari pro quo ſtet poſſeſſio, tunc cenſetur purum dubium, & pro utraque parte par eſt cauſa , ut in *æquali dubio* pro poſſeſſione decidatur. *Caſtropal. tom. 1. diſput. 3. pun. 6. n. 2.* Ex his Fundamentis.

13. Reſolves ſequentes caſus. In dubio an Lex extet, vel aliquid ſit præceptum, non tenetur dubitans adhibita diligentia, ad illud; quia titulus operandi practicè contra dubium ſpeculativum eſt poſſeſſio, quæ ſtat pro libertate. *Sanchez de matrim. l.2. diſput.41. n.36.* Si autem conſtet de lege, dubium autem ſit an in caſu particulari obliget, dubitans tenetur lege, quia poſſeſſio ſtat pro lege. *Medina q.96.*

14. Debitor certus de debito, & dubius de ſolutione, tenetur ſolvere; quia ſolutione dubia ſtat poſſeſſio pro debito certo. *Diana par. 4. tr. 3. reſolut.32. Caramuel lib. 3. Theol. intent. de conſcient. dictam. diſp. 1. coroll. 28. & alij hic.*

15. In dubio an caſus ſit reſervatus, ſive ſit iuris, ſive facti, poteſt teneri pro non reſervato; quia ante reſervationem dubiam, poſſeſſio ſtat pro caſu non reſervato. *De Lugo de pœnitent. diſput.16. ſect.2. §.53. n.63.*

16. In dubio de cenſuris, ſive Iuris, ſive facti, adhibita diligentia, non tenetur quis ſe haberi, pro excommunicato; Quia melior eſt conditio poſſidentis. *Sanchez in ſum. lib. 1,*

*cap.*

*capit. 10. numer. 55. & alij.*

17. In dubio de Irregularitate ex homicidio, ſi dubium ſit iuris, adhibita diligentia, non eſt quis cenſendus irregularis; nam poſſeſſio eſt pro libertate, ex *c. is, qui de ſentent. excomm. in 6.* Si autem ſit dubium facti, eſt cenſendus irregularis in utroq; foro, ex *c. ad audientiam*. In cęteris verò irregularitatibus, excepta irregularitate ex homicidio, ſtante dubio ſive iuris, ſive facti, nemo cenſendus eſt irregularis.

18. In dubio de voti emiſſione, non tenetur voto; quia libertas eſt in poſſeſſione. In dubio an habuerit quis animum ſe obligandi, facta diligentia, ſi ex utraque parte ſint æquales præſumptiones, tenetur voto, quia obligatio præſumpta eſt in poſſeſſione cum voto emiſſo. Si efficaciores ſint præſumptiones ex parte voluntatis non obligatæ; non tenebitur voto. Vide *Caram. cit. coral. 3. nu. 1338. Duæ ſunt opiniones contrariæ, utraque probabilis.*

19. In dubio de voto caſtitatis emiſſo, an fuerit Virgineę &c. aut coniugalis; tenetur vovens ſervare caſti-

tatem, quia votum eſt in poſſeſſione; ſatisfacit tamen ſi alterutram ſervet; nam ex *Regula XV. & XXXI.* Odia in dubiis ſunt reſtringenda; & in obſcuris dubietatis, quod minimum eſt, ſequimur. *Caram. cit. coroll.* 7.

In dubio An quis voverit caſtitatem perpetuam, vel ad tempus; tenetur ad caſtitatem; non tamen ad perpetuam. *Caram. cit. coroll.* 8. Ratio eſt modo ſupra dicta.

21. In dubio An votum emiſſum fuerit de materia ſufficienti; tenetur cum *Diana*, quia certitudo voti eſt in poſſeſſione ex parte voventis, & volentis ſe obligare; ergo ratione materiæ dubiæ, An Deus ipſam acceptet, tenetur conſulere Pontificem, ut in dubio, vel diſpenſet, vel interpretetur. *Diana part. 4. tract. 3. reſol.* 13.

22. In dubio An quis legitimus ſit, facta diligentia, licitè dividit hæreditatem; quia præſumptio eſt pro Matrimonio poſſidente ante dubium Adulterii; & in dubio facti, factum non præſumitur.

23. In dubio An quis expleverit 21. annum: non tenetur ieiunare, quia

quia libertas eſt in poſſeſſione. *Sanchez de matrimon. l.2. diſput.*41.*n.*38.

Secus quando dubium eſt de ætate legitima ad ordines: nam Præceptum Eccleſiæ de ætate requiſita eſt in poſſeſſione ante dubium petentis: ergo qui petit tenetur probare ætatem: aſſerenti enim incumbit probatio, ex *l.2.ff.de probat.*

Si quis de hac materia plura cupiat, videat *Tamburinum l.*1. *explic. Decal. c.3.* §.7. ubi tradit caſus omnes per Alphab. *Dian.p.4.t.3. de conſc. dub. Caram. tom.3. Theol. intent. l.3. de conſc. dictam. diſp.1.c.*1. & hic habebis Corollaria multa.

Rectè igitur malus Regula clamat: *Semel malus*, cum in poſſeſſione ſit malitia delinquentis, nondum probata bonitate, *ſemper præſumitur malus*.

# REULA IX.

## Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

Deſumpta eſt hæc Regula ex *c. penult. de ſent. excom. l. 6.* convenit cum *l. ſi pupilli 6. §. ſed ſi ego ff. de negotijs geſt.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicatur Regula, & ponuntur Fundamenta pro reſolutione plurium Caſuum ſpectantium ad hanc materiam.*

1. HOc nomen *Ratum* á verbo, Reor, reris, & ab eius participio, ideſt ratus, ſecundum Priſcianum derivatur, & in propoſito idem ſignificat quod conſtans, Firmum, certum, ac omni ex parte fixum: ſecundum illud *Terent. in Helcyb. ne quod egiſſem, eſſet ratum*; unde ratum habere aliquid, idem eſt,

quod

quod approbare, confirmare, aut ratificare.

2. Eſt autem Ratihabitio actio iuridica, qua fictione iuris quilibet facere ſibi poteſt proprium civiliter, & moraliter, quod ab alio phyſicè geſtum eſt, approbando ſcilicet quod noſtro nomine geſtum eſt, *l. quo enim 12. in princ ff. rem ratihab.*

3. Duplex eſt Ratihabitio expreſſa, qua quis verbis; aut ſigno externo ratum habet id, quod ſuo nomine eſt geſtum; & hæc requiritur in Contractibus, & negotiis quibuſcumque quæ cedunt, vel cedere poſſunt in utilitatem, & commodum eius, cuius nomine fiunt: Implicita, qua quis tacitè conſentit in ijs, quæ geſta ſunt nomine ipſius: & hæc ſufficit in maleficiis, & delictis, quæ cedunt in damnum alterius, v.g. ſi taceat, quando ſibi factum refertur, peractum nomine ſuo: tum quia præſumitur ratihabitio ex quo non revocat ſtatim ac ſentit malum patratum nomine ſuo, ut patet *c. notum 2. q. 1.* Tum quia ratihabitio æquiparatur mandato ex Regula ſequenti, ad quod ſufficit conſenſus tacitus, *ex l. quo enim, ff. rem*

*ratam habere*, & *l. qui patitur*, *ff. mandat.* ex *Carrar. in hac Reg. art.* 1. *nu.* 9. *Sylv. v. conſenſus n.6.*

Idem dic de Matrimonio, in quo taciturnitas pro conſenſu accipitur, ſi de præſenti Puella tacente, pro ipſa reſpondeant Parentes, vel alij ipſius curam gerentes. Secus verò, ſi ipſa tacente, nullus, vel extraneus pro ipſa reſpondeat, etiam ipſa interius conſentiente, nullum eſt Matrimonium, ratione conſenſus inſufficienter expreſſi, ſigno externo.

In primo enim caſu valet Regula Iuris: *Qui tacet, conſentire videtur*: In ſecundo non currit Regula. *Covaruv. 2. par. c.4. n.14. & alij*, ex iuris diſpoſitione, *l. ſed quæ patris*, *ff. de ſponſalib.* ubi, filia, eo ipſo, quod tacet, conſentire videtur Patri pro ea reſpondenti.

4. Fundamentum Primum. Ratihabitio non confirmat actum præcedentem, niſi factum, ſeu opus geſtum factum ſit nomine illius, ideſt contemplatione eius, qui ratum debet habere opus geſtum, *gloſ. in c. cum quis de ſentẽt. excom. l. 6.* neq; valet ratihabitio niſi il-

ſi ille, qui ratum habet, ratificet opus geſtum, ut factum nomine ſuo. *Sylv. v. conſenſus num.6.* Ex hoc Fundamento.

5. Reſolves. Empta, vendita nomine emptoris, & venditoris non poſſe ab alio haberi rata: quia ſuo nomine non ſunt geſta.

6. Homicidium, v. g. factum à Petro nomine Pauli, non poſſe haberi ratum, ſi Paulus illud habeat ratum quantum ad ſubſtantiam: non autem quo ad qualitatem, id eſt, in quantum factum ſit nomine ſuo, *l. Pomponius, ff. de neg. geſt.*

7. Nullam eſſe ratihabitionem de percuſſione Clerici factam nomine meo, ſi eam ratificem ſub ratione tantum, qua ille mihi inimicus eſt, non autem ſub ratione qua, nomine meo factam: imò nullam incurro excommunicationem, quia approbatio non fertur in percuſſionem, tanquam ex nomine meo factam: pecco tamen mortaliter ex affectu pravo ad malum. Incurro tamen excommunicationem, ſi percuſsionem ratam habeam tan-

tanquam factam nomine meo, ex *c. cum quis de ſentent. excomm. in 6.* Non incurro tamen irregularitatem, ex ratihabitione homicidij facti nomine meo, quia hæc [ ſicut excommunicatio ] non reperitur in iure: & ratio eſt, quia ratihabitio, ut ſic, non influit in homicidium. Neque teneor ad reſtitutionem, quia ratihabitio nullam ponit inæqualitatem cum nihil influat in homicidium, iam peractum: & in hoc non comparatur mandato. *Communior* apud *Bardum hic*.

8. Secundum Fundamentum. Ratihabitio nullius eſt valoris, ſi extrema non ſint habilia ad illum actum perpetrandum, de quo fit ratihabitio, ſcilicet tempus, quo maleficium, vel negotium geſtum eſt, & tempus ratihabitionis. Ex hoc Fundamento:

9. Reſolves. Non valere ratihabitionem factam à viro adulto de homicidio patrato ab alio nomine ſuo, quando erat infans, vel furioſus, vel fatuus: quia cum ex fictione iuris ratihabitio mandato comparetur, nullus iſtorum tunc temporis poterat mandare; ergo neque tunc factum nomine eorum ratum habere. *Sylv. cit.*

*cit.* ex *l. ſi quis pro temp. ff. de uſuf.* Nullam eſſe Ratihabitionem, ſi ratificans ius non habeat ratificandi.

11. Tertium Fundamentum. Nulla eſt ratihabitio, & nullam inducit obligationem de delicto, & de pœna in foro fori, ſi fiat de re, quæ fieri non poterat per aliam perſonam à ratificante, v.g. Adulterium: nam cum Adulterium requirat copulam, quæ non eſt inter corpora diſiuncta, nequibit per alium fieri. *Ex gloſ. in l. 1. §. quoties, ff. de vi, & vi arm. Sylv. n. 7. Carrar. cit. n. 13.* Ex hoc Fundamento,

12. Reſolves. Ratificantem, vel mandantem committi ſtuprum cum puella per alium, non fieri eius ſponſum ex mandato, vel ratihabitione: neque Patrem Filii, ſi naſcatur ex tali copula aliena. Hoc tamen intelligitur, ſi Adulterium, vel ſtuprum committatur propter delectationem, hoc enim modo delictum perſonale eſt: ſecus verò ſi imperetur, vel fiat in vituperium Fęminæ, vel alterius coniugis: & tunc valet ratihabitio. Idem dic de ſimilibus.

13. Quartum Fundamentum. Illæ actiones, quæ totum ſuum eſſe habent

ab

ab initio, & de præſenti: vel quando fiunt nullam habent validitatem, ex quacunque ratihabitione ſupervenien- te nunquam poſſunt convaleſcere: ſecus de alijs. Ex hoc Fundamento.

14. Reſolves. Nullam eſſe Abſolutionem factam à Sacerdote de Reſervatis, cum ſpe ratihabitionis de futuro: quia hoc Sacramentum totum completur ab initio, neque pendere poteſt á futuro eventu: & ſi ab initio non ſubſiſtit, tractu temporis non firmatur, ut ex *Regula iuris, Non firmatur &c. Summa Diana contra Crouſer s in Regul. Sancti Franciſci*.

15. Nullas eſſe Electiones, quæ debent fieri á maiori parte, ſi fiant à minori, ſuperveniente quacumq; ratihabitione, ex *c. auditis, & c. Eccleſia veſtra de Elect.*

16. Item nullas eſſe Electiones, vel actiones, requirentes ad ſui validitatem, quaſdam ſolemnitates ab initio, ut ſunt Alienationes rerum Eccleſiæ: accedente quacunque ratihabitione: ut patet per *Innoc. c. Prudentium de offic. deleg.*

Secus verò dicendum ſi aliquid requi-

quiratur ad confirmationem, non ad validitatem Actus. Quia tunc Actus ſumit ſuam perfectionem, non validitatem, ut habetur *c. ſi relig. de Elect. in 6.*

17. Quintum Fundamentum. Sola Ratihabitio validat Maleficia, & delicta, quæ non requirunt præcedentem machinationem: & mandato comparatur: Non tamen validat maleficia, quæ prius requirunt tractatum, & Machinationem. Ex hoc Fundam.

18. Reſolves Mulierem, quæ ratam habet occiſionem Mariti, poſt mortem, nulla pręcedente Machinatione, & conventione cum occiſore, non contrahere impedimentum criminis, & poſſe cum occiſore matrimonium contrahere: *Gloſ. & Ioan. And. in c. 1. de converſ. coniug. Ita Gemin. in c. cum quis de ſent. excom. in 6.*

Secus verò, quando lex requirat ſolum factum. *Sylv. cit. n. 8.*

19. Ex dictis ergo patet ſenſus Regulæ, quod ratum habere non poſſum, ideſt non induit, neque inducere poteſt meus conſenſus, meaque approbatio obligationem aliquam, vel actionem contra quencumque, vel contra me ipſum ratione cuiuſvis geſti,

ſive actionis præſtitæ, niſi actio ipſa; vel negotium prestitum fuerit ab agente, vel exequente nomine meo factum: itaut nullo modo feciſſet; niſi ex tali præſupoſita ratihabitione: unde ex vera, & iuridica ratihabitione inſurgit obligatio civilis, ſecundum actionem civilem, ut in Contractibus, & pœnalis ſecundum delicta, & maleficia; ut in furto, homicidio &c. & in hoc æquiparatur Mandato. Hæc Fictio legalis; ſeu ratihabitio valet in omni rerum genere, & poſſunt fingi innumerabiles caſus; in quocumque Contractu: etiam ſi facti in mei præiudicium, ſed nomine meo, valebunt, ſi voluntariè eos ratificem contra Regulam: & tunc prævalebit alia *Regula 27. ſcienti, & conſentienti* [ nimirum potenti conſentire, & liberè conſentienti ] *non fit iniuria, neque dolus. Ita Caramuel in Theolog. Fundam. in Reg. 9. pag. 341. n. 570.*

R E-

# REGULA X.

## Ratihabitionem retrotrahi, & Mandato non eſt dubium comparari.

Hæc Regula tranſlata eſt *ex c. penult. de ſent. excom. l.6. ex c. fin. de iure-iurand. lib. eo.* & *c. ſi tibi* 17. *de præbend. eo. lib.* convenit cum *l. verò* 12. *in fin. ff. de ſolut. & l. ſi fundus* 16. *§.*1. *ff de pignoribus.*

1. QVoad intelligentiam ſcientificam huius Regulæ, nihil eſt addendum præter ea, quæ in ſuperiori ſunt tradita.

Quoad ſenſum grammaticalem, ita explicatur; Non eſt dubium Ratihabitionem retrotrahi, ideſt, ad id tempus, quo negotium geſtum eſt, iuris fictione, & effectus antea inceptus, & completus, per ratihabitionem retrotrahitur, & validatur nunc pro tempore præterito, ſicut ſi illo tempore præterito validus extitiſſet: & mandato comparari, ideſt Ratihabitio compara-

ra-

rari, ideſt Ratihabitio comparatur mandato; quia ſicut per mandatum res geſta nomine Mandantis eſt valida; Ita res geſta nomine alterius per ratihabitionem validatur, tanquam per cauſam ſine qua Non, non autem tanquam per cauſam formalem.

Et de hac ſatis.

R E-

# REGULA XI.

**Cum ſunt partium iura obſcura, Reo favendum eſt potius, quam Actori.**

Hęc Regula deſumitur ex *l. fauorabiliores* 125. *ff. de Reg. iur.* & de hac habes in *c. cum ad ſedem* 15. *de reſt. ſpol.*

## CAP. UNICUM.

*Explicantur Termini, & cum ipſis Regula.*

1. ACtor eſt hic, qui alterum ad iudicium provocat, & rem aliquam præſtandam petit ab alio, *l. in tribus ff. de iudicijs*. *Reus* non ſumitur ſtrictè pro criminoſo, & delinquente, ſed latè pro eo, qui citatur, & convenitur ab Actore, ut coram Iudice aliquas defenſiones proponat, *l. 1. ff. de edendo*.

2. *Partes* in hac Regula vocantur Actor, & Reus, quia ſunt veluti duo extrema conflantia unum totum, nempè unam cauſam : nam omnis cauſa legalis ex Actore, & Reo, tanquam ex extremis partibus conſtare debet.

3. Per iura autem intelliguntur Probationes allegatæ ab Accuſatore, & Reo : & tunc dicuntur obſcura, quando probationes contra Reum non ſunt certæ, ſed dubiæ : & tunc pro Reo magis, quam pro Actore iudicandum eſt. Item Actore non probante, dimittendus eſt reus: *l. 4. de edendo, cap. fin. §. de iureiurand. l. circa 15. de probat.* & ibi *Gloſſ.* & *Bartol.* Nam promptiora ſunt iura ad abſolvendum, quam ad condemnandum, ex *c. 3. verſic. 1. ſi ambarum de probat.*

4. Notandum eſt, pro clariori Regulæ captu, maiorem probabilitatem unius propoſitionis ſupra aliam ſibi contrariam poſſe conſiderari, vel circa iura, vel circa factum; tunc opinio dicitur ſecundum ius probabilior, quando interpretatio legum, aut ſtatutorum magis favet uni, quam alteri opinioni, & plures habet patronos pro ſe, de re hac loquentes. Probabi-

lior

lior autem circa factum tunc eſt, quando teſtes, & inſtrumenta melius factum ipſum ſuadent. Ex dictis, ſit

5. Fundamentum Primum. Maiori probabilitate poſita circa factum, tenetur Iudex in cauſis civilibus, ſententiam ferre iuxta probabiliorem opinionem. Ita *Bardus de conſcient. probab. diſcept. 4. cap. 27.* & *Merolla, Sayr. Salon. Valent. cum alijs apud ipſum.* Probatur, quia tenetur ferre Iudex ſententiam iuxta merita cauſæ: igitur in favorem illius partis, ubi maiora ſunt merita cauſæ. Sed tunc maiora ſunt merita ex parte unius, quando circa factum ſunt validiores probationes reſpectu eiuſdem; ergo Iudex reſpectu maioris probationis tenetur ſententiam ferre. Vide *ſummam Dian. Cotonij, v. iudex n. 4.*

6. Secundum Fundamentum. Quando probationes circa factum sũt æqualis, & ius æqué Actori faveat, ac reo, probabilius tenetur Iudex, ſi res diviſibilis eſt, eam dividere, aut ſi non ſit diviſibilis, partes componere. *Filliuc. tom. 2. tr. 21. c. 3. Dian. in ſum. cit. n. 4. Texeda, Bannes, Baſſæus apud Bardum cit. ſuprá.*

7. Ter-

7. Tertium Fundamentum. Quando in Civilibus eſt maior probabilitas ex parte Iuris, amplectenda eſt opinio, docens Iudicem teneri iudicare in favorem partis, pro qua ſtat illa maior probabilitas. Ratio eſt, quia Iudex ex officio, & fine, ad quem eligitur, tenetur iudicare ſecundum rectam rationem iuris: ergo ſi maiori probabilitate Iura favent uni, quam alteri parti, tenetur ſententiam ferre ſecundum maiorem probabilitatem Iuris huic, & non illi faventis. *Bardus cit. & alij cit. ibi*. Sententia tamen contraria eſt etiam probabilis apud *Sanchez*.

Conceditur tamen poſſe Iudicem iudicare iuxta ſententiam, quam voluerit, quando rationes, ſecundum iura ſunt æquales; niſi prævaleant rationes ex parte facti. *Franciſcus De-lugo part.*1. *decur. quæſt.*8.*n.*66 *Texeda, Sanchez, apud Bardum cit. n.* 51. Si tamen detur æqualis probabilitas ex parte Iuris, & ex parte facti, probabilius tenetur Iudex partes componere: quia ambæ æquale ius habent in rem controverſam: ergo, ut inter eos dividatur. *Merolla, Bannes, Laym. apud Bard. n.*22.

8. Quar-

8. Quartum Fundamentum. In criminalibus tam in probabilitate circa ius, quam circa factum Iudex ſequi poteſt opinionem probabilem in favorem rei, relicta probabiliori in favorem Actoris. *Bardus cit. c. 27. n. 5. Sayr. lib. 1. c. 11. n. 13. in ſum. Diana Coton.* Probatur ex *Reg. iur. 6. Quando partium iura non ſunt clara, ſed obſcura, declinandum eſt in favorem rei*: ſed ſi occurrant ex parte rei rationes probabiles, tunc rationes probabiliores ex parte Actoris, non ſunt luce meridiana clariores, ut dicitur in *l. ſciant cuncti C. de probat.* ſed remanent obſcuræ: ergo poterit Iudex iudicare in favorem rei. *Villalob. tom. 1. tr. 1. diſp. 15. n. 3. 4. Palaus tom. 1 diſp. 2. punct. 11. num. 4. & alij.*

9. Limitatur hæc Regula ex *Henrico Caniſio hic*, quando agitur de re favorabili, & pia; tunc enim magis Actori, quam Reo favendum eſt: ut ei, qui petit libertatem, *l. Titia 59. ff. de manu. teſtam. vel Dotem, l. in ambiguis ff. de reg. iur. vel legatum ex Teſtament. l. ſi pars 10. ff. de inoff. teſtam.* vel petit uxorem ſibi reſtitui, *c. penult. 33. q. 1. c. continebatur 6. de deſponſ. impub.* Adde his *c. fin. de ſent. & re iud.*

H Pro

Pro adæquata huius Regulæ notitia, ſit

10. Quintum, & ultimum Fundamentum. Qui eſt in poſſeſſione non poteſt aliter quam plena probatione privari (nempè plena probatione alterius iuris, proprii delicti, aut neceſſitatis publicæ) ut comprehendantur in hoc Fundamento cauſæ civiles, & criminales: quoniam etiam ob delicta, ob bonum publicum, & ob quaſdam obligationes homines bonis proprijs privantur, De cætero currit *Regula LXV. Beatus qui poſſidet*: & alia, *in dubio melior eſt conditio poſſidentis*. In pari cauſa igitur, & in dubio ſtandum eſt pro poſſeſſione ſuæ famæ, ſuæ opinionis, ſuæ libertatis; imò & ſuæ civilis innocentiæ: ergo per probationem dubiam non eſt quis privandus fama, & commoditate certa: unde in criminalibus, ſi Actor nihil probet, dimittendus eſt reus, *l. 4. C. de edendo, c. fin. de iureiur.* etiam ſi nihil præſtiterit, & nullum in re ius habeat, ſolaq; poſſeſſione ſe tueatur, *l. fin. C. de rei vind.* & ſi probatio utrimq; fuerit æqualis, etiam eſt dimittendus; non enim informatio ſemiplena ſufficit;

cit, ut aliquis à ſua pacifica poſſeſſione eijciatur.

In civilibus etiam ſtandum eſt poſſeſſioni, cui cedit omnis probatio, quæ plena non eſt. *Caram.tom.1.Theolog.fund. pag.315.num.*501. Patet igitur ſenſus Regulæ clamantis. *Cum ſunt partium iura obſcura, Reo favendum eſt potius, quam Actori.*

## REGULA XII.

### In Iudiciis non eſt acceptio Perſonarum habenda.

Hæc Regula videtur traducta ex *c. Novit 13. poſt medium, de iudic.* ex *c. Statutum 11. §. inſuper, cum §. ſeq. de reſcript. l. 6.* ex *c. 1. de ſentent. & re iud. in 6.*

### CAPUT UNICUM.

*Brevis Regulæ explicatio.*

1. Acceptio Perſonarum ſecundum *D.Thom.2.2.q.63.* & *Alex.Alenſ.22.tr.de eod.* ſic à *Sylveſt.*

diffinitur *v. Acceptio perſon.* Acceptio Perſonarum eſt vitium, quo id, quod ex iuſtitiæ debito eſt uni Perſonæ conferendum, exibetur alteri, non propter meritum eius ad ipſam rem, quæ confertur, ſed propter conditionem Perſonæ non congruentem ad ipſam rem.

2. Ex hac diffinitione ſatis habetur hoc vitium Acceptionis Perſonarum dari ſolum in Iudiciis, hoc eſt, ſecundum *Ioann. Caram. tom. 1. Theolog. Fundam. fundam. 42. pag. 376 n.* 1080. in materia iuſtitiæ, quando examinantur qualitates neceſſariæ alicuius ſecundum iuſtitiam in ordine ad id, de quo agitur; non autem in Actibus, in quibus non iudicatur ſecundum qualitates, quia fit diſtributio ſecundum voluntarium, non ſecundum leges iuſtitiæ, v. g. quando quis ad proprium libitum bona ſua diſtribuit, & tunc non datur acceptio Perſonarum: nam in materia gratiæ ſtat pro ratione voluntas.

3. Regula iſta contra Iudices clamat, ne in adminiſtranda iuſtitia, Perſonarum, quibus ius dicunt, rationem habeant, ſed depoſito amore, odio, &

quo-

quolibet humano affectu, v.g. affinitatis, benevolentiæ &c. cauſam ex æquo cognoſcant, *c.1. de ſent. & re iudic.* Quicumque (ait *D. Hieronymus*) aut conſanguinitate, aut amicitia: & è contrario, hoſtili odio, vel inimicitiis, in iudicando ducitur, pervertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. *Textus eſt in c.79. quicumque 11.q.3.*

4. Non ſemper tamen diſtinctio, & Acceptio Perſonarum eſt vitium, neq; quis Acceptator Perſonarum dicitur, qui Perſonas diſtinguit; ſed qui ratione qualitatum, quæ iuxta leges nihil faciunt ad rem, & hoc in materia Iuſtitię. Lex enim in quibuſdam caſibus Perſonas diſtinguit, ita Iudices cum lege eas diſtinguentes, Acceptatores Perſonarum non ſunt, neque diſtinctio iniquà. Ius enim vult *minores 25. annis* ſuis contractibus, ſine auctoritate tutoris, vel curatoris initis, non teneri, *tit. Inſtit. de auctor. tut. in princ. l. 3. C. de integ. reſt.* imò ſi curatoris, aut tutoris auctoritate ſint læſi, reſtituendos pronunciat, *d. l.3. & toto tit. ff. de minor.* ſic etiam admittit exceptiones in filiofamilias, qui nu-

meratam pecuniam mutuatam accepit, *tit. ff. & C. ad S. C. Macedon.* Item in Muliere admittit exceptionem *S. C. Velleiani*, quæ pro alio interceſſit. *Tit. ff. & C. ad S. C. Velleian.* Aliiſque Perſonis iuſtis de cauſis ſuccurrit.

In criminalibus etiam Iura Perſonas diſtinguunt: aliter enim punitur ſervus, aliter famulus, aliter filius, aliter liber, *l. aut facta 16. §. Perſona ff. de pœn.* & furioſis pęna remittitur, non tamen ebriis, & iis, qui ſanæ ſunt mentis, *l. divus 14. ff. de off. præſid.* nam libera, & voluntaria eſt ebrietas, & delirium eſt morbus, ab humano arbitrio independens. Vide *Tiraquell. tract. de pœnis.*

5. Patet igitur, Acceptionem Perſonarum eſſe, earum diſtinctionem non quamcumq; ſed illegitimam; eam nimirum, quæ non fit lege publica, ſed affectu privato in materia Iuſtitiæ: unde ad hanc acceptionem duæ aſſignantur conditiones, quarum una deficiente, ceſſat acceptio Perſonarum. Prima eſt, ut ſit debitum conferendi; Secunda, ut ex parte Perſonæ, cui fit collatio, ſpectentur qualitates illæ, quæ faciunt ad dignitatem

tem Perſonæ in ordine ad rem conferendam. His dictis ſit

6. Fundamentum generale. Acceptionem Perſonarum committit, qui reiecta perſona, quæ ſecundum Iura debet favorem ſentire, ob privatas rationes aliis favet in materia Iuſtitiæ. Aſſertum patet ex Diffinitione Acceptionis, & ex iuribus ſupracitatis. Ex hoc Fundamento.

7. Reſolves Primò, Acceptionem Perſonarum in re gravi, & notabili eſſe peccatum mortale; quia in re notabili omne, quod eſt contra iuſtitiam eſt peccatum mortale. *Sylveſt. v. Accept Perſon. n. 1. communis.*

8. Acceptioneṁ Perſonarum committi, quando in diſtributione communium bonorū Civitatis, Regni &c. ut ſunt dignitates, officia, &c. minus digni præferuntur dignioribus, vel dignis indigni, ratione amicitiæ, vel conſanguinitatis &c.

9. Item in Beneficiis Eccleſiaſticis, ſi minus digni, vel indigni præferantur dignis, & dignioribus, ob privatas rationes; qui autem dicantur meliores; vel digniores, vide *Sylveſt. v. Accept. Perſona, n. 2.*

14. Item in Iudiciis committi peccatum Acceptionis Perſonarum, quando à Iudice Reus, aut Actor in iure præfertur, quia Potens, aut dives, aut Amicus eſt: In omnibus igitur his caſibus peccatum Acceptionis patratur; ex quo non ſolum mors Animæ inſurgit, ſed & reſtitutionis onus; pro quanto ruit Communitatis bonum; dignis, & dignioribus ius tollitur, & violatur ad beneficia ſibi debita; & Reo, vel Actori iuſtitia ſibi æqualiter adminiſtranda; atque Reipublicæ debetur reſtitutio pro damnis inde ſequutis. Vide *ſum. Caiet. v. Acceptio Perſon. Sot. de iuſt. & iur. l. 3. q. 6. a. 3. Leſſ. de iuſt. l. 2. c. 32. dub. 3. Navarr. man. c. 25. Sylv. cit. Stephan Bann. par. 3. l. 3. q.* 21. & ſic Regula Iudices admonet atque Prælatos: *In iudicijs non eſſe Acceptionem Perſonarum habendam.*

R E-

# REGULA XIII.

## Ignorantia facti non iuris excuſat.

*Ex l. genero. ff. de his qui not. infam. l.* 1. *ff. de iuris, & fact. igno. l. generali C. de tabelli. lib.* 10.

### CAP. I.

#### *Explicatur ſenſus Regulæ.*

1. HIc ex *D. Thom. p.2. q.36. ar.*1. Ignorantia ſumitur pro privatione ſcientiæ de eo, quod quiſque pro ſuo ſtatu poteſt, & debet habere : quæque duplex eſt iuris, & facti. Et utraque vincibilis, & invincibilis. Vincibilis, quæ etiam dicitur conſequens, eſt craſſa, affectata, aut ſupina, & hæc non excuſat à peccato; quia illa ignorantia eſt volita, & dicitur conſequens; ergo ſi fuit formaliter , vel implicitè volita fuit etiam volitum peccatum ex illa conſequens.

Ignorantia Antecedens, quæ etiam dicitur invincibilis, tam iuris, quam facti excuſat omnino à peccato, ex *Scoto 4. ſent. diſt. 30. q. 1. & com.* Quia talis ignorantia reddit actum omnino involuntarium; ergo non peccaminoſum.

Ignorantia tandem comitans, ſi eſt invincibilis, excuſat à peccato; ſecus ſi ſit vincibilis; quia eſt aliquo modo volita, & conſequenter peccaminoſa. Vide *Regul. 4. c. 5. Fundam. 6. a numer. 47. ad 48.* ubi hæc ſpecies ignorantiæ latius explicantur, & exemplificantur. His poſitis.

2. Senſus Regulæ eſt, ignorantia facti, ideſt alieni, non iuris excuſat; Ratio deducitur ex impoſſibilitate; nam facta aliena infinita ſunt; ergo ſcientia omnium horum eſt impoſſibilis, & eorum ignorantia invincibilis excuſat, & invincibilis præſumitur, quamdiu non probetur: Ignorantia tamen facti proprii, & iuris in foro externo non excuſat, quia præſumitur vincibilis, cum homo teneatur ſcire legem, quæ finita eſt, ac ſufficienter promulgata, & quæ ad proprium ſpectant officium, & cum multa ſcitu ſint ne-

neceſſaria, eaq; ſunt ignota, à viris doctis eorum cognitio eſt requirenda.

Non excuſaret tamen ignorantia facti alieni, ſi ipſe ſolus ignoraret, quod omnes ſcirent in vicinia, vel civitate, *l. penult. §. ſed facti, ff. de iur. & fact. ignor.* nam ignorantia præſumeretur vincibilis craſſa, aut ſupina, ideo inexcuſabilis.

3. Excuſat ignorantia facti proprii ubi agitur de damno vitando reſpectu unius non autem de lucro captando, reſpectu alterius; veluti in conditione indebiti, *l. ſed & ſi me 22. & paſſim, ff. de condict. indeb.* v. g. ſi quis per errorem indebitam pecuniam ſolvit alicui credens ei teneri, cum non teneatur; vel cum à Procuratore ſuo ſoluta eſſet ipſo ignorante; in tali caſu excuſat ignorantia facti proprij, & ignorantia iuris, quia agitur de damno vitando, *ut l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignor.*

Item excuſat ignorantia facti proprii, quando factum proprium antiquum eſt, cuius memoriam non ita facilè repetimus, *l. peregrè 44. ff. de adq. vel am. poſſ.*

Sic excuſat ignorantia facti proprii,

& Iuris ideſt non nocet ad evitandum damnum, ſed acquirendum, & ideo in exemplis ſuprapoſitis, ſoluti repetitio conceditur. *Tit. ff. & C. de condict. indeb. 5.*

4. Ex hac doctrina infertur cum *Caniſio in hac Regul.* condici, ideſt peti poſſe in iudicio relicta fideicommiſſa vel legata in non ſolemni Teſtamento, vel codicillis non ritè ordinatis, & ea per iuris ignorantiam ab hærede ſoluta; nam ibi agitur de damno vitando. Per *text. in l. ſi veritas 23. C. de fideicommiſſ. & in l. non dubium 16. C. de teſtam.* Vide *Bartol.* ad locum *quis* 10. *C. de iur. & fact. ignor.* ubi *alij* aliter ſentiunt.

Excipiuntur tamen legata, & fideicommiſſa relicta Eccleſijs, & locis piis, vel ubi agitur de reſtitutione damni ex lege Aquilia, ideſt de damno alicui culpa ſua illato; nam in his caſibus, indebitum per errorem ſolutum non repetitur *l. 4. C de condit. indeb. l 4. C. de lege Aquil.* & hæc de Foro Civili externo.

CAP.

## CAP. II.

*Explicantur ea, de quibus poteſt, & non poteſt dari ignorantia invincibilis: tam in foro externo, quam in foro interno Conſcientiæ.*

5. FVndamentum Primum. De his, quæ ſunt iuris humani poſitivi poteſt dari Iuris ignorantia invincibilis: quia non omnes tenentur ſcire, nec poſſunt ſcire ius poſitivum, quod non deducitur ex univerſaliſſimis principiis, ſed eſt tantum dependens à voluntate humana.

6. Secundum Fundamentum. Talis ignorantia Iuris non datur, neque præſumitur circa ea, quæ ordinaria ſolemnitate ſunt promulgata: nam ſcientia legis promulgatæ eſt in poſſeſſione, unde pro ea præſumitur, niſi ignorantia probetur, *l. iuris ignorantiam C. qui admittit*, *l. ſanctiſſimus C. de leg.* & hæc de foro externo.

7. Hæc doctrina fallit in Perſonis privilegiatis, ut in Ruſticis, Milite,

lite, Muliere, & Minore, quia illi magis arma, quam leges tractant, *l. fin. C. de iur. delib.* hi verò propter imbecillitatem iudicii, *l. quamvis 21. C. de iur. & fact. ignor.* Fallit etiam inter abſentes, quia etſi debeant, non potuerunt ſcire. Fallit in iure ſatis obſcuro. *Ludov. Beia, in reſp. Caſ. conſcient. caſ. 22.* Fallit in materia favorabili, & privilegiata, ut eſt Matrimonium. *Navar. in man. c. 16. n. 42.* Unde maritus, qui fuit Patrinus filii ſui errore, aut ignorantia iuris, non perdit ius petendi debitum ab uxore, nec inter eos oritur cognatio ſpiritualis: nam Matrimonium eſt favorabile. Talis ignorantia nihilominus impediret, & dirimeret Matrimonium inter Amaſium, & eius Amicam, ſi filium ex ea natum baptizaret: nam tunc inſurgeret impedimentum compaternitatis, & affinitatis, quæ ante matrimonium nata, non obſtante quacumque ignorantia, illud impedit, & dirimit, idem *Nav. d. c. n. 34. Thomas de Thom. in hac Reg.*

8. Tertium Fundamentum. Ignorantia facti proprij non excuſat, niſi ſit facti antiqui: quia unuſquiſque præſumi-

mitur ſcire actiones proprias. *Caram. Theol. fund. tom. 1. pag. 345.* Excuſat tamen ignorantia facti alieni, ſi nec ſolemniter promulgati, vel omnibus noti: nam præſumitur ignorantia invincibilis, ut dictum eſt *n. 2. c. 1. huius Reg.*

*9.* Quartum Fundamentum. Poteſt dari ignorantia invincibilis eorum, quæ ſunt iuris divini poſitivi tam credibilium, quam agibilium: nam dantur multi infideles, ad quos Fides divina nunquam pervenit: ignorantia enim non eſt vincibilis, ubi deficit ſciendi potentia. *Malet in hac* Reg.

10. Quintum Fundam. Non datur ignorantia invincibilis inter Fideles de contentis in Symbolo, & Decalogo circa credenda, & agenda. Ex *Sco. relato á Vulpes*, & á *Maſtrio in Theolog. moral. diſp. 15. de peccatis, q. 6. art. 2.* 104. Quia iſti tenentur ſcire, niſi impotentia, vel inadvertentia eos excuſent, ut Rudes, Paſtores, & ſimiles.

11. Sextum Fundamentum, & Regula generalis. Circa ea, quæ homo debet, & poteſt ſcire naturaliter, non datur ignorantia invincibilis excuſans neque in foro externo, neque interno. Ex hoc Fundamento.

12. Re-

12. Reſolves non dari ignorantiam invincibilem circa prima principia naturalia, quæ ſtrictè ſunt de lege naturæ, neque circa concluſiones, quæ neceſſariò deducuntur ex illis, ut ſunt hæc, Bonum eſt faciendum, malum fugiendum, Nemini damnum dandum, quia ſunt per ſe nota, & Regulæ humanarum actionum unicuique naturaliter inſitæ. *Sco. 3. d. 37. quæſt. un. §. Ad Quæſtionem*, ex *D. Auguſt. lib. 2. de lib. Arbitr. cap.* 10. Nam iuris clari, cuique noti, non datur ignorantia invincibilis.

13. Dari poſſe ignorantiam invincibilem circa ea, quæ non ſunt ſtrictè de lege naturæ, ſed aliquo modo deducuntur ex ea: Patet, quia multi, ut Caſſianus, licitum putaverunt mendacium pro vita hominis ſalvanda &c. Item in materia Mercaturæ aliqui contractus, qui latè ius naturale reſpiciunt, controvertuntur à Theologis an ſint, nec ne liciti. Ratio eſt, quia lex naturalis ſervanda in ſimilibus caſibus redditur obſcura ratione circunſtantiarum; & in iure obſcuro poteſt dari ignoran-

rantia invincibilis. *Gloſſa in c.1. de poſtulat. lib. 6. Mendus in Epit. v. ignor. num.* 13.

Sed dubitatur, *An ignorantia ſive iuris, ſive facti, ſive vincibilis, ſive invincibilis excuſet ab incurſione pœnæ, & Cenſurarum?*

℞. Affirmativé, & ſit

14. Fundamentum, & Regula generalis, Ignorantia invincibilis, ſive Iuris, ſive facti excuſat ab incurſione Excommunicationis, Suſpenſionis, Interdicti, & Irregularitatis ex delicto, & cuiuſcumque pęnæ extraordinariæ, ideſt dependentis á libera voluntate legislatoris. *Caſtropal. t.1. tr.2. d.*1. *p.*17. *à n.*5. *cit. á Tamb. in explic. Decalogi lib.* 1. *c.*2. §. 10. *cum Suar. Sanch. Bonac. Coninch.*

Ratio eſt quo ad cenſuras, quia ad incurſum requiritur contumacia, quæ non eſt in ignorante: Quò ad alias pęnas extraordinarias; patet, quia ad has incurrendas requiritur conſenſus delinquentis, ſaltem implicitus, quibus ſubiacere debet, ni obediat: ſed ignorans non conſentit in pœnas: ergo eas non incurrit. V. *Regin. praxim. tom.*1. *l.*13. *q.*2. *c.*26.

Se-

Secus dicendum de pœna ordinaria, ſeu ex ſua natura impoſita delicto, quia volens ſcienter peccatum, tacitè conſentit in pęnam ordinariam, & naturaliter ſibi connexam: ut pęna Inferni.

15. Aliud Fundamentum. Si pęna lata ſit his verbis: Qui ſcienter, temerè, audacter, malitiosè, & conſultò id fecerit, hanc pœnam incurrat, ex *communi apud Tamb. cit. nu* 14. excuſat à pęna ignorantia vincibilis craſſa, ſupina, atque affectata, dummodo non ſit temeraria; & quaſi ſcientia. Quia præſumptio, ſcientia, temeritas &c. omnem ſcientiam excludunt.

In pęnis verò extraordinariis excuſat ignorantia invincibilis, leviter culpabilis, non autem craſſa, affectata: contra nonnullos: quia ſic ignorans, videtur cum dolo operari: ergo ſi cum dolo operatus ſit, non eſt ratio cur à pęna ſit liberandus: quia dolosè peccando, in pęnam conſenſiſſe dicendus eſt: dolus enim nemini ſuffragari debet. *Tamb. cit. num.* 15. Ratio quare ignorantia pęnæ leviter invincibilis excuſat à pęna, eſt: quia ex levi culpa gravem pęnam quis non

me-

meretur. Idem *numerò* 17.

16. Sed, ut clarius doctrina ſupradicta de ignorantia pœnæ, intelligatur: Notandum eſt ex *Tambur. loco cit. nu.* 18. Pęnam extraordinariam ex *communi DD.* eſſe eam, quæ excedit, ſeu maior eſt delicto, & tranſcendens delicti gravitatem: ita *Laym.* Rodrig. *Sanch. Merola t.* 1. *d.* 1. *c.* 2. *dub.* 3. *nu.* 76. 77. Ordinariam verò eſſe illam, quæ commenſuratur delicto, neque illo eſt gravior: Aſſerunt ergo Doctores communiter ignorantiam pęnæ extraordinariæ, ideſt maioris delicto, excuſare á pęna: Non autem ignorantiam pęnæ ordinariæ, ideſt æqualis, & commenſuratæ delicto:

17. Hęc tamen explicatio *Tamburino* non placet: quia vix poſſet reperiri pęna extraordinaria in ſenſu expoſito: nam ſemper præſumitur pro iuſtitia Legislatoris, & pro commenſurata, & adæquata pœna delicto: ergo vix ullus excuſabitur ab incurſu in pęnam per ignorantiam in præceptis poſitivis: nam ex præſumptione pœna ſemper erit ordinaria.

Item ex tali doctrina, ſi pro Adulterio pęna fuiſſet impoſita minor delicto,

cto, v. g. Ieiunium unius diei. Pro Adulterio adulterans cnm ignorantia invincibili, aut leviter vincibili talis pœnæ, non excuſaretur à pœna: & tamen pœna non eſſet exorbitans, imò delicto minor; quomodo ergo ligabitur pęna, ſi nullo modo conſentit in pœnam?

16. Placet mihi opinio Tamburini aſſerentis pœnam extraordinariam eſſe eam, quæ ad placitum legislatoris delicto imponitur, & hanc non incurritur, niſi expreſsè ſciatur; nam ignorans, non conſentit in illam. Ordinariam verò, quæ ex ſe, & ex natura ſua delicto hæret, & naturalis etiam vocatur, quia naturaliter pœna delicto copulatur; ſicut eſt pęna Inferni, & cæteræ pœnæ ex natura ſua annexæ delictis: omnis igitur peccans, ignorans hanc pęnam ordinariam, meretur ipſam, neque excuſatur: quia ſtatim ac quis peccat, interpretativè conſentit in pœnam, quam lumine naturali ſcit ex ſua natura illi peccato annexam; non verò conſentit in illam, quæ ad libitum legislatoris eſt peccato decreta. *Tamb. l. cit. n. 13.*

Ex

Ex ſupradictis Fundamentis, & doctrina aſſignata.

19. Reſolves Primò. Iudicem non poſſe damnare Reum ad pęnam, quam ignoravit; ſed damnet eum ad arbitrariam iuxta qualitatem intrinſecam delicti, ex *Navar. in ſumm. c. 23. numer. 47. apud Caſtrop. t. 1. tr. 2. d. 1. p. 17. n. 7.* Nam hæc ignorantia excuſat etiam in foro externo, probata iuramento; quia nemo pręſumitur ſuæ ſalutis oblitus. *Summ. Dian v. ignor. n. 10.*

20. Excommunicationem, Suſpenſionem, Interdictum, Irregularitatem, quæ ſit pura pęna, ut ex delicto, Annullationes actuum, quando non ſunt ex defectu ſolemnitatis, ſed in pęnam delinquentis, non incurri ex ignorantia invincibili, ex *Caſtrop. cit. Meroll. t. 2. d. 1. c. 2. dub. 3. apud Tamb. cit. nu.* 21. Imò neq; per ignorãtiam craſſam, ſupinam, & affectatam, ſi duæ pęnæ fulminentur contra pręſumentes, conſultò operãtes &c. ut dictum eſt *c. 2. n. 13. huius Regulæ.*

21. Coniugem inceſtuoſum, qui carnaliter cognovit conſanguineam in primo, vel ſecundo gradu ſuæ Coniugis, vel baptizantem ſine neceſſitate filium ſuæ Vxoris ex ignorantia

in-

invincibili etiam craſſa &c. non incurrere pœnam privationis iuris petendi debitum; quia à ſacris Canonibus talis pœna fulminatur contra ſcientes &c. Vide *Dian.p.3.tr.5.reſol.13.& p.5. tr.9.reſol.17. & p.3.tr.6.reſol.7. Bonac. de Cenſur.diſp.4.*

22. Non teneri voventem ad pęnam, v.g. ieiunandi, ſi fornicetur, quando ex oblivione, & inadvertentia invincibili ad pœnam voti, contra votum deliquit; nam oblivio, & inadvertentia ignorantiæ æquiparantur. *Sanch.in ſumm.t.1.l.4.c.22.n.*18. *Diana p.3.tr.5.reſol.41.*

Sed quid dicendum de caſuum reſervatione?

23. Si Reſervatio non ſit pœna, ut vult communis opinio, ſed reſtrictio iuriſdictionis in confeſſario; ignorantia reſervationis non excuſat ab incurſu.

Si verò ſit pęna, ignorantia reſervationis excuſat, talis opinionis eſt *Quintanadvenas ſing.tract.ſing.*11. Vide *Diana p.*10. *tr.*14. *reſol.63. Navar.Graff.Ioſeph.à Ianuario. Dian.p.6.tr.6.reſol.40. apud Gobat.t.1.tr.7.n.360.caſ.8.*

Satis ergo noſcitur quid operetur igno-

ignorantia circa factum alienum, & proprium, circa legem, ſeu ius, & circa iuris pœnas, ex ſupradictis erutis à Regula: *Ignorantia facti, non iuris excuſat*.

## REGULA XIV.

### Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

*Ex l. qui in alterius ff. hoc titulo.*

## CAPUT UNICUM.

1. IGnorantia invincibilis facti proprii aliquando excuſat ex Regula præcedente; excuſabit à fortiori ignorantia illius, qui in ius, locum, ſeu hæreditatem ſuccedit, nam & hoc factum alienum eſt; & præſumitur ignorantia, quamdiu contrarium probetur.

2. Pono Argumentum à pacifica poſſeſſione, & probo aſſertum Regulæ. Petrus, v.g. in cuius locum, aut hæreditatem ſuccedit hæres, eſt in paci-

cifica poſſeſſione ſui honoris, Prudentiæ, & bonitatis; igitur pro iſta præſumendum eſt; ergo hæres pro honore ſui Prædeceſſoris Petri poteſt ſtare: & per conſequens, niſi contrarium probetur, iuſtam ignorantiæ cauſam geſtorum à Petro, cenſetur habere. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolves; Hæredem invincibiliter ignorare, An Teſtator bona legitimè fuerit lucratus, neque adſtringi contrarium tenere, niſi aliud probetur.

Item legitimè excuſari ex ignorantia invincibili, ſi in bonis ſuccedit, ab eo iniuſtè acquiſitis.

4. Item non poſſe hæredem cogi iuramento de facto defuncti; nam iuſtam habet ignorantiæ cauſam, *l. Marcellus 11. §. 1. ff. rerum amota, l. videamus 4. in princ. ff. de in litem iurando*: ſi tamen ſit hæres ab inteſtato, quia non vidit teſtamentum;

5. Poſſe tamen examinari hęredem in iudicio, non ut hæres eſt, ſed ut teſtis, qui vidit, aut audivit; & tunc non de facto alieno tantum, quantum de proprio deponit: *l. fin. C. de fideicomiſſ.* quod non ſpectat ad præſentem

Re-

Regulam. *Henricus Caniſius in hac Reg.*

*6.* Non excuſari prætextu ignorantiæ Filium, ſi ex coniecturis præſumatnr ſciviſſe Teſtamentum Patris.

7. Neque Hæredem extraneum, quia præſumitur vidiſſe Teſtamentum, ſine quo hæres eſſe non poterat: & quamvis excuſet ignorantia facti alieni, non excuſat tamen quando ſucceſſor tenetur ſcire; Vel dicendum puto cum *Barboſa in explicat. huius Regulæ n.5.* Tunc in ſucceſſore præſumi invincibilem ignorantiam facti prædeceſſoris, quando agitur de damno vitando, non verò de lucro captando; quia tunc ſcientia præſumitur in foro externo. *Bard. in hac Regula*, quæ admiſſis ſupradictis gloſſis, ſemper, & verè inſinuat: *Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.*

# REGULA XV.

## Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.

*Ex lege cum quidem, ff. de liberis, & poſthumis,* &c. *Renovante 22.d.c.tua de Decimis.*

## CAP. UNICUM.

*Ponuntur Fundamenta, & Regulæ generales pro ſolutione Caſuum in hac materia occurrentium.*

1. PVgnant inter ſe odia, & favores, & ideo, ſi odia, ſeu ſtatuta, & leges pœnales ſunt reſtringendæ, ſeu ſtrictè interpretandæ; favores è contra, ſeu leges favorabiles, gratiæ, ſeu Privilegia, amplianda ſunt, latè videlicet interpretanda pro illo, cui conceduntur, & quia in *Regula* 7. de hac materia abundè dictum eſt, ſupereſt, vt ea, quæ ad præſentem Regulam intimè

mé ſpectant, breviter percurramus.

2. Duplex igitur reperitur in Verbis proprietas, Naturalis una, & eſt illa, quæ à primæva ſui inſtitutione talem habet ſignificationem, ut Mors, quæ importat ſolutionem Animæ à corpore. Civilis altera, quæ ultra ſuum ſignificatum naturale, aliquid aliud ſignificat ex iuris fictione, vel ex uſu loquendi, ut Pater dicitur filio orbatus, quando eſt inutilis, vel quando civiliter moritur, profitendo in Religione; quamvis naturaliter dicatur Pater orbatus filio, quando iſte moritur.

3. Lex humana odioſa explicanda eſt ſolum ſecundum ſuam ſignificationem naturalem: Favorabilis ſecundum utramq; *Eman. Sá v. interpret. n. 1. tr. 3.* ut lex loquens de filiis loquitur etiam de Adoptivis; ſecus ſi ſit odioſa.

4. In dubiis, & in odioſis etiam ſit aliquando extenſio, iudicando potius quod Actus valeat, ne pereat, in ſavorem actus, *c. Abbate de verb. ſignif. l. quoties, ff. de rebus dubijs.*

Lex dicitur ſavorabilis reſpectu unius, & odioſa reſpectu alterius, magis, & minus, ſecundum quod magis,

& minus prævalent qualitates favorabiles, aut odioſæ, quando favor, & odium reperiuntur in eadem diſpoſitione inſeparabiliter; quando verò diſtingui non poſſunt favor, & odium, ſi finis principalis eſt favorabilis, dicetur favorabilis; & ſi odioſus, lex erit odioſa. *Mal. in Reg. 15. n. 3.* His poſitis, ſit

5. Fundamentum Primum. Lex humana odioſa explicanda eſt ſolum ſecundum ſignificationem naturalem. *Bonac. tract. de leg. diſput. 1. q. 1. p. 8. num. 8.* Lex humana favorabilis extendenda eſt ad utramque ſignificationem naturalem, & civilem. *Eman. Sá v. interpret. n. 1. & 3. & omnes communiter*.

6. Secundum Fundamentum. In legibus pęnalibus non fit extenſio de caſu ad caſum non expreſſum in lege propter paritatem rationis, imò nec ſi in hoc vigeat maior ratio. Ita *Portel. add. ad dub. Regul. v. lex n. 13. Malet. in Reg. iu. 13. Bardus hic.* Ex hoc Fundamento.

7. Reſolves Primò. Clericum abutentem fęmina, aut beſtialitatem committentem, non incurrere pœnas *Pij V.* contra Clericos Sodomitas, quia

quia non eſt propriè Sodomia: igitur ad hanc non extenditur lex odioſa Pontificia, quamvis vigeat maior ratio gravioris delicti, ſed reſtringitur ad propriam Sodomiam. *Barboſam Collect. tom.2. l.5. tit.31. c.4. n.10.*

8. Fœminam ſæcularem nubentem Religioſo profeſſo non incurrere excommunicationem latam in *Clem. unic. de conſangu. & affin:* contra Moniales profeſſas nubentes, & illas ducentes in Vxores, & Profeſſos matrimonium ineuntes.

9. Cogentes viros Religionem ingredi, non incurrere excommunicationem *Tridentini ſeſſ.25. contra cogentes fœminas ingredi Monaſteria.*

10. Religioſum miniſtrantem Baptiſmum, & Pęnitentiam ſine licentia Parochi, non incurrere pœnas *Clem.1. de Privilegijs*, latas contra Religioſos miniſtrantes Euchariſtiam, Matrimonium, & extremam Vnctionem. Ita *Gloſſa in Clem.1. de Privil.*

11. Conſtitutionem, qua punitur Religioſus fraudans decimas Eccleſiæ, non extendi ad Clericos ſæculares idem facientes. Ita *Gloſſa in Clem.1. de Decimis.*

12. Excommunicationem *Gregorij XIII.* contra ingredientes in Monaſteria Monialium prætextu litterarum, ſeu licentiarum, non incurrere impedientes ſine prætextu licentiæ. Quamvis *Pius V. apud Mendum*, motu proprio, qui incipit Romanum Pontificem, edito *anno* 1570. declarat, excommunicari non ſolum fęminas prę-ſumentes ingredi prætextu alicuius Privilegii, ſed quaſcumque.

13. Legem imponentem pęnam privationis Vocis, intelligi de activa tantum, non de paſſiva; nam illa eſt propriè Vox. *Palaus tom.2. tr.13. diſput.6.p.6.n.15.contra Leſſium.*

*14.* Prohibitionem *capit. Ad hæc de Iudæis*, factam Chriſtianis, famulari, & nutrire Iudæos, non extendi ad Saracenos, & Paganos. *Hurtad.in 22. diſp.76. ſect.3. n.81.* contra *Suarez de fide*.

*15.* Legem, quæ poteſt interpretari de obligatione veniali, non eſſe extendendam ad mortalem. Idem dic de pęnis, excepta Excommunicatione, quæ abſolutè poſita, de maiori intelligitur. *Azor.tom.1.l.2 c.11.Laym.*

*16.* Ratio ſecundi Fundamenti ſu-

pra-

præpoſiti, quare in pęnalibus non fiat extenſio ultra crimen, propter quód imponitur, aut Perſonam cui imponitur: omnino extra caſum in ea expreſſum: etiam ſi in aliis caſibus eadem, imò maior, quæ in illo, inveniretur ratio: aſſignatur ab *Alphonſo de Caſtro lib.priore c.7. apud Reginald. to.1. in praxi lib.13.c.25.ſect.1.n.262.* & eſt, quia lex moralis pendet ex fine in cuius gratiam fertur: ideo valet argumentum à paritate rationis: lex autem pęnalis pendet præcipuè ex voluntate legislatoris, & quamvis recta ratio dictet crimina eſſe punienda: non convincit tamen tale, vel tale crimen hoc, vel illo modo eſſe puniendum: ideo in pœnalibus non fit extenſio de caſu ad caſuum, & *ex Sylv. v. lex q.19.* ſi lex duos admittat ſenſus, eligendus eſt benignior, iuxta *Reg.49. iuris in 6. in pœnis benignior eſt interpretatio facienda*, & ex *Gloſſa*, ſi pęna indifferenter ponatur, de temporali eſt intelligenda, non de perpetua, quamvis de utraque poſſit eſſe ſenſus indifferens.

Pro clariori tandem huius materiæ Notitia ſit.

Prima Regula generalis. Vbi lex clarè loquitur, non eſt eius verbis vis facienda, ut benignior ſenſus inde trahatur. Si lex generaliter, & indiſtinctè procedat, non eſt reſtringenda ad ſenſum particularem, ſub prætextu interpretationis benignioris, niſi in duobus caſibus. Primus eſt, quando eſſet alia lex particularis, quæ talem faceret reſtrictionem, nam ex *Reg.34.iur. in 6. Generi per ſpeciem derogatur*; igitur legi generali, & indiſtinctæ fit reſtrictio per legem particularem v. g. Epiſcopi, & cęteri Pręlati ſuperiores ex *c. Quia periculoſum de ſent. excomm. in 6.* nunquam incurrunt in ſententiam excomm. ſuſpenſionis, & interdicti, in qua de ipſis non fit mentio: igitur per tale ſtatutum lex imponens generaliter omnibus ſuſpenſionem, excom. &c. interpretanda eſt non generaliter, ſed cum reſtrictione, ut in ea non comprehendantur Epiſcopi, & alii Prælati ſuperiores; quia lex particularis capituli citati reſtringit in tali caſu quamcumque generalem.

18. Secundus Caſus eſt. Si ex illa indiſtincta generalitate aliquod abſurdum ſequatur, v.g. ex *c Eccleſijs, de conſecr.*

*ſecr. d. 1 & in c. ſi Eccleſia, de conſecr. Eccleſia, & Altaris*, habetur Eccleſiam pollui per quodcumq; ſemen emiſſum, ut evitetur abſurdum, reſtringitur talis locutio generalis de ſemine cum peccato emiſſo, & cum Eccleſiæ irreverentia; aliàs abſurdum eſſet hoc aſſerere de involuntario, & non peccaminoſo.

19. Secunda Regula generalis: Quia lex pęnalis, ut ſupra dictum eſt *n. 16.* pendet principaliter ex voluntate legislatoris, non concluditur in caſu particulari incurri certam pęnam, quam incurritur in alio ex eadem, imò ex maiori ratione; & hoc voluntate legislatoris, quæ ſi non conſtet, non eſt ad alium caſum extendenda. Neque valet Argumentum à ſimili, v. g. Bis baptizatus eſt irregularis. Ergo & bis confirmatus; nam in primo ponitur irregularitas in iure, non autem in ſecundo. Neque valet Argumentum á maiori: v. g. Excommunicatur legens librum hæretici: Ergo à fortiori audiens eius concionem; quamvis ſit periculoſius. Item Sacerdos excommunicatur audiendo ius civile ex *capit. fin. Ne Clerici, vel Monachi*: ergo & illud docendo; nego conſe-

quentias illatas ; quia pęnæ ſupradictæ pendent ex voluntate hominum ; igitur non debent extendi extra ſuos caſus.

20. Tertia Regula generalis : In lege pęnali non admittitur interpretatio, quæ ſit contraria verbis ipſius legis, & in propria ſignificatione eadem verba ſunt accipienda, v. g. Hæreticus propriè non dicitur, qui reſipuit ab hæreſi, ſed qui actu manet in hæreſi ; igitur irregularitas, quæ fertur in filios hæreticorum non extenditur ad filios, quorum Parentes ante mortem converſi ſunt. Neque excommunicantur excommunicatione contra fautores hæreticorum lata ij, qui eos, non tanquam hæreticos, ſed ut Amicos, aut ſanguine iunctos recipiunt, ſine ullo fidei præiudicio. In Perſonis, quibus pœna imponitur, attendendum eſt, ut cum lex loquatur de facientibus, non extenditur ad conſiliantes, auxiliantes, aut favorem præbentes : quia iſti non veniunt ſub propria ſignificatione facientium.

21. Limita tamen, ut dictum eſt ſupra *num. 4.* quando fruſtratoria, & inanis eſſet lex, niſi extenderetur, v. g.

in

in *c. ita quorundam, de Iudais*, excommunicantur deferentes arma ad Saracenos : niſi talis pœna extenderetur ad mittentes, & ad præcipientes deferri, inanis redderetur lex; nam idem eſt deferre, & mittere, ſeu deferri præcipere; Qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, ex *Reg. iur. 72. Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſe ipſum.*

22. Quarta, & ultima Regula generalis. Pęna impoſita, etiam lata ex lege non ligat eum, qui non conſummaverit, etiam ſi inchoaverit eam actionem, propter quam pœna eſt à lege impoſita. Ita *Panorm. Decius. Alphonſus cit. in lib. poſter. de lege pœnali ſub fin. ſeptimi capitis*. Ita *Reginald. l. 13. c. 25. in praxi*. Ex his fundamentis reſolves innumeros caſus in materia Cenſurarum, Reſervatorum, & huiuſmodi &c. Claraque eſt Regula, *Odia reſtringi, favores convenit ampliari*.

# REGULA XVI.

## Decet conceſſum à Principe Beneficium, eſſe manſurum.

Hæc Regula colligitur ex *c. ſi ſupergratia 9. de off. delegati*, & *ex c. ſi cui 36. de præbendis*.

Quia Princeps intendit conferre Beneficium, quam perfectum, & firmum, ut ita plenior ſit liberalitas, *c. 1. de Donat.*

PEr illud verbum, Decet oſtenditur convenientia permanendi Privilegium, ut oſtendatur poteſtas in Principe illud revocandi; quia ſupponitur plus poteſtatis apud ſe retinere, quam velit in alios transferre. *Vrban. ab Aſcenſione tract. Theol. moral. in Regula XVI. Iur. Can.* Quando verò Privilegium conceſſum, etiam per contractum oneroſum poſſit revocari. Satis dictum eſt in *Reg. 7. cap. 5. n. 24.* Et quidquid in hac Regula dici poteſt, in illa latius expletur, ad quam lectorem remitto.

RE-

# REGULA XVII.

## Indultum à Iure beneficium non eſt alicui auferendum.

Hæc Regula colligitur ex *l. 4. §. ſi quis condemnat. ff. de re indic. l. Adulter C. ad l. Iuliam de Adult.*

Hęc Regula concordat cum ſuperiori, & quia de illa parum erat dicendum propter longam ſeptimæ Regulæ explicationem; ideo de præſenti, cuius materiã in ſuperioribus ſufficienter explicavimus, duo tantũ notabo.

1. PRimum, quod Beneficium à Iure, ſeu à lege conceſſum, non poteſt tolli ab homine; tolli tamen poteſt à lege; ideſt, Privilegium à lege conceſſum, ut à lege conceſſum; non autem Beneficium, quod diſtinguitur à Privilegio, & providetur à lege in defectum proviſionis hominis.

Secundum? Privilegia Clericis à iure conceſſa; ut libertatis, immuni-

nitatis &c. à Laico auferri non poſſunt, neque Clericus ijs poteſt renunciare, cum ſint à iure conceſſa in favorem ſtatus Clericalis.

## REGULA XVIII.

### Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.

*Ex l. quod initio 29. ff. eo. tit.* Exempla extant in *c. ſi eo. 9. de reſcript. lib. 6. in c. licet* 14. *de ſentent. excomm. eo. lib. 6.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicatur Regula, & ponuntur aliqui Caſus ex ea deducti, atque deciſi.*

1. SEnſus huius Regulæ eſt, quod ſucceſſio temporis non poteſt validare Actus illos, qui ab initio ſecundum ius, id-eſt iure illos annullante, fuerunt invalidi; quodque clarius patet per aliam

aliam Iuris Civilis Regulam, *l.30.ff. de Reg.iur. Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.* Ratio eſt, quia ſicut Actus ab initio legitimé initus non poteſt ex præciſo temporis tractu vitiari ex *Reg.73. factum legitimè retractari non debet &c.* ita é contrario tractus temporis non valet actum, à principio nullum, validare; nam tempus ex ſe eſt inſufficiens ad ponendam, vel tollendam obligationem, niſi aliud extrinſecum adveniat actui, ex *l. obligationum ferè §. placet, ff. de actionib. & obligat.* ſit igitur ex Regulæ explicatione.

Fundamentum unicum: Nullus actus, cuius validitas dependet á iure, ſi ab initio ſit irritus ratione conſenſus, aut ratione materiæ, aut ętatis, aut conditionis, ſeu incapacitatis Perſonæ, vel defectu alicuius ſolemnitatis á lege requiſitæ, per ſolam temporis ſucceſſionem poteſt validari, niſi aliud extrinſecum adveniens operetur. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolves. Sponſalia, ſi probentur invalida ab initio ratione ætatis ex *c.litteras*, *c. Acceſſit de ſponſalib. impub.* niſi ante ſeptennium mali-

tia

tia ſuppleat ætatem, non validari tempore pubertatis, niſi extrinſecus, & novus adveniat conſenſus.

4. Non validari Teſtamentum conditum ab Amente, Furioſo, Impubere &c. ſi tractu temporis convaleſcat Amens, & pubeſcat Puer. *Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facere Teſtam. §.Præterea.*

5. Legata ab initio inutilia ratione incapacitatis Legatarii, non validari, remoto etiam impedimento temporis tractu. Ut legata Hæreticis relicta, Apoſtatis à fide. ex *c. de Hæreticis, & l. Hi qui ſanctam. C. de Apoſtatis.* Idem dic de Fauctoribus, Receptoribus. Judæis, vel infidelibus. *c. ſanè 2. 24. q. 2.*

Secus ſi ſint relicta ad eorum neceſſitatem ſublevandam.

6. Legata relicta ſervis tempore ſervitutis, niſi ſint intuitu alimentorum, quæ jure naturali ſibi debentur, non validari tempore libertatis.

7. Stipulationem hominis liberi non validari, etiam ſi liber poſtea ſervus evadat.

8. Stipulationem rei Sacræ, ut Eccleſiæ, Calicis non firmari, quam-

vis

vis res ſacra poſtea profana reddatur.

9. Privilegium non validari tẽporis ſucceſſu, ſi ab initio fuit ſubreptiũ.

10. Rem furto ablatam non poſſe acquiri præſcribendo tempore etiam æterno, quia irrita fuit poſſeſſio ab initio. Nam Poſſeſſor malæ fidei ullo &c.

11. Non validari Profeſſionem in Religione tractu temporis, niſi accedat novus conſenſus, ſi defectu hujus fuit invalida; vel Diſpenſatio, ſi ex defectu alicujus à jure requiſiti; fuit irrita.

12. Neque validari tractu temporis alienationes, venditiones &c. rerum Eccleſiæ, invalidas à principio defectu ſolemnitatis. *c. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.*

13. Valet tandem, & currit præſens Regula in contractibus, *l. inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram. ff. de verb. oblig.* Currit in judiciis. *c.* 1. *de ſent. & re jud. l. ſi expreſſim* 19. *ff. de appellatio.* Currit in Reſcriptis. *c.* 1. *de Reſcript.* & cæteris actionibus, & quod ab initio vitioſum eſt, juris interpretatione, pro infecto habetur; ut *Regula* ſonat, *Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit.*

RE-

# REGULA XIX.

## Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.

Convenit hæc Regula cum *l. culpa, ff. hoc tit.* & videtur extracta ex *c. tua de homicid.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicantur termini, & cum ipſis ſenſus Regulæ.*

1. NOmen *Rei* in hac Regula eſt quid generale ex *Peckio n.* 1. ideo refertur ad quodcumq; officium, adminiſtrationem, ſententiam, Iudicium, factum &c.

Item verba illa: *Ad ſe non pertinent,* intelliguntur ijs modis, quibus ad nos res aliqua dicitur pertinere, videlicet, vel ratione Officij, Dominij, Iuris, aut adminiſtrationis, v. g. tutelæ &c. Sit igitur ex ſenſu Regulę Fundam. generale.

2. Qui

2. Qui ſe immiſcet Rei, ideſt Adminiſtrationi, officio, iuri, &c. quod ad eum, ideſt, ad ſe non ſpectat, cui defectu ſcientiæ, aut potentiæ non poteſt ſatisfacere, non eſt ſine culpa; & ſi ex tali intruſione aliquod damnum eveniat, tenebitur ad illud reſarciendum Perſonæ læſæ. Probatur ex *l. idem iuris 8. §. mulionem, cum l. ſeq. ff ad l. Aquil. l. illicitas 6. §. ſicuti ff. de offic. præſ.* Probatur etiam rationem. Qui vult cauſam culpæ, vult ipſam culpam, & damnum ſequens ex ipſa; ſed qui ſe immiſcet officio alterius, cui defectu ſcientiæ, & potentiæ non valet ſatiſfacere, vult cauſam culpæ; nam ſcienter vult officium, circa quod ſe exponit periculo deficiendi ratione inhabilitatis; igitur vult culpam, & damnum ſequens ex illa; & conſequenter, ſi ex illa damnum ſequatur, ad eius compenſationem obligabitur. *Bardus hic in Reg. 19. Caram. t. 1. Theolog. fundam. in hac Reg. pag. 371. §. 5.* ex hac Regula, eiuſque doctrina fundamentali.

3. Reſolves. Artem medicam exercentem ſine peritia.

4. Indoctos Iuris Civilis, & Canonici decidentes caſus utriuſq;

5. Ac-

5. Acceptantem beneficium, curam habens Animarum, ſi ex eorum inſufficientia, & intruſione aliquod damnum emergat, ultra culpam, teneri omnes ad reſtitutionem cum ſe immiſceant rei, & Officio, quod ad hos non pertinet ratione inſufficientiæ.

6. Item peccare eos, qui exercet Artem ſibi à jure prohibitam, ut Sacerdos exercens Medicam, vel chirugiam, quæ ſacris Canonibus in *c. tua de Homicid.* prohibentur; quia & iſti ſe immiſcent Officio, quod ex prohibitione ad eos non pertinet.

7. Non tamen dicuntur ſe immiſcere negotiis alienis, & quæ ad ſe non ſpectant, ij, qui ſciunt, & poſſunt proximum hoc deſiderantem juvare (nulli enim aſſiſtimus laudabiliter invito) unde è contra, qui alienum ſuſcipit negotium agendum, poſitivè phyſicè, aut moraliter, aut negativè contradicente eo, pro quo negotium gerit, tametſi benè officio fungatur, nec ſtipendium, nec honorarium, nec ſumptus factos repetere poteſt. *l. fin. C. de negot. geſt.* Hæc & alia ſimilia in materia Dominii, juris, adminiſtrationis, ut Tutela, deduci poſſunt ex Regula clamante:

*Non*

*Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad ſe non pertinet, ſe immiſcet.*

# REGULA XX.

## Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur.

Alia Regula eſt Juris Civilis huic ſimilis.

*Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti; niſi lex impediat. ex l. Nemo ex his 43. ff. hoc tit.*

## CAPUT UNICUM.

### *Explicatio Regulæ.*

1. EX Regula deducitur *Nullum*, ideſt Reum non prohiberi ſe defendere contra Actorem pluribus defenſionibus, tametſi contrariis, modo ſucceſſivo, ideſt una non valente, aut ſubſiſtente, altera uti poteſt: & Actor unam tantum actionem unius rei debet intentare. Quid ſit Reus, & quid Actor. Vide *Regul. XI. n. 1.*

Neque dicatur injuſtitia in Judice, ſi ita largè Reo multiplex ratio ſe tuendi concedatur, & ita Actori contra Reum procedendi unica Actio permitta-

mittatur. Non enim eſt dicenda inæqualitas, & ſi inæqualitas, iuſta tamen, & ſancta, ut per ipſam in judicio equalitas inter utrumque Reum, ſcilicet, & Actorem ponatur; Actor enim magis amplè poteſt ad ſui placitum differre, & non differre actionem; hoc, vel illo modo contra Reum illam tentare; conſulere prius doctos abſentes, & præſentes; Hæc tamen omnia Reo provocato, & Accuſato negantur; citatus enim debet comparere, & Judici interroganti reſpondere, neque ei ad reſpondendum dilatio conceditur; imò imparatus, nullo ſuffultus Advocati conſilio, Judice imperante, ad interrogata reſpondet. Ecce igitur inter Actorem, & Reum in judicio magna inæqualitas, quæ quidem à Juribus tollitur, & ad æqualitatem reducitur, plures defenſiones Reo donando, & unam tantum actionem Actori permittendo. *Caram. t.* 1. *Theol. fundam.* §. 9. *pag.* 317.

2. Conſtat enim ex *l. is qui ff. de except.* Reum ſe tueri poſſe pluribus defenſionibus, tam in Civilibus, quam in Criminalibus; Si quis v.g. aliquem

Fun-

Fundum poſſideat, & aljus contra eum litem moveat, dicendo ad ſe fundum ſpectare poteſt ſe defendere tum jure communi, tum particulari; tum ratione tituli, dicendo hoc ſibi competere titulo donationis, emptionis, præſumptionis &c. *Farinac. in Deciſ. Rotæ Rom. t. 1. p. 2. deciſ. 142. num. 3.*

3. In Criminalibus etiam, ut ſi quis accuſatus ſit de homicidio, poterit ſe tueri, vel negando, ſi licitè poteſt negare, vel ſi fatetur, allegando titulum juſtæ defenſionis, quod tamen à Reo eſt probandum. *Cagnolus in l. Nemò á num.* 8. Pluralitas tamen defenſionum juvat Reo in Judicio; quando exceptiones veræ ſint in aliquo ſenſu, & non ſint inter ſe contrariæ; aliàs dicta contrarietas ſibi potius noceret. Sit igitur Rei expoſita Regula in juvamen, non in perniciem, cum in eorum favorem apertè doceat, & jubeat quod: *Nullus pluribus uti defenſionibus prohibeatur.*

RE-

# REGULA XXI.

## Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

Eruta videtur hæc Regula ex *c. Nulli 8. de electio. lib. 6. ex c. per tuas 10. de probatio. ex l. ſicut 5. C. de oblig. & Actio. l. 1. ff. de pactis.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicatio Regulæ, & ejus exceptionis.*

1. DIcit ergo Regula, quod ſemel placuit, ideſt, ſi voluntariè per aliquam actionem noſtram, electionem, aut contractum alteri jus adquiſitum ſit, amplius diſplicere non poteſt, ideò non poſſumus à contractu, aut ab actione, ſeu ab electione diſcedere, ideſt in alterius injuriam. *Quid enim tam congruum humanæ fidei, quam ea ſervare, quæ inter eos placuerit? ex l. 1. in prin. ff. de pact. & grave eſt fidem falle-*

*fallere* ; inquit *Vlpianus* in *l. in princ. ff. de conſtitu. pecu.* Hinc exortum eſt iuris illud principium , ſeu *Regula 33. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum* , ideſt iniuriam, ex *c. mutare infr. eod. l. nemo mut. ff. eodem tit.*

*2.* Vſus huius Regulæ præcipuè eſt in contractibus ; & quia in iſtis ex utriuſq; contrahentis conſenſu oritur naturalis obligatio, cum alterius iniuria, ab ipſis, cęteriſq; conventionibus non eſt recedendum. Variatio enim, & mutatio legibus eſt inimica, atq; doloſa. *Tuſc. pract. concl. to. 8. l. 5 concl. 21.*

*3.* Ex hac Regulæ doctrina excipiuntur aliqui Caſus, in quibus nulli fit iniuria, ſi à conventione recedatur; & ſunt ii, qui utriuſq; conſenſu ſemel placiti, utriuſq; conſenſu etiam diſſolvuntur, *l. nihil tam naturale, ff. hoc tit.* v. g. venditio ſolemnis, ſi ſemel uni parti placuit dare v. g. Domum, & alteri parti pretium pro Domo, ſi ius ſit ex utraq; parte adquiſitum Domus, & pretii, non poteſt una, altera parte invita, á conventione, ſeu à contractu recedere.

Accedente tamen utriuſq; conſenſu licitè contractus diſſolvitur, volentibus

enim, & ſcientibus nulla fit iniuria, neque dolus: In hoc ergo, & ſimilibus fallit Regula. Matrimonio excepto, quod ſemel contractum, mutuò conſenſu coniugum non diſſolvitur, ex iure divino: *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*, c. 1. *& 4. de converſ. coniug. cum ſimul*.

4. Fallit etiam Regula in Contractibus innominatis, in quibus ante impletionem, datur, & admittitur unius diſplicentia, per *tex. in l. ſi pecuniam 5. ff. de condict. cauſa data*.

5. Fallit in quibuſdam Nominatis, uno tantum diſſentiente, re adhuc tamen integra, ideſt antequam alterius intereſſe cęperit; ut ſunt Depoſitum, *l.* 1. *§. eſt autem ff. depoſiti Mandatum, §. mandatum. Inſtitut. de mandato.* Societas, *§. manet Inſtitut. de ſocietate*. In cęteris verò Nominatis, requiritur utriuſque conſenſus.

6. Fallit in Teſtamentis: quia voluntas Teſtatoris eſt ambulatoria uſque ad mortem, & à tali diſpoſitione poteſt licitè, & validè recedere, quia nondum alteri ex teſtamento ius fuit adquiſitum: igitur ſine alterius iniuria poteſt revocari. Imó poteſt dici

cum

cum *Caram. cit. Theol. mor. Fundam.* §. 10. *pag.* 318. talem donationem teſtamentariam eſſe virtualiter conditionatam, ex qua hæredi, vel legatario aliter ius non acquiritur, quam morte Teſtatoris.

7. Fallit in Sponſalibus: nam cauſa iuſta interveniente, alter ſponſus poteſt à contractu diſcedere.

8. Fallit in Hærede ſuo, ideſt, qui eſt in poteſtate Patris morientis, ut Filius, Filia, Nepos &c. ex *Azone in Vocab. Iuris utriuſque* cui à Iure particulari conceditur, ut poſſit revocare recuſationem hæreditatis paternæ intra triennium; dummodo res hæreditariæ alienatæ non ſint, *l. fin. C. de repud. vel abſtin. hæred.*

9. Fallit tandem in iis Contractibus, qui per metum gravem iniuſtè incuſſum ſunt celebrati, & quamvis non ſint iure naturæ omnino invalidi, poſſunt tamen Iudicis arbitrio in foro conſcientiæ reſcindi, *l. Metum ff. Quod metus cauſa.*

Cęterum Regula vera, & firma eſt: *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*

## REGULA XXII.

### Non debet aliquis alterius odio prægravari.

Ex *l. non debet alteri* 18. & firmatur *l. ſi quis* 33. §. *legis. C. de inoffic. teſt.* cui cõſonant alia iuris Axiomata nimirum. *Delicta ſuos tenent Auctores, l. ſancimus* 22. *C. de pœnis*. Ratio non patitur, ut alteri ob alterum iniqua conditio inferatur, ex *l. non debet alteri ſit*.

## REGULA XXIII.

### Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

Ex *l. ſi putator, ff. ad l. Aquiliam*, & ex *c. cognoſcentes*, & ex *c. cum voluntate de ſent. excomm.*

### CAPUT UNICUM.

*Utriuſque Regulæ una explicatio propter materiæ connexionem.*

1. HÆ duę Regulæ inter ſe non differunt, niſi, quia una videtur

detur eſſe cauſa alterius : Prima enim docet non deberi quempiam gravari odio , quo alter premitur: hoc eſt, non eſſe dignum odio ea ratione , qua alter dignus eſt.

In poſteriori autem docemur, non eſſe aliquem ſupplicio afficiendum , ſi nulla in ipſo culpa reperitur. Ex eo igitur, quod quis non meretur pęnam, rectè infertur, nullam in eodem inveniri rationem odii , ſcilicet culpam , cum pęna debeatur ei , qui motivum odii , ſcilicet culpam , in ſe continent.

2. Iſtæ igitur Regulæ intelliguntur de pęna æterna: non de temporali, ſecundum quam unus aliquãdo pro alia punitur, ex *S. Aug. epiſt. 23. ad Bonifac.* relato *in c. iam itaq;* 1. *qu.* 4. & *ex ſcript.* probatur *Ezech.* 18. *Anima , quæ peccaverit , ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater &c.* ideſt, Pater pro filii , & neq; Filius pro Patris iniquitate in alia vita punientur.

Fallunt tamen de pęna temporali , quia ex *Exodi c.* 20. Deus viſitavit iniquitates Patrum in filios uſq; ad tertiã, & quartam generationem. Sic *Gen.* 9. fuit maledictus *Chanaam* propter peccatum Patris ſui *Cam*. Sic propter pec-

catũ *Achan* fuit punitus *populus Iſrael*, in hoſtjum manus traditus. *Ioſue 17.*

Diſtinguo hic culpam á cauſa: & pęnam à pęnalitate: & ſicut pœna eſt ſtipendium culpæ, ita pęnalitas eſt ſtipendium cauſæ, & ſit

3. Fundamentum unicum. Soli Peccatori, & delinquenti per culpam propriam imponitur pęna: Nemini infligenda eſt pœna ſine culpa: poteſt tamen infligi ſi juſta ſubſit cauſa. Probatur ex *Regulis 22. & 23.*

Item ex iuribus univerſalibus, ex *c. de Regularib. 25. cum c. ſeq. de Simonia c. quicumque 1. q. 5.* Qui per Simoniam, á ſe commiſſam, fuerit promotus ad Eccleſiaſticum beneficium, deponitur: ecce pęna inflicta Simoniaco: deponitur etiam promotus ad beneficium, per alterius Simoniam commiſſam in favorem promoti, talis ſceleris inſcii: in hoc tamen nulla adeſt culpa, nihilominus in innocentem infligitur pęna, ſeu pęnalitas, ergo propter aliquam cauſam, quæ certè eſt providentia Eccleſiæ ob bonum publicum, ne hoc abominabile vitium multorum proviſiones invadat. Ita *Henricus Caniſius in his Reg.* Ita *Caram. cit. tom. 1.*

*Theol.*

*Theol.fundam. §.3. pag.371.* Tali admiſſa exceptione, quod nemo plectatur ob alterius delictum pęna eterna, neque ſpirituali: ſed tantum pęna temporali iuſta data cauſa, & ſic veræ ſunt Regulæ, quod: *Non debeat aliquis alterius odio pragravari.*

Et quod: *Sine culpa, niſi ſit cauſa, non ſit aliquis puniendus.*

## REGULA XXIV.

Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe.

Ex *l.non videntur, §.1.ff.de Reg.iur.* ſic eam refert *Paulus I.C.* ſicut è contra clamat alia iuris Regula: *Non poteſt dolo carere, qui imperio, magiſtratus non parvit, l. non poteſt dolo, ff.de Reg.Iur.*

### CAPUT UNICUM.

*Exponitur Regula, & quædam fundamenta hauriuntur ex ea.*

1. CLarè conſtat ex Regula obligatio, non phyſica, ſed

## REGULA XXV.

Mora ſua cuilibet eſt nociva.

Ex *l. in Condemnatione* 134. *unicuique eo. tit.* & *l. emptor. ff. de aqua pluvia arcen.* Vbi ſic dicitur: *Actori moram ſuam nocere debere, manifeſtum eſt.* Exempla extant in *c. unico de commod.* in *c.* 2. *de depoſ.* quibus oſtenditur, quando Commodatario, & Depoſitario mora ſua nocet.

## CAP. UNICUM.

*Quid ſit mora, quando, & quibus ſit nociva.*

1. MOra, in propoſito, eſt quędam iniuſta dilatio in faciendo id, quod quis tenetur, & poteſt facere, ut patet ex his, quæ nōt. *in cap. ult. de locato:* unde moroſus dicitur in iure, qui nō facit quod debet, quando debet, & poteſt, & ſit in-

terpellatus, ideſt monitus à die, vel ab homine, *l. quod te. ff. de rebus cred.* *ita Sylv. v. Mora n.1. Caram.t.1.Theol.fundam.pag. 374.§.12.*

*2.* Dupliciter quis dicitur eſſe in mora: Primò regulariter, quod accidit in Contractibus, quando à Creditore in illis præfigitur dies, vel locus, vel conditio; ſi tali die, loco, vel conditione adimpleta, debitor non ſolvat, dicitur eſſe in mora; nam dies interpellat, ideſt monet pro homine, *c.ult. de locat.* & *l.magnam C.de contrahen.* & *com.ſtip.* Si verò dies in contractu non ſit appoſita, neq; conditio, tenetur monere Creditor, & tunc non ſolvendo debitor, dicitur eſſe in mora, quæ in ullo foro erit culpabilis, niſi fiat monitio tempore, & loco congruo, attenta debitoris poſſibilitate, *l. continuus, §.cum ita, ff. de verb.oblig. Fumus, Panorm. in c. licet de Simon.apud Mend. v.mora n.1.*

Secundò quis dicitur eſſe in mora irregulariter, nō per interpellationē, ſed ex natura rei, ut obligatus ex delicto v.g. furto, ſtatim poſt furtum, ſi non reſtituat, eſt in mora culpabili, & monetur à Conſcientia, ut ſtatim reſtituat, obligatus ex iniuſta acceptione, & detētio-

ne

*11. q. 3.* Neque Iudici in præcepto tranſgredienti limites ſuæ iuriſdictionis, *l. 1. in fin. princ. ff. de ferijs, l. nemo 13. C. de ſentent. & interlocut. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & probatur totum Fundamentum quo ad ſingulas partes. Iudici incompetenti nemo tenetur obedire: ſed præcipiens contra Dei legem, & ſuperiorum, excedenſque in mandato ſuæ authoritatis limites, eſt Iudex incompetens: ergo in iis caſibus nemo tenetur præcipienti obedire.

3. Secundum Fundamentum: In præcepto dubio de re, an ſit bona, nec ne? tenemur ſuperiori parere: quia ubi graviſſima Iudicis ſuperioris authoritas intervenit, dubium excluditur, ſaltem purum: item, ſuppoſito dubio, ſuperiori parendum eſt: nam pro iuſtitia, & Iudicis auctoritate præſumitur, & in dubio melior eſt conditio Iudicis poſſidentis ius præcipiendi, *l. ſervo invito, §. cum præter. ff. ad S.C. Trebell. ita Caram. tom. 1. Theol. fund. hic §. 7. pag. 349. Bard. in hac Reg. pag. 192.*

4. Tertium Fund. Iudici præcipienti in materia indifferēti, tenetur ſubditus obedire, neq; hęc obedientia illi nocere poterit in aliquo foro: Sic notavit

7. Tertium Fundamentum. Ex mora etiam graviter culpabili Theologicè non tenetur debitor Creditori, ſi res apud debitorem pereat caſu, vel per juſtam hoſtium incurſionem, eo modo peritura certò apud Creditorem. v. g. Frumentum ſolvendum, vel Equus reſtituendus; nam tunc ex mora nullum damnum pateretur creditor ex *l. fin.* §.1. *ff. ad legem Rhod. de jact.* ſecus dicendum ſi res eſſet ſalva evaſura apud dominum. Opinio contraria eſt etiam probabilis. Vide *dicta in* Reg. 4. *c.* 2. *n.* 15.

In dubio autem, an eſſet eodẽ modo peritura apud Dominum, non liberabitur debitor. *l. cum res.* 1. *ff. de legatis*; quia in dubio melior eſt conditio Innocentis, & poſſidentis jus in re, vel ad rem. *Mendus in Æpitom. V. mora n.* 3.

Cęterum ſi creditor fuit in mora accipiendi debitum, ei mora nocet, non debitori, ſi forté res pereat. *Mendus cit.* Duo exempla ponit *Caramuel tom.* 1. *Theol. fundam. pag.* 374. in hoc propoſito. Videantur ibi.

8. Aliquando etiam mora aliena alteri eſt nociva, ut in quibuſdam caſibus

bus Fidejuſſionis, Tutelæ reſpectu Pupilli. Vide *Barboſam*, & *Bardum in hac Regula*; quæ, benè, & cum diſtinctione intellecta, ſemper vera eſt. *Mora ſua cuilibet eſt nociva.*

# REGULA XXVI.

Ea, quæ fiunt à Judice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.

Hæc Regula deſumitur ex *l. factum* 132. *ff. eo. tit.* & concordat cum *Regula* 24.

## CAPUT UNICUM.

*Brevis explicatio Regulæ.*

1. PEr Officium intelligitur poteſtas lites decidendi, atque gravamina tollendi: quod quidem Officium exercitum à Judice ex munere ſuo, & proprio motu, dicitur Officium nobile: Si verò tale Officium exerceatur

ne rei alienæ, ex *l. in re furt. ff. de cond. fur.* & ſic fur ratione moræ, ſi damnum emergat, & lucrum ceſſet apud Creditorem, de utroque tenebitur.

3. Datur & alia mora à Iuriſtis ſine interpellatione, ſed legis miniſterio. Vt in Emptore; qui nondum ſoluto pretio, percipit fructus naturales, vel mixtos rei emptæ; ſi ex mora culpabili non ſolvat, reſtituere tenetur valorem fructũ perceptorum; quia non eſt ęquum ipsũ lucrari ex re ſua, & aliena. Item in Debitore *Minoris 25. annis*, qui ſtatim ſine alia interpellatione in mora conſtituitur in Contractibus bonę fidei, fideicõmiſſis, & legatis in favorẽ ętatis, *l. 3. C. in quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſe.*

4. Excuſant tamen à mora impoſſibilitas, & ignorantia, attentis circunſtantiis temporis, loci &c. ac præterea non eſt in mora is, qui poteſt ſe tueri legitima exceptione, ideſt quæ non poteſt elidi: nam ſi poteſt elidi, non erit legitima, v. g. pactum feci de non repetendo decem, quæ debes; ſed metu, vel furoris tempore feci: ſi dum repeto, tu excipias de pacto facto, exceptio eliditur, replicãdo factum fuiſſe ex metu, vel temporis furore, & hęc exceptio nõ

erit

ceatur ad inſtantiam partis, dicitur Mercenarium, quatenus alteri ſibi proponenti deſeruit: & ſicut ſervus ſequitur nutu actionem Domini præſcribentis, ita Judex debet procedere juxta modum, quo ſibi eſt cauſa propoſita.

Ex hac Regula igitur Docemur invalida eſſe Acta à Judice, quando iſta ejus non ſubſunt Poteſtati.

2. Fundamentum, & Regula generalis: Quæcumque Acta ſunt à ſuperiore, tam Eccleſiaſtico, quam Sæculari, ſi ejus non ſubſunt poteſtati, irrita ſunt, & nulla: quia Validitas pendet à Poteſtate: ergo ſunt invalida acta ſine poteſtate. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolve Primò. Invalida eſſe Acta à Judice incompetenti. *cap. at ſi Clerici de Iudic.* ideſt, qui non habet juriſdictionem, vel ſuſpenſus, vel is eſt, qui non eſt ſuus.

4. Invalida geſta extra territorium in ſubditum, vel intra territorium in non ſubditum: quia in tali caſu neuter iſtorum ejus ſubeſt poteſtati, quo ad forum contentioſum. ex *l. fin. ff. de juriſdict. omninm judic.*

ſic

ſic loquente: *Extra territorium jus dicenti impunè non paretur*. Valerent tamen acta in ſubditum extra territorium, quæ ſunt Juriſdictionis voluntariæ, neque præjudicantis juriſdictioni contentioſæ, & publicæ alterjus Principis, ſeu Superioris in ſuo Territorio. Et ſic Princeps extra ſuum territorium poſſet Emancipare ſubditum. Epiſcopum approbare ad Confeſſiones, conferre beneficium, & omnia quæ non requirunt ſtrepitum in foro, neque litis conteſtationem. Ita *Bardus in hac Regula num. 4. Communis. c. ultimò de conſtit.*

5. Invalidas eſſet ſententias prolatas juris ordine non ſervato, qui conſiſtit in modo procedendi, in præparatoriis, in ferenda ſententia, & in pęna imponenda; nam in poteſtate Judicis non eſt jus dicere contra Juris ordinem.

6. Invalidas eſſe diſpenſationes Inferioris in lege, aut ſtatuto ſuperioris. Sic invalida eſſet diſpenſatio facta à Pontifice ſupra jura ſanguinis, ideſt Juris naturalis, ſeu Divini naturalis in Decalogo; nam

hoç

hoc Jus non ſubeſt ejus poteſtati. *Caram. cit. fundam. 36. §. 3. p. 291.*

7. Quæcumque ergo geſta à Judice, ſive ab eo, qui limites ſuæ juriſdictionis excedit, facta, aut tentata nulljus eſſe roboris, & valoris, ſi ad ejus non ſpectabant officium.

Vt

Regula clamat.

*Ea, quæ fiunt à Iudice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.*

RE-

# REGULA XXVII.

Scienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus.

Hæc Regula habetur in jure civili, quæ eſt 188. ubi ſic dicitur. *Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.* idque continetur in l. *cum donationis C. de tranſact.*

## CAPUT UNICUM.

### *Explicatio Regulæ.*

1. ISti duo Termini: Scienti, & Conſentienti, ſumuntur copulativè, non diſiunctivè, itaut, ad inferendam injuriam, non debent ſimul concurrere, ſed alter iſtorum ſufficit: ſi quis enim ſciat ſe ab altero lædi, ſed tamen non conſentiat, injuriam patitur: & è contra, ſi conſentiat

tiat in aliquam actionem, quam tamen ignoret ſibi damnoſam, ut Pupillus ratione ætatis, adhuc ſibi injuria irrogatur. Ad tollendam igitur injuriam utraque conditio ſcientiæ, & conſenſus requiritur.

2. Inſuper requiritur, quod conſentiens conſentiat in jis, quæ ſunt ejus poteſtatis, & poſſit phyſicè, & moraliter conſentire, ideſt, quod in tali caſu non ſibi prohibeatur conſenſus. *Caram. cit. fundam. 39. §. 7. pag.* 341. His poſitis ſit.

3. Fundamentum generale. Tunc ſcienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus, quando patiens injuriam, ſcit, & eſt potens conſentire moraliter, ideſt de re exiſtente in ſua poteſtate, & tamen liberum præbet aſſenſum. Probatur fundamentum. Injuria fit alteri, quando jus illjus, contra ejus voluntatem, violatur: quia nemo patitur injuriam niſi nolens; & Nemo (ex *Ariſt. lib. 5. Ethic. cap.* 11.) eſt, qui ſpontè injuria afficiatur: ergo volenti, & ſcienti non fit injuria: nam tunc cedit juri ſuo. Ex hoc Fundamento.

4. Re-

4. Reſolves Primò. Eum pati injuriam, qui per vim, dolum, aut metum gravem inducitur ad contrahendum; nam violatur jus ad ejus liberum conſenſum; quia tunc ſimpliciter non dicitur voluntarius; nam in neceſſitate nemo liberalis dicitur ex *l. Rem legatam ff. de alimentis.*

5. Virginem pat injuriam, ſi tali modo deſſoretur, unde debetur ſibi compenſatio dotis, vel Matrimonii, ſi præceſſit promiſſio.

6. Clericum percuſſum, etiam ſi conſentiat in ſui percuſſionem; nam moraliter non poteſt conſentire, neque cedere juri conceſſo toti ſtatui clericali, quia etiam provocatus à Clerico, ſi hunc percutiat, excommunicatur. ex *c. contingit de ſentent. excomm.*

7. Occiſum, etiam ſi voluerit occidi.

8. Maritum, ſi alter ad ejus uxorem accedat, ipſo conſentiente: quia neuter iſtorum habet poteſtatem ſuæ Vitæ, & Vxoris: ideo moraliter neuter poteſt in mortem, & Adulterium conſentire. *Caram. cit. ſ. 7. p. 341.*

9. Ar-

9. Arguunt aliqui contra Regulam ex *l. unic. C. de rapt. virg.* Rapientes fęminam honeſtam, etiam volentem puniuntur, ergo Raptæ volenti, & ſcienti, & ſcienti fit injuria. Reſpondetur conceſſo Antecedenti, negando conſequentiam: quia punitio infligitur, propter injuriam illatam Parentibus, & cum præſumat lex Fęminam raptam fuiſſe ſimul coactam, atque deceptam, ideo pęnas ſtatuit contra Raptores: in foro tamen conſcientiæ nulla facta eſt Raptæ injuria: imò in tali caſu non dicitur mulier rapta, ſed voluntariè fugitiva.

10. Item arguunt. Qui aufert à Furioſo, vel Pupillo ſciente, & conſentiente, facit injuriam, & tenetur ad reſtitutionem: ergo Regula fallit. Reſpondetur negando Furioſum, & Pupillum conſentire juxta Fundamentum traditum: quia furioſus caret arbitrio phyſico, & Pupillus morali: nam Pupillus non poteſt conſenſum præbere niſi politicum, ideſt per Tutorem. *l. 1. in* §. *impuberes C. de falſa moneta*. Vera igitur eſt Regula modo ſupra explicato. *Scienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus.*

RE-

# REGULA XXVIII.

## Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentia ſunt trahenda.

Conſonat hæc Regula alteri legi. *quod contra rationem* 184. *ff. eo. tit.*

1. SAtis de hac materia Privilegiorum alibi dictum eſt in *Reg.* 7: hic ſolum notabo, hoc verbum, *Exorbitare* idem eſſe ac deviare, diſcordare, aut deflectere. Sic *Gloſſ. hic in fin. Dinus in* Reg. *Iur.* ſic *Caniſius in hac* Regula. Si ſtrictè loquamur, Exorbitare ſignificant derogare in partem: Corrigere verò derogare in totum: ideo quando aliquod ſtatutum, Privilegium &c. derogat juri communi in aliqua parte, reſtringendum eſt ad terminos juris communis: & ſtatutum, quod juri communi in totum derogat, dicitur juris correctorium.

2. Hinc

2. Hinc ſequitur, in Privilegiis, ſeu Reſcriptis contra Ius commune, cum ſint odioſæ non fieri extenſionem; multò minus, in Privilegiis corrigentibus: Quia. Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda, ideſt ad alias Perſonas, aut Caſus extendenda.

# REGULA XXIX.

## Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

*Ex l. 1. & ultim. C. de Auctorit. & ex aliis iurib.*

## CAPUT UNICUM.

### *Explicatio vera Regulæ.*

1. FVndatur hæc Regula in juſtitia commutativa, quæ cum omnibus jus ſuum tribuat, nemini in re, aut actione aliqua eſt auferendum, idcirco clarè demonſtratur per hanc, cum dicitur. *Quod omnes tangit*, hoc eſt, ad omnes ſpectat, debet

ab omnibus approbari, ſeu recipi; & ſi ad duos ſpectet præbere conſenſum, duo: ſi ad plures; plures eundem: in re, vel actione aliqua, præſtare debent: ne alicui præjudicium inferatur.

2. Dictio illa univerſalis, *Omnes*, ſumitur diſtributivè, ex Commentatoribus *Dyno*, *Barboſa*, *& alijs*: & facit hunc ſenſum: *Omnes*, *ac ſingulos* in ſpeciali, & in individuo, & in hoc ſenſu loquitur Regula, quod id, quod ad plures in individuo ſpectat, eſt ab omnibus illis in individuo approbandum, aliter nulla erit approbatio. Exempl. Si plures habeant dominium in fundum, non poteſt eidem imponi ſervitus, niſi ſingulorum intercedat conſenſus.

Non tamen Regula præſens loquitur in ſenſu collectivo, qui ſignificat multos ſimul collectos, ut Collegium, Vniverſitatem, & Communitatem ſimul: nam tunc non requiritur conſenſus ſingulorum in individuo, ſed ſufficit conſenſus maioris partis, ut in alienatione bonorum Eccleſiæ; ſufficit maior pars Capituli, ex *c. 1. de iis, quæ fiunt à Prælatis*, & c. *ſine exceptione*

*ne 12.q.2. Mallet. in hac Reg. Bardus hic. Caniſius hic.*

3. Fundamentum Unicum. Quod omnes ſeorſim tangit, debet ab omnibus, & ſingulis ſeorſim approbari, ut valida ſit approbatio. Probatur, prima pars fundamenti: quia, ſi omnes non approbarent, uni, vel alteri non approbanti fieret præjudicium ex approbatione maioris partis; ergo ſingulorū requiritur approbatio. Probatur etiam ſecunda pars, quia ad validitatem actus requiritur ſingulorum approbatio; ergo uno, vel altero non approbante, nullus erit, aut invalidus actus. Ex hoc Fundamento patet reſolutio ad plures caſus reſolvendos in Regula 56.

4. Aliquando tamen ſufficiet conſenſus maioris partis, *ut cap. 2. de iure patron.* In præſentatione ad Beneficium, quæ ſingilatim ad ſingulos Patronos pertinet, ſufficit maior pars, vel ratione alicujus inconvenientis, quod electio ad beneficium maneret ſuſpenſa &c. vel in aliis caſibus ſi maximé urgeret bonum publicum, vel ex tali electione maioris partis exiguū eſſet præiudiciū, ex *l. ſcio, ff. de integr. reſt.*

Abſolutè tamen loquendo ſervanda eſt diſpoſitio Regulæ, ita ut, cum actus tangit omnes ſingillatim acceptos, debet à ſingulis ſingillatim enumeratis approbari. Quando autem Regula præſens ſumatur diſtributivè, & quando collectivè, dicetur *in Reg. 56. in fundam. generali*.

## REGULA XXX.

## In obſcuris minimum eſt ſequendum.

Hæc etiam habetur in Civili *l. ſemper in obſcuris*, & *l. ſemper ſtipulationibus in fine, ff. eo tit.*

### CAP. UNICUM.

*Explicatur Regula, & aliqui Caſus deducuntur ex ipſius Fundamentis.*

1. DIctio illa, *Obſcurum*, intelligitur de dictione habente plures intellectus, & ſignificationes, ex quibus ſenſus dubius producitur. Et quia lex claritatem optat, iure meritò obſcuritas repro-

probatur á iure, ex *Tex. cap. erit autem lex. diſt. 4.* ubi una ex conditionibus legis, claritas enumeratur;

Dictio verò, *Minimum*, intelligitur id, quod eſt vilius. Ita *Albericus in Dictionar. ſ. M.* Aliquando ſumitur pro non Maximo, ex *l. ſi quid venditur in fine, ff. de Ædilit. edicto*.

2. Hæc Regula valet in omnibus actibus iuridicis, Contractibus, legibus, ultimis voluntatibus, pęnis, & peccatis. In applicatione hujus Regulæ ſemper inſpicienda eſt mens contrahentium, Legislatoris, vel Defuncti ex verborum ſignificatione; & hac deficiente, obſervandæ ſunt coniecturæ, modus loquendi, contextus orationis, dignitas Perſonæ, & id, quod in tali materia plerumque fieri conſuevit; & his omnibus deficientibus, recurrendum eſt ad aliam Regulam ex *Ulpiano in l. ſemper in ſtipulationibus 34. ff. hoc titul. Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit*. Ex doctrinis ſuprapoſitis ſit.

3. Fundamentum Primum. In Cõtractu obſcuro minima læſio eſt partibus inferenda, ut jus ſuum cuique ſervetur. In legibus obſcuris mini-

ma obligatio interpretanda. In pœnis obſcuris, levior eſt imponenda; ut ſi á lege pœna capitis Reo conſtituatur, non Mors, ſed exilium intelligatur: nam utraque pœna capitalis eſt, eò quod eximat, & minuat caput, ideſt Civem de Civitate, *l. 2. ff. de publ. iud.* vide *Iul. Clarum in pract. crim. q. 67. in princip.*

4. Secundum Fundamentum. In ultimis voluntatibus, ne fruſtetur intentio Defuncti; inſpicienda eſt verborum ſignificatio, ut ſi legaverit partem bonorum, intelligitur de media, non de minima, quia pars ex ſua propria ſignificatione æqualem partem deſignat, *l. nomen* 104. *§.* 1. *ff. de verb. ſignif.* & per hanc explicatur *textus in l. etiam 43. ff. de uſufruct.* ubi bonorum uſusfructus parte legata, intelligitur in dubio dimidia pars. Ita *Henricus Caniſius in Reg. hac.*

5. Tertium Fundamentum. In legatis, ſi inter maximum, & minimum detur medium, de medio eſt interpretandum in obſcuris, v. g. Tres habebat Calices Defunctus, Aureum, Argenteum, & ſtamneum: ſi unum legaverit, de Argenteo eſt intelligendum:

ne nimis gravetur hæres, ſi detur aureus; & nimium inferatur incommodum legatario, ſi detur ſtamneus: ſi verò duo tantum eſſent Calices, Maximus, ſcilicet Aureus, vel Argenteus, & ſtamneus; de minimo eſſet intelligendum, ideſt de ſtamneo iuxta Regulam in obſcuris &c. Sic notant *Urbanus ab Aſcenſione*, & *Mallettus in hac Regula*.

6. Quartum Fundamentum: In materia peccaminoſa minimum eſt ſequendum, v. g. ſi putes te peccaturum, ſi reum condemnes; & gravius peccaturum, ſi eum abſolvas, ſequi debes quod minus peccatum eſt, & iuxta exceſſum debes eum condemnare. *Caramuel* 1. *tom. Theolog. fundam. in hac Reg. Henricum Caniſium*, *Malletum*, & *Urbanum ab Aſcenſione*. De cętero vera eſt Regula tradita: *In obſcuris minimum eſſe ſequendum*.

# REGULA XXXI.

## Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

Exempla hujus Regulæ habes *in c. ſi duobus 7. de appellatio, in c. fin. de locato, & in l. 1. in fin. ff. de actio. empt.*

## CAP. UNICUM.

*Explicatur quotuplex ſit certitudo, & de qua ſit ſermo in Regula præſenti.*

1. CErtitudo alia eſt Naturalis, & eſt ea, quæ ex quinque ſenſibus ortum habet. Alia Moralis, quæ provenit ex motivis adeò vehementibus, ut nullus relinquatur dubitandi locus; & ad hanc reducitur auctoritas alicujus Viri fide digni. *Peckius num.* 1. Tertia eſt legalis, quæ provenit ex iuris interpretatione, v. g. Si quis alteri promittat tali die aliquid eſſe facturum, tali adveniente, promittens dicitur

citur certus de ſua obligatione, & nulla alia ſcientia requiritur. Ita ſtatuitur in *l. Magnam C. de contrah. ſtipul.* Sic enim dicitur; quod dies ipſe interpellat pro homine. Hoc poſito, ſit

2. Fundamentum Primum. Qui plenam ſcientiam, & certitudinem habet de re aliqua, non eſt ei de tali re nova certioratio facienda, quando finis novæ certiorationis eſt ſcientia; quia nihil debet fieri fruſtra, & eſſet fruſtranea illa nova certioratio. Et in hoc ſenſu valet Regula, & currit maximé in Contractibus, & aliis materiis. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolves Primó. Non teneri Venditorem certiorem facere Emptorem de defectu rei venditæ, v.g. Fundum venditum habere annexam ſervitutem, Equum eſſe claudum, ſi venditor ſciat tales defectus Emptorem non ignorare. Secus tamen eſt, ſi emptor ignoret, aliàs Venditor teneretur ad intereſſe actione ex empto. Ex *l.1. ff. de act. §. venditor, & §. hac ita.*

4. Non teneri Legislatorem cuique in particulari legem notificare,

L 5 quan-

quando omnibus eſt nota per promulgationem. Idem philoſophandum eſt de ſimilibus.

5. Hinc ſequitur, non poſſe venditorem inire pactum cum Emptore non ſe obligandi ad intereſſe ratione defectus; quando venditor eſt certus de vitio, ſeu defectu rei venditæ; poſſe tamen, ſi defectum ignoret, Jta *Dynus hic, n.2.* & ex *l. quæro, ff. de act. empt.* & *DD. communiter*.

6. Secundum Fundamentum. Qui certus eſt de re aliqua, noviter eſt certiorandus, quando nova certioratio, ſeu intimatio non ut ſcientia, ſed ut forma, ſeu ordo, vel ſolemnitas Iuris requiritur; & in hoc ſenſu Regula non valet; quia ultra ſcientiam privatam, exigitur intimatio iuridica; aliter, is, qui ſciret, non plenè ſciret; ſciret enim phyſicè, ſed non politicè, & legaliter. Ex hoc Fundamento.

7. Reſolves, Ad inducendam contumaciam contra reum abſentem tribus edictis opus eſſe; niſi uno fortè peremptorio citaretur, quod Iudex poteſt, *l. contumacia 53. ff. de re iud.* iuncta *l. ad peremptorium 68. cum aliquot l. ſeqq. ff. de Iudic.* Ratio eſt, quia ultra

ultra ſcientiam privatam, requiritur de iure nova intimatio, aliàs non erit Reus civiliter certus.

8. Contra Clericum delinquentem, ut poſſit exui legitimè clericali privilegio, trinam monitionem, & certiorationem requiri, *c. contingit 45. de ſent. excom. iuncto c. conſtitutionem* 10. *eod tit. in 6.*

9. Item. Tertiò eſſe præmonendum eum qui à Iudice Eccleſiaſtico eſt excommunicandus, aliàs certò non ſciret Eccleſiaſticè, *c. ſacro 48. de ſent. excom.* Secus dicito de Cenſura lata, quia de hac lex continet ſufficientem monitionem; quam quis incurrit, ſi contra Ius ſcienter operatur; non autem ignoranter, quamvis excommunicatus in foro externo præſumatur, niſi inculpabilis ignorantia probetur.

10. Item non ſufficere ſcientiam privatam, ubi agitur de legibus, & de Teſtibus teſtamentariis; nam ut illæ obligent, ſubditi ſunt certiorandi per ſolemnem publicationem; & ut teſtimonium iſtorum ſit legitimum, teſtes debent eſſe rogati; quamvis aliunde Teſtes ſciverint nihilominus

L 6 pro

pro ſolemnitate Teſtamenti, ultra ſcientiam, rogatio Teſtium de iure requiritur. *Auth. Rogati, C. de Teſtibus.* Vera igitur eſt Regula in ſenſu primi Fundamenti: *Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportere.*

## REGULA XXXII.

### Non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit.

Eadem Regula habetur ex *Ulpiano, in l. Non debet Actori licere, quod reo non permittitur, ff. hoc tit.*

## CAPUT UNICUM.

*Ponuntur exempla Regulæ ſecundum partem negativam, & ſecundum partem affirmativam.*

1. PRæſens Regula partim eſt negativa, *Non licet Actori* Partim affirmativa, nempe quod permittitur Actori, & Reo permittendum eſt, ut obſervant

*Bar-*

*Barboſa de axiom. uſu frequent. Axiom.* 10. *n.* 7. *Mar. Anton. in varijs reſol. lib.* 3. *reſol.* 9. *n.* 9. Actor enim, & Reus ſunt correlativa.

2. Exempla Regulæ negativæ. Non permittitur Reo poſt recognitionem depoſitionum, quæ proditæ ſunt à teſtibus, ulterior teſtium reproductio. *Auth. de teſtib. c.* 5. *§. illud tamen.* Ergo neque Actori; textus enim de utroque loquitur. *Dynus hic n.* 2.

3. Non licet Reo Procuratorem revocare poſt litis conteſtationem; niſi cauſa cognita, *l. ante litem, & l. poſt litem, ff. de Procurator.* quæque omnia ſervanda ſunt de Actore, *l. quæ omnia, ff eo. tit.* idem dicatur de ſimilibus caſibus in corpore iuris contentis.

4. Exempla Regulæ affirmativæ: Primum eſt. Eadem conceſſio, quæ datur Actori circa dilationem ad teſtes capiendos, eadem quoque Reo conceditur: Ita Legiſtæ hic apud *Dynum*.

5. Secundum. Si Actori concedatur, ut Reum citet, & perſonaliter in judicio compareat; eadem obligatio comparendi ineſt Actori.

6. Ad-

6. Advertendum tamen eſt, quod Regula non ſemper intelligitur, quod Actor, & Reus debeant à pari procedere in eadem cauſa; nam cauſa Rei quandoque eſt favorabilior, *l. favorabiliores* 168. *ff. de Reg. iuris*. Sic *Decius num.* 3.

7. Not. tandem, quod in principio Cauſæ melior eſt conditio Actoris, quia contra Reum libellos, & ſcripturas porrigit, & ad ſui voluntatem cauſa in iudicio vertit. In medio par eſt conditio Rei, & Actoris propter exempla ſupra tradita. In fine verò melior eſt conditio Rei; Tum quia in obſcuris, & quando partium ſunt iura obſcura, Reo potius favendum eſt, quam Actori, ex *Reg.* 11. *in. in* 6. Tum quia Rei conditio eſt miſerabilis. Tum quia in dubiis tutior eſt liberatio, & Abſolutio, quam condemnatio: melius eſt enim errare in miſericordia remittendi, quam in ſeveritate ulciſcendi, ex *c. alligant verſ. deinde* 26. *q.* 7. *& l. abſentem, ff. de pœnis*.

Fallit igitur Regula in principio, & in fine Cauſæ, propter multas rationes, quas examinat *Peckius hic*; vera tamen eſt in medio cauſæ, ut patet ex ſu-

ſupra citatis exemplis; *Non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit*.

## REGULA XXXIII.

### Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.

Altera huic ſimilis eſt 76. *in iure civili: Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam*.
Et utraque coincidit *cum 21. Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt*.

## CAP. UNICUM.

*Oſtenditur quando variatio conſilij permittatur*.

1. FVndamentum Unicum. Mutatio conſilii, propoſiti, ſeu electionis tunc eſt illicita, quando ex mutatione ſequitur alterius damnum, ſeu iniuria; aliás ſæpè expedit mutare conſilium in melius. *Auth. de nuptijs, §. 1. verſ.*

non

*non erubeſcimus.* Ex hoc Fundamento.

Reſolves, Non poſſe Electores, Patronos, & Iudices mutare Electionem, novam Præſentationem facere, & contrariam ſententiam ferre: quia ex tali mutatione iniuria fieret Electo, Præſentato, & Iudicato: cum unuſquiſque per talem Electionem, Præſentationem, & ſententiam jus ſibi acquiſiverit, *c. quamvis de ſent. & re judicata.*

Idem dic de Contractibus, Matrimonio &c. cum limitationibus, quæ poſitæ ſunt in *Regula 21.* ad quam remitto lectorem pro exacta hujus Regulæ notitia. Sit igitur

2. Regula generalis. Quotieſcumque alicui eſt acquiſitum ius in re, & ad rem irrevocabiliter per alterius conſilium, propoſitum, aut conſenſum, ab eo, & ſibi invito, per novam mutationem, auferri non poteſt: aliàs ſibi fieret iniuria, violando jus alterius. Exemplum de venditione, quæ reſcindi non poteſt ſine iniuria alterius contrahentis, niſi accedat utriuſque conſenſus. Vide *Regulam 21.* quæ ſimilis, & affinis eſt huic trigeſimæ tertiæ. *Mutare conſilium non poteſt quis in alterius detrimentum.*

R E-

# REGULA XXXIV.

## Generi per ſpeciem derogatur.

**Ex** *l. in toto iure 81. de Reg. iuris*, **ex** *l. Sanctio 41. ff. de pœnis, c. 1. c. paſtoralis §. quoniam de Reſcript.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicantur termini Regulæ, & in quibus materijs præſens Regula locum habeat.*

1. GEnus hic non accipitur pro genere logicò, ſive dialecticò: ſed pro aliquo toto plures ſub ſe continente partes, ſive hæ ſint veræ ſpecies Logicæ, v. g. homo, Equus &c. ſive impropriè, ſeu legaliter, v.g. hoc Nomen, Fundus, importans quidquid ſolo continetur, *l. q. 115. ff. de verb. ſignif.* eſt genus ad Prędium, Agrum, Poſſeſſionem &c. quæ ſunt ſpecies, & inter ſe differunt. Rurſus cum Fundus ſit aliquod totum, poſſunt ejus partes appellari ſpecies, ut Ar-

Arbuſtum, Vinea, Hortus &c. Ita *Ioannes Brechanus in l. rectè dicimus n. 12. ff de verb. ſignif.*

2. Species verò apud Legiſtas, eſt id, quod prædicatur de pluribus Individuis, ſive philoſophicè, ut homo, qui prædicatur de Petro, Paulo &c. dicendo Petrus eſt homo, Paulus eſt homo &c. ſive prædicetur tantum legaliter, ut Ager, qui eſt ſpecies fundi, dicendo, Ager eſt fundus; & Ager, ut ſpecies prædicatur de hoc, & de illo Agro individuali.

Finis adæquatus hujus Regulæ eſt concordare Genus cum ſua ſpecie, quando unum alteri adverſatur; Ita *Barboſa in Collect. in hac Regula num. 2.* talis autem conciliatio fit mediante derogatione, per quam ſpecies univerſalitatem Generis hic, & nunc reſtringit: quia jurium correctio vitanda eſt, & iura, quæ invicem adverſantur, concordari debent, ſalva, quod fieri poterit, utriuſque Iuris natura, & proprietate verborum, quæ conciliatio expreſsè decernitur in *c. cum expediens in initio de elect. in 6.* & ideo, quando talis conciliatio alia via nequit haberi, niſi per derogationem ge-

generis, expedit hoc fieri ad ſalvandam utramque diſpoſitionem.

4. Hæc Regula procedit, ſive ſpecies præcedat, ſive ſequatur. Ita *Decius l. in toto n.7. Dynus nu.4. Peckius hic, n.7. Simeon Vaz de principijs & locis communibus utriuſque iur. L G.n.9. Barboſa tract. var. axiom.*108.*n.5.* Item hæc Regula habet locum in omni materia, videlicet in Teſtamentis, Reſcriptis, Statutis, Legibus, Conſuetudinibus, Contractibus &c. admiſſis tamen in aliquibus caſibus quibuſdam limitationibus. Ita *Caſtr. conſil. 476. in princ. lib.2. Berous conſil.* 57.*n.*10. *Tuſcus lit. G. concl.36.n.5. Peckius hic num.2.* Ex dictis igitur, & ſupra notatis doctrinis, ſit

5. Fundamentum generale. Generi per ſpeciem, hoc eſt, toti per partem, univerſali per particulare, derogatur, niſi in genere aliquis jus acquiſierit. Ita *Pomponius l. in toto iure, ff. hoc tit.* Ex hoc Fundamento.

6. Reſolves. Si penus Petro legata ſit, & Paulo vinum, hoc eſſe à Penu extrahendum, & dandum Paulo, tametſi vinum ſit ſpecies, ſeu pars contenta ſub genere, nempè ſub

penu;

penu; quia per ſpeciem generi derogatur; & limitatio, ſeu donatio Vini facta fuit Paulo, antequam Petrus jus acquiſierit illjus totjus. *l. 2. ff. de tritico, Vino &c. l. 3. ff. de pe. nu. lega.*

7. Si uni veſtimenta, alteri veſtis muliebris ſeparatim ſint legata; muliebre veſtimentum uni dandam eſſe, alteri reliqua cedenda; nam genus veſtimentorum limitatur ad reliqua, detracta ſpecie veſtis muliebris. *l. 1. ff. de auro, arg. leg.*

8. Valet hæc Regula in ultimis voluntatibus, & in legatis. Ita habetur in *l. ſervis Urbanis* §. *ſi alii vernæ. ff. de leg. 3.*

Exemplum ſit *ex l. Hæres meus* §. 2. *ff. eo. tit.* Si quis ſex ſtatuas habeat marmoreas, & præter illas rude marmor, & leget Titio duas ex dictis ſtatuis, eidemque relinquat etiam omne ſuum marmor, ex vi hujus legati acquiret Titjus totum illud rude marmor, nullam verò ſtatuam, præter illas duas nominatim legatas. Et ratio eſt, quia per ſpeciem generi derogatur; Genus

nus enim quod eſt marmor reſtringitur ad illas binas ſtatuas individuas, & ad marmor rude, quæ ſunt ſpecies ad omne ſuum marmor, quod eſt genus, & ſic excluduntur aliæ quatuor.

9. Valet hæc Regula in Contractibus, factis inter vivos. *Dynus hic num. 14. Decius l. in toto de Reg. ju. num. 12. Tuſcus lit. G. concl. 36. num. 64. Fulgoſ. conſil. 215. n. 1. Peckius hic. Barboſ. Axiom. 107. 15.*

Exemplum ſit: Si bona omnia Titii ſint tacitè obligata Sempronio, & Cajus velit contrahere cum Titio, ſed quia Titjus prius obligavit omnia ſua bona Sempronio, petit Cajus à Sempronio renunciationem juris anterioris hypotecæ in favorem ipſius Caii; tunc prima renunciatio generalis omnium bonorum in favorem Sempronii, reſtringitur ad Perſonam Caii, & ad ejus ſpecialem cauſam, & non ad aljas cauſas, & Perſonas; ut diſponitur in *l. jubemus initio C. ad Sen. Conſ. Velleja.*

10. Valet in Statutis; nam per ſpeciale

ciale derogatur generali. *Barb. Axiom.* 102. *n.8.* Excipe, quando ſpeciale continet id, quod continetur in generali; tunc enim, ſi generale diſponat contrarium, præfertur ſpeciali: ſecus autem ſi particulare in aliquo diſcordet à iure communi.

11. Valet in Legibus; nam ſi in eadem lege reperiantur verba generalia, & ſpecialia, per hæc generalibus derogantur. Item per conſuetudinem particularem generali derogatur.

12. Valet in Reſcriptis, & per ſpeciale generali derogatur. Ita ſtatuitur in *c. de Reſcript.* etiam ſi de generali mentio non fiat. *Decius l. in toto n.* 19.

13. Fallit Regula in Privilegiis, quia in illis ſpeciale non derogat generali, niſi de eo fiat mentio. *Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt.* 4. *num.* 2.

14. Sed contra eſt Textus in *c. Dudum*, *§. Nos igitur.* Et *c. Quamvis* 2. *ſ. nam prima de præben. & dignit. in* 6. Vbi Pontifex priori loco aſſerit Priori, & generali gratiæ derogari per poſteriorem ſpecialem, licet de priori mentio facta non fuerit. Exemplum habetur in *cit. cap. Dudum.*

Huic,

Huic, & ſimili inſtantiæ Reſpondetur cum diſtinctione. Aut per generale Privilegium non eſt acquiſitum ius in re; ſed tantum ad rem; Aut jam eſt acquiſitum jus in re: ſi primum, per ſpeciale derogatur generali; ſi ſecundum, per ſpeciale non derogatur generali, niſi de hoc in illo mentio fiat expreſſa.

De hac materia, & de applicabilibus huic Regulæ, ſecundum ampliationem, & reſtrictionem videatur *Tuſcus concl. cit. Barboſa Axiom.* 107.

15. In reliquo iuxta præcedentem ſenſum Regula vera eſt: *Generi per ſpeciem derogatur*. Neque intereſt, an ſpecies, an genus ſubſequatur; dummodo inter primum, & ultimum nemini ſit jus in re acquiſitum, ut ſupra ad obiectionem de Privilegiis reſponſum eſt. Exemplum ſit de pignore ſi Penus loco pignoris ſit Petro tradita, non poteſt vinum in ea incluſum Paulo loco pignoris dari; neque per ſpeciem, ſeu particulare vini derogaretur pignori generali Penus; nam jam Petrus ex Pignore generali acquiſierat jus in penum, nec poſſet iure acquiſito privari. *Caniſius in hac Regul.*

*gul. l. ſi generaliter , 6. C. qui potior in pign.*

# REGULA XXXV.

## Plus ſemper continet quod eſt minus.

*Ex l. in eo , quod plus ff. eo. tit.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicantur Termini Regulæ , & in quibus materijs Regula ipſa locum habeat.*

1. ISti duo termini , Plus , & Minus in hac Regula ſumuntur. Primò in ratione quantitatis, conſiſtentis in numero , pondere , & menſura ; eo modo , quo plus eſt in quantitate pondus, vel numerus quinquaginta , & minus in quantitate pondus , vel numerus viginti . Secundò in ratione totius ad partes v. g. Quid plus eſt Domus, quæ eſt totum, & quid minus eſt paries , vel tectum , quæ ſunt par-

partes reſpectu totius Domus; & hoc naturaliter patet ex terminorum apprehenſione in majori quantitate minorem contineri, & in toto partes includi, tanquam minus in eo, quod eſt majus. Sit igitur

2. Fundamentum generale, Qui poteſt majus, vel cui licet quod eſt plus, ſeu majus, licebit, & poterit minus; ſeu qui poteſt totum, poteſt & partem; ſi illud plus, majus, vel totum ſint in eodem genere, & cęteris paribus cum minori, vel parte; vel plus, vel totum non ſint naturaliter, vel politicè, ſeu legaliter indiviſibilia. Probatur fundamentum, quia ex Regula, plus ſemper in ſe continet quod eſt minus; ergo &c. Ex hoc Fundam. Reſol. Primò, valere has conſequent.

3. Homo Sacerdos poteſt abſolvere à mortalibus; ergo & á venialibus:

4. Petrus donat Paulo bovem; ergo pellem, & oſſa; quia minus, & pars continentur in toto.

5. Confeſſarius, ſi ex privilegio poteſt diſpenſare in Voto caſtitatis; ergo etiam in Voto non nubendi; quia Votũ non nubendi continetur in Voto caſtitatis, ſicut pars in toto, & minus in plus.

6. Habet quis facultatem diſpenſandi, ergo etiam commutandi; nam Commutatio eſt pars Diſpenſationis, & qui poteſt majus, poteſt & minus.

7. Reſolves ſecundò non valere has conſequentias. Habet quis facultatem diſpenſandi in voto non nubendi; ergo in voto caſtitatis: conſequentia non currit, quia Caſtitas eſt quid majus reſpectu non nubendi, & majus non continetur in minori, & in tali caſu facultas non extenditur, cum Reſcripta ſint ſtricti juris.

8. Poteſt quis commutare; ergo & diſpenſare; non currit conſequentia, quia ad plus ſe habet diſpenſatio, quam commutatio. Ita decernitur in *c. cum dilecta de Reſcript.* Ita *Barboſa in eodem cap. n.* 4. Ita *in c. cui de non Sacerdotali ſ. fin. de Præbendis in 6.*

9. Mulier poteſt ſua bona donare, vel diſtrahere: ergo & illa poteſt obligare pro alio: non valet conſequentia, quia & ſi plus ſit dare, quam obligare, dare tamen, & obligare ſunt in diverſo genere: & quamvis dare bona ſua mulieri permittatur à lege *l. 4. ff. ad S. C. Vellejan. l. 7. C. eod. tit.* eadem bo-

na

na nihilominus obligare mulieri in dicta lege prohibetur ſub fine.

10. Debitor tenetur dare totum v. g. Centum : ergo ſatisfacit dando quinquaginta : negatur conſequentia ; quia obligationes non ſunt poteſtates, ſed vincula : valet tamen inferre : Creditor poteſt recipere totum v. g. centum : ergo poteſt eſſe contentus parte v. g. quinquaginta : nam circa hoc ipſe habet arbitrium, & poteſtatem.

11. Hæres poteſt totam hæreditatem repudiare : ergo & unam, aut alterius partem : conſequentia non admittitur à lege *l. 1. & 2. ff. de acq. vel omitt. hæred.* & ratio eſt, ne defunctus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus deceſſiſſe dicatur : falſa igitur eſt conſequentia, quia iuxta fundamentum ſuperius aſſignatum, tota hæreditas eſt quid vinculatum, & à qualibet parte politicè, ſeu legaliter indiviſibile.

12. Cæterum Regula currit in ultimis voluntatibus, in contractibus, in ſententiis judicialibus, in teſtificationibus, in ſtipulationibus, & ſimilibus, admiſſis neceſſariis reſtrictionibus, & ampliationibus, ut in ſequentibus caſibus patebit.

13. Primus Caſus in ultimis Voluntatibus Teſtator ex intentione legat cẽtũ Petro, per errorem tamen ſcribit ducentos aureos, valebit legatum quo ad centos, quia minus continetur in majori quantitate. Item ſi leget ex intentione quartam partem ſuorum bonorum, ſcribat tamen dimidiam, quarta debetur legatario, ex *Dyno hic in initio, l. Quartam, ff. de leg.* 1. Quarta enim ineſt dimidiæ, ut minus in plus.

14. Secundus Caſus in ſtipulationibus, Franciſcus interrogans Petrum dicit. Promittis mihi decem? Petrus verò reſpondeat viginti, obligabitur ad decem, quia minor ſumma includitur in maiori, *l.* 1. *§. ſi ſtipulanti &c. ff. de verb. oblig. & l. inter ſtipulantem §. ſi ſtipulante me, ff. eo. tit;* & ratio eſt, quia Petrus voluit ſe obligare ad viginti, quod eſt plus continens minus; ergo á fortiori obligatur ad decem. Nec tenebitur ad viginti, quia obligatio Petri regulatur à Petitione Franciſci, cum interrogatione de decem.

15. Tertius Caſus in ſententiis. Si unus ex Iudicibus, vel Arbitris condemnat Reum in quindecim, Alius in de-

decem, Alius verò in quinque, ſententia valebit in quinque, quia omnes conſenſere in quinque, ut potè quid minus contentum in eo, quod eſt plus. Ita habetur in *l. Diem proferre §. plures, ff. de recept. Arbitr.* ita in *c.* 1. *de Arbitr. in 6.*

16. Quartus caſus in Teſtificationibus. Si unus Teſtis deponat Fundum poſſeſſum fuiſſe à Petro per decem annos; Alius verò per triginta, ſtabilitur per decem, quia minus continetur in plus. Sed *Decius in l. in toto ff. eo. tit.* aſſerit Regulam in hac materia teſtificationis fallere in Teſtibus deponentibus ſuper valore rei.

17. Quintus Caſus in Reſcriptis. Exempla vide ſuperius in *prima reſolutione, atque ſecunda de diſpenſationibus*, ut ex fundamento hujus Regulæ ſunt deducta; idemque licebit inferre in caſibus ſimilibus, patenſque erit Regula ex doctrina fundamentali, quod, *Plus ſemper continet quod eſt minus*; & quod, Pars continetur in toto, & ſi cui licet quod eſt plus, utique licebit quod eſt minus.

# REGULA XXXVI.

## Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.

Et *Paulus I.C. in l. qui dolo, ff. eo. tit. Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente habeatur, ſeu damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.* Et *Vlpianus in l. ad ea quæ §. 1. ff. eo. tit. ſemper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicantur termini, & ponuntur Caſus, in quibus Regula currit.*

1. NOt. primò hic non loqui de dolo bono, ut colligitur ex *l. 1. §. non fuit ff. de dolo malo.* Ubi *Gloſſa verſ. etiam malum,* junctâ aliâ *Gloſſa in l. Magiſtros C. de profeſſoribus lib.* 10. *verſ. conſpirante,* qui quidem dolus bonus eſt quædam prudens ſimulatio in ordine

dine ad honeſtum finem, qualis fuit Abrahæ, cum finxit Saram, non Vxorem, ſed ſororem fuiſſe, ne ab Egiptiis interficeretur. Et qualis fuit alloquutio Iacob cum Iſaac Patre ſuo propter primogenituram.

Sed in præſenti Regula ſermo eſt de dolo malo, qui ex lege ſupracit. eſt quæcumque calliditas, fallacia, & machinatio adhibita ad decipiendum, ſeu ad alterum circumveniendum.

Not. Secundò. Dolum latæ culpæ æquiparari, *l. quod Nerva, ff. Depoſiti*, quatenus, qui de dolo tenetur, etiam de lata culpa tenetur: differunt tamen inter ſe, inquantum Dolus ex fraude provenit, lata culpa verò ex fatuitate, & hoc idem habetur ex una *Gloſſa inſtit. quibus modis contrah. oblig. circa finem verſ. Dolo*. Vbi docet in Depoſito obligari Depoſitarium de dolo, & pariter de lata culpa, quæ pro dolo accipitur. Sit igitur

3. Fundamentum generale. Quicumque rem poſſeſſam relinquit, ſeu deſinit poſſidere dolo [hoceſt malitia propria] in præjudicium Tertii poteſt nihilominus, tanquam verus poſſeſſor juridicè conveniri, quia

ex juris fictione pro vero Poſſeſſore habetur: Probatur Fundamentum *ex Regula*; Nemini enim dolus, & fraus patrocinari debet, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de dolo malo*, & *c. ſedes de Reſcriptis*. Ex hoc Fundamento.

4. Reſolves Primò eadem actione agi poſſe in judicio contra eum, qui rem poſſeſſam in alium transfert malitiosè, ne iuridicè ut Poſſeſſor conveniatur, & in judicium vocetur.

Itaq; Contra eum, qui ne tanquam Poſſeſſor convinceretur, rem poſſeſſam deſtruxit: & loco rei deſtructæ, ex Iudicis ſententia pretium ſolvere tenebitur æſtimatione præcedente. *Peckius hic n.* 1.

5. In hac Regula comprehendi illum, qui dolosè alium impedivit, ne poſſideret *l. ſed & ſi lege §. meritò nam, & is, ff. de pet. hared.* hoc tamen intellige, quando impeditus habebat jus poſſidendi ex contractu, vel quaſi contractu, v. g. impeditus ne acquireret hęreditatem, vel legatum, ad quod ex vi Teſtamenti, quaſi ex contractu habebat jus ad rem, & in tali caſu impediens dolosè tenetur etiam ad reſtitutionem. *Streinius in hac Re-*

*Regul. num. 4. & communiter DD.*

*6.* Extendi etiam Regulam ad deſinentes poſſidere lata culpa; quia hęc dolo comparatur, exceptis cauſis capitalibus, ex *l. Mulier §.7. ſed enim, ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*

7. Valere item Regulam in Beneficiis Eccleſiaſticis; unde ſi quis ex duobus Beneficiis incompatibilibus poſſeſſis ſine diſpenſatione, alienet unius realem poſſeſſionem, reſervando ſibi tantum civilem, ſeu titulum, ne contra eum procedat Eccleſia; nihilominus ut verus Poſſeſſor habebitur, & contra eum procedetur cum privatione utriuſque Beneficii, ultra labem Simoniæ confidentialis, quæ ibi committitur.

Tanta igitur eſt vis Regulæ expoſitæ, quod, *Pro Poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.*

(.·.)

# REGULA XXXVII.

## Utile per Inutile non debet vitiari.

Idem habetur in *c. turbat.* 37. *diſt.* Idem in Civili *l.* 1. *§. ſed mihi, ff. de verbor. oblig. & l. qui teſtamento ff. de excuſat.*

## CAP. I.

*Præmittuntur quædam neceſſaria per Regulæ notitia.*

1. NOt. Primò. Per hos terminos *Utile*, & *Inutile* importari non ſolum proprium beneficium, vel utilitatem, & carentiam utriuſque aut neceſſarium, & non neceſſarium: ſed hos extendi etiam ad poſſibile, & impoſſibile, ut comprehendunt non ſolum res, verùm etiam tempus utile, & inutile, ſimiliter & Perſonas in utroque ſexu maſculino, & feminino. Ex *Peckio in comm. hujus Regulæ n. 1. 6.*

2. Not.

2\. Not. Secundò. Inutile hic dicitur Primò vel ex defectu cauſæ efficientis, v.g. venditor dicitur inutilis, ſi inhabilis ſit ad contrahendum. Secundò ex defectu cauſæ materialis, v. g. ſi materia ſit inutilis, & inhabilis ad finem, pro quo aſſignatur, v. g. Domus ad habitationem, ſi in ea non adſit commoditas dormiendi propter anguſtiam. Tertiò ex defectu Formæ, ſeu cauſæ formalis, v.g. quando deficit aliqua conditio ſubſtantialis formæ, neceſſariæ ad valorem diſpoſitionis, ſeu contractus; nam defectus unius partis formæ totam formam vitiat ex inſeparabilitate, & Individuitate formæ. Ita *Lotterius de re beneficiaria l. 3. q.17. n.13 & 14.* Quartò tandem ex defectu cauſæ finalis v. g. ſi adequatè ceſſet finis, per quem lex fuit inſtituta, tributum impoſitum, Privilegium datum: & ſimilia.

Vtile è contra dicetur, quando nullus habetur defectus ex prædictis quatuor cauſis.

3\. Not. Tertiò. Aliqua dicuntur Individua, ſeu Inſeparabilia, & Dividua ſeu ſeparabilia quadrupliciter ex *Bart. l. gracè §. illud, ff. de Fidejuſſori-*

 *bus.*

*bus*. Primò naturaliter, ut ſervitus, quæ naturaliter dividi non poteſt. Item obligatio poſt contractum, v.g. fabricandi Domum, vel reſtituendi aliquam rem, quæ ſine deſtructione totius dividi non poteſt.

Secundò ratione formæ, ut ſunt ſolemnitates, requiſitæ ad valorem actus, quarum una ab altera ſeparata, actus nequit ſubſiſtere. Tertiò ratione connexionis, & dependentiæ, ut eſt inter ſervum, & ejus peculium, *l.* 1. *&* 2. *ff. de Peculio*. Et inter Principale, & Acceſſorium. Quartò ratione conventionis inter ipſos Contrahentes, v.g. ſi ex pacto eligantur duo Compromiſſarii ad decidendum aliquam litem, ſi unus ex illis non poterat legitimè eligi, tunc electio erit nulla, & utile per inutile vitiabitur, quia inter ſe non ſunt ſeparabiles, non ex natura ſua, ſed ex mutua conventione, *l. pedius* §. *ſi in ſervum*, *ff. de recept. Arbit.*

CAP.

## C A P. I I.

### *Ponitur triplex Fundamentum, ex quo plures deciduntur Caſus.*

i. FVndamentum Primum. Si in Contractu, ſeu in quacunque diſpoſitione Contrahentes, ex poſitione inutilis, vel impoſſibilis circunſtantiæ, voluntatem non habuerint contrahendi, nihil factum dicendum, & utile per inutile vitiabitur. Secus verò, ſi in ſubſtantia contractus ſeriò non proceſſerint, ſed joco circunſtantiam illam inutilem adjecerint. Vt dictum in *Regul.6. num. 4. reſol.2.*

5. Secundum Fundamentum. Si inutile, Vtili coniunctum, ſit impedimentum dirimens, per inutilis circunſtantiæ adiectionem totus actus irritabitur. Ex hoc Fundamento.

6. Reſolves Primò. Omnia illa Matrimonia irritari, atque vitiari, quæ cum inutilibus impedimentis dirimentibus ſunt celebrata. Ita *omnes*.

7. Eman-

7. Emancipationem, Acceptilationem, hæreditatis additionem, Tutoris dationem vitiari per adiectionem diei, aut conditionis. *l. actus legitimi 77. eo. tit.*

8. Omnia Sacramenta vitiari, nulliuſque eſſe valoris, ſi illis addatur aliqua inutilis conditio de futuro: quia effectus Sacramenti non dependet à conditione ſuſpenſiva, ut dicetur in *Regula* 50. & hujuſmodi conditio eſt impedimentum dirimens.

9. Item nullam eſſe Epiſcopi electionem, ſi ad eam admittantur Laici: nam talis concurſus laicalis eſt impedimentum dirimens ex *c. Maſſana 56. de elect. &c.*

10. Tertium Fundamentum. Si Aliquod Inutile conjungatur, & addatur alicui utili, illudque Inutile ſit poſitivè, ſeu à lege interdictum, & ab utili nequeat ſeparari, totus Actus, Diſpoſitio, ſeù Contractus irritus erit, & utile per inutile vitiabitur. Ex hoc Fundamento.

Reſolves ſequentes Caſus.

# CASVS PRIMVS.

*An Locatio rei Eccleſiaſticæ ultra triennium ſit tota irrita, An verò ſubſiſtat quò ad trjennjum?*

11. SVppono cognitionem prohibitionis de nõ alienandis rebus Eccleſiæ ex Sacris Canonibus, renovatæ in Clementinis, & in Extravag. Ambitioſæ Pauli Secundi, exceptis tribus caſibus cum ſolemnitatibus adhibitis. Primò, ſi neceſſitas Eccleſiæ hoc ſuadeat: puta ſi Eccleſia alieno ære oppreſſa ſit, *d. Clem. 1. hoc tit. cap. 1. de pignor.* Secundò, ſi Pietas hoc exigat, ut ad pauperes alendos, aut captivos redimendos, *c. cum redemptor 12. q. 2. c. gloria. c. aurum. 12. q. 1.* Tertiò, ſi utilitas Eccleſiæ poſtulet, ut quia alienatur res, quæ ſervando ſervari non poteſt, aut quæ magis oneri eſt, quam emolumento, *c. ſine exceptione 12. q. 2. c. ad aures c. terrulas 12. q. 2. Ita Caſſinus in Iure Canon. explicat. per Aphor. Caniſius in ſumm. Iur. Canon. lib. 2. tit. 31.* quod totum intellige de rebus im-

immobilibus, & mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſint ultra triennjum. Secus verò de rebus perituris, ut fructus, veſtes &c. Inter hæc prohibetur etiam locatio ultra triennium ex *Pauli* II. *conſtit. Covarr. var. reſol. lib.* 2. *c.* 16. 17. *Navarrus ad c. Non liceat.* Quid igitur dicendum, Locatio v. g. quò ad Decennium erit tota invalida, An valida quò ad triennium, & irrita quò ad reliquum tempus?

Reſpondetur, irritum eſſe contractum quoad totum tempus vitiarique licitum per adiectionem illiciti. Ita *Bartholus*, *& Iaſon in Authent. Qui rem num.* 23. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alexander conſil.* 17. *numer.* 10. *lib.* 4. *Lapus alleg.* 89. *nu.* 4. *verſ. pro parte altera*. *Ruinus conſil.* 86. *num.* 8. *lib.* 1. *Tiraquell. de retract. convent. in fine num.* 146. *Gratianus in diſcept. forenſ. c.* 162. *n.* 23. *tom.* 1. *Covarr. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 5. qui licet initio videatur opinionem contrariam tenere: nihilominus in *§. tandem* amplectitur hanc priorem ſententiam: cui etiam adhæret, *Azorius par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæſt.* 4. *Mantica*, *Ge-*

*nuen-*

*nuenſis* , *Zaccharias Paſqualigo cenſetur 4. deciſ. 344.*

12. Probatur Aſſertum etiam ratione: quia licet ex parte materiæ ſit diviſibilitas, ſcilicet primi tres anni locationis á reliquis; nihilominus ex parte formæ habetur inſeparabilitas, nam una cenſetur locatio, & conſequenter tota indiviſibiliter nulla, cum ſit contra legem canonicam.

Confirmatur, quia in *Extravag. citat.* facta prohibitione, hæc verba ſequuntur ( Si quis autem contra hujus noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quidquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, infeudatio hujuſmodi nullius omninò ſint roboris, vel momenti ) dictio enim illa, omninò, idem importat, quod totaliter, & omni ex parte, ut advertit *Barboſa in tractat. var. de dictis uſufrequent. dict. 240. numer. 3. 4.*

Item confirmatur, ex *Clement. cit.* nullum jus acquiritur recipienti ex alienatione: ergo in totum erit irritus contractus: nam ex contractu valido jus

jus acquiritur á contrahente, quod verò nullum jus remaneat in recipiente: patet ex illa dictione (aliquid, jus acquiratur) quæ cum habeat negativam præcedentem (nec, recipienti aliquid jus acquiratur) Excludit modicum, imò & minimum jus ex *Barboſ. dict. 21. n.1.* igitur nullum jus.

Probabilis eſt opinio ſecunda huic extremè contraria. Tertia media ſimiliter probabilitate non caret, quæ pro conciliandis his duabus inter ſe contrariis ſententiis, diſtinctione incedit, ſumendo diviſibilitatem non à forma, ſed à tempore utili triennii, & inutili ultra triennium, quæ dignoſcenda eſt à voluntate, & intentione contrahentium. Vide *Bardum in hac Reg. cap. 2. num. 6. & 7.* hanc tertiam defendentem.

## CASUS SECUNDUS.

### *De Penſionibus.*

13. SVppono ex *Concil. Trid. ſeſſ. 21. de Reform. cap. 3.* Penſionem, quæ imponitur in reſignatione Beneficii, eſſe reſtringendam, neque debere

bere excedere tertiam partem fru-ctuum Beneficii; & hoc pro comoda Reſignatarii ſuſtentatione, itaut ſaltem remaneant centum pro Rectore, & mille pro Epiſcopo. Sit igitur

Caſus. Petrus reſignat Franciſco Beneficium valoris annui trecentum Ducatorum, reſervando ſibi penſionem, pertingentem ad centum, & triginta, licentia Pontificia ſuppoſita, cum clauſula [Dummodo non excedat tertjam Beneficii partem] Peribit ne in totum reſervatio, Penſionis, & Vtile pro tertia parte vitiabitur. Neper Inutile excedente tertjam partem, cum ſit contra formam præſcriptam à S. Pontifice: An potius valebit pro parte legitima?

Reſpondetur ſicut ad primum Caſum de Locatione, totam Penſionem vitiari, & hic Regulam non habere locum; quia licet inter illas duas quantitates poſſit eſſe diviſibilitas, Forma tamen Pontificis diſponentis eſt individua; itaut ſi penſio talem excedat quantitatem, irrita ſit, & nulla; & hoc probatur; quia Dictio illa (Dummodo) importat conditionem, quæ eſt forma ſubſtantialis, ut aſſerunt Juri-

ſtæ

ſtæ apud *Flaminium Pariſium de re-ſig. lib. 1. q. 3. num. 13.* ergo non ſubſiſtente forma, tota vitiabitur diſpoſitio, *l. Maevius, l. qui haeredes, ff. de condit. & demonſtrat.* ut ex pluribus aſſerit *Barboſ. in ſuis varijs tract. axiom. 100. n. 3.* & etiam in *c. cum dilecta nu. 6. de Reſcript.*

Confirmatur ex una deciſione Rotæ relatâ à *Garzia de Benefic. par. 1. cap. 5. num.* 417. ubi deciditur, Penſionem in obolo nullam, nullam eſſe totam Penſionem; ergo ex vi clauſulæ (Dummodo non excedat) ſi excedat, ut in caſu propoſito, in totum erit nulla. *Idem Flamin. citat. lib. 6. de reſignat. quaeſt. 2. num. 58. Gigas de Penſion. quaeſt. 9. num. 4.* qui citant *Mandoſium de Penſion. verſ. clauſula, Dummodo.* Huic ſententiæ videtur favere *Barboſ. tract. de clauſ. 49. num. 4.* ubi valde exagerat argumentum fundamentale pro noſtra ſententia.

14. Aliæ non deſunt opiniones, contraria una, duæ aliæ mediæ cum diſtinctione incedentes, negantes dictionem illam (Dummodo) importare conditionem, ſed potius modum, ſeu

ſeu diſpoſitionem modalem; ideo ex hac non arguitur indiviſibilitas, ſed tantum conſilium, & ſenſus ſit: quod Penſio excedens reducatur ad ſummam præſcriptam; ideo ſummentes hic Doctores diviſibilitatem ab illis duabus quantitatibus, liberè profitentur in hoc caſu Regulam habere locum, & utile per inutile non vitiari. Confitentur tamen ſupradicti totam vitiari Penſionem, ſi quantitas excedens imponatur ad inſtantiam reſignantis beneficium; quia ſub tali quantitate, & non aliter reſignare voluit, idcircò ex intentione reſignantis materia, ſeu ſumma illa redditur individua, & inſeparabilis, & in hoc caſu fallere Regulam.

15. Contra hoc Aſſertum obiicitur, & noſtra roboratur opinio. Nulla fit reſignatio quó ad ſubſtantiam, & quò ad Penſionem ipſi impoſitam, quæ nõ fiat, non & dependeat à Voluntate, & inſtantia reſignantis; nam requiritur conventio, & conſenſus Reſignantis, & Reſignatarii; igitur reſervatio tantæ penſionis ſemper erit individua ex voluntate Reſignantis in

tali

tali ſumma volentis reſignare, & non aliter.

Concedo quidem Penſionem imponi aliquando ob vacationem Beneficii, & ob alias cauſas, & non ad inſtantiam Reſignantis: ſed tunc nihilominus tota Penſionis reſervatio vitiabitur, ex ratione fundamentali ſupra dicta, ratione, ſcilicet, Formæ ſubſtantialis indiviſibilis, quæ totam valet vitiare reſervationem, dependentem ab intentione concedentis; & non à ſimplicitate impetrantis, *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *d.* 21. *quaſt. ult. num.* 56.

Tertius Caſus de Reſcriptis.

16. Reſcriptum, quod eſt mandatum Principis aliquid concedentis, vel præcipientis, aliud eſt gratiæ, quod conceditur ad beneficia, & alias gratias obtinendas, ſive ad inſtantiam, ſive motu proprio; aliud eſt Iuſtitiæ, quod impetratur ad lites forenſes, ut ad committendam cauſam Iudici in foro externo decidendam. Ita *Menoch. de Arbitrar. lib.* 1. *centur.* 3. *caſu* 101. *apud Sanch. lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 21. *n.* 1.

Aliquando contingit Reſcriptum

eſſe

eſſe ſubreptitium, ac nullum, ratione cauſæ tacitæ, neceſſariò explicandæ, vel falsò expreſſæ, quæ cauſa, vel eſt finalis, quæ in præſenti ea eſt, qua non exiſtente, Princeps gratiam non concederet, vel qua ſignificata, negaret: vel eſt impulſiva, & eſt illa, qua tacita, vel falsò in precibus ab Oratore narrata, facilius, aut difficilius Princeps gratiam concederet. Ita *Tiraqu. in materia de Reſcript. tract. ceſſante cauſa limit. prima. Sanch. cit. n.* 8.

His ſuppoſitis propono duplicem caſum in reſcriptis gratiæ, quæ, cum ipſo jure per ſubreptionem ſint nulla, facilius vitiantur, quam reſcripta juſtitiæ, quæ manent in ſuo robore uſque dum ab adverſario ſubreptio allegetur.

17. Tertius Caſus. Si Petrus impetret diſpenſationem Voti caſtitatis, & Peregrinationis Hieroſolymitanæ, cauſa finali ſcienter falsò allegata circa unum votum, vera autem circa alterum, vitiabitur Diſpenſatio ſolum circa Votum; in quo cauſa falſa fuit, valebit tamen quo ad alterum; quia iſta duo Vota inter ſe ſunt ſeparata, igitur duæ Diſpenſationes, quarum

rum una utilis non vitiabitur per inutilem.

18. Quartus Caſus. Paulus duplicis impedimenti ad Nuptias in eodem Reſcripto obtinet diſpenſationem, ut Voti caſtitatis, & conſanguinitatis, volens contrahere cum Ioanna ejus conſanguinea; ſed quia falsò allegavit cauſam finalem contrahendi cum Ioanna, ſcilicet paupertatem Ioannæ, veram tamen exprimendo cauſam diſpenſationis Voti caſtitatis, ideſt periculum incontinentiæ; de nulla parte Reſcripti ſentiet beneficium, quia doloſa ſubreptio unius partis vitiat totam diſpenſationem. Ratio eſt, quia cum reſcriptum ſit ad eandem cauſam, eundemque finem reſpiciens, unum prorſus cenſebitur reſcriptum, totumque ex una inutili parte vitiari. Ita *Decius apud Sanch. cit. lib. 8. diſput. 21. q. ult. num. 71. & 72. Bardus in hac Reg. c. 4. in fin.*

C A-

# CASVS QVINTVS.

## *De Proceſſibus.*

19. SI Teſtis in una parte Proceſſus falſum aſſerat, & falſitas ſit circa ſubſtantiam, totus Proceſſus vitiabitur; quia data ſeparabilitate inter partes depoſitionis Teſtis ex ſua natura, ſunt nihilominus inter ſe connexæ, & indiviſæ in ordine ad eundem finem, ideſt ad veritatem à Judice inveniendam, ex *text. in capit. Pura, & ſimplex 3. quæſt. 9.*

Confirmatur ex *S. Auguſt. epiſt. 9. ad Hieronym.* & habetur in *cap. ſi ad ſcripturas diſtinct.* 9. ubi dicitur, quod ſi in ſacris ſcripturis aliquod mendacium, etiam officioſum inveniretur, tota deperderetur ſcripturæ auctoritas. Ita *Gloſſa, DD. communiter, Tiraquell. de pœnis temporal. cauſ. 44. num. 42. Iul. Clar lib. 5. §. fin. quæſt. 53. Farinac. tract. de Teſtim. qu. 68. à num. 111. Maſcard. de probat. concluſ. 743. Rebuff. de reprobat. Teſt.*

 *n. 204.*

*num.* 204. *Barboſa in Collect. d. cap. Pura.*

Si verò falſitas in Proceſſu ſit circa accidentalia tantum, cum hæc ſint à ſubſtantialibus ſeparabilia, utile per inutile non vitiabitur.

## CASVS SEXTVS.

### *De Sententÿs.*

20. SI *Iudex in ferenda ſententia contra Debitorem, ipſum condemnet de majori ſumma, quam ſit debita, v.g. ſit debitor Petrus de centum, & condemnetur de centum, & triginta: Irrita ne erit tota ſententia, An valebit pro ſumma debita tantum, & curret Regula: Utile per Inutile &c.?*

Reſpond. Totam vitiari, & ei Regulam non ſuffragari; quia ſententia eſt quid individuum, ut habetur in *l. in hoc judicio, ff. familiæ herciſcundæ. Bald. in cit. l. Barboſ. in Collect. in hac Regula. Peckius n.*11.

CA-

# CASUS SEPTIMUS.

## *De Inſtrumentis.*

21. *AN falſitas in una parte Inſtrumenti vitiet totum Inſtrumentum?*

Reſpond. Affirmativè, ſi falſitas contingat circa ſubſtantialia, in quibus Notarius fidem facit, & ex qua pendeat tota vis Inſtrumenti, ut de loco, tempore, Teſtibus &c. nam hæc ſunt individua, & in unum finem veritatis connectuntur: una enim parte veritatis vitiata, veritas tota periclitat. Secus verò, ſi falſitas ſit circa accidentalia à ſubſtantialibus ſeparabilia, ut, ſi falſitas ſit circa nobilitatem, paupertatem, habitationem Contrahentis &c. ex *c. quanto verſ. abſentium de his, quæ fiunt á Præl. & Gloſſ. in c. ſi ad ſcripturas ſanctas diſt. 9. verſ. quid in eis.* Ita *DD. in l. ſi es falſis C. de tranſact. Cinus nu. 5. Barthol. n. 2. verſ. aut inſtrumentum. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 742. Barboſ. in c. cit ſi ad ſcripturas*, & alii apud ipſum *n.* 1.

# CASVS OCTAVVS.

## *De Electionibus*:

22. IN *cap. quia propter de electione*; diſponitur, ut tres eligantur ſcrutatores de Collegio, qui ſigillatim vota omnium diligenter exquirant; ſuppoſito quod plures, quam tres deputentur. *Quaritur An teneat Electio, & Utile per inutile non vitietur. An tota corruat Electio?*

Prima opinio *Abbatis in citat. capit. Baldi*, & *aliorum* eſt totam vitiari Electionem; quia numerus ternarius eſt de eſſentia formæ ſubſtantialis, quæ cum ſit individua, totam, ex unius partis vitio, reddi irritam.

Secunda negat vitiari totam; quia forma reſpicit paucitatem, non pluralitatem; ideſt quod non ſint pauciores tribus, ut evitentur fraudes. Probatur à pari; quia in *l. hac conſultiſſima C. de Teſtam.* in Teſtamento ſolemni, & clauſo requiruntur neceſſariò ſeptem teſtes, & tamen ſi plures interveniant, adhuc validum eſt teſtamentum; à pari dicendum in propoſito.

ſito. *Zabarella. Lotterius de re beneficiaria lib.3. q.17. n.9. Franciſcus Samuel in diſp. de elect. canon. controverſ. 1. concluſ. 3. num. 8. Mandogottus de elect. cap. 23. apud Bardum hic nu. 39. & 40.* Prima videtur ſecurior, & ſecunda probabilior.

## CASVS NONVS.

### *De Electionibus ad Beneficium.*

23. *AN Electio ad Beneficium Eccleſiaſticum tota vitietur ex Simonia commiſſa cum uno tantum ex electoribus quamvis ſufficiant ad electionem reliquorum ſuffragia?*

Reſp. Affirmativè, quia Electio procedit ab Electoribus, ut univerſis, qui cum eligant jure Collegii, faciunt unum inter ſe, & unam Electionem individuam; ergo una pars utilis per inutilem Simoniacam vitiabitur. Ita habetur in *c. nobis fuit verſ. uni, vel omnibus de Simonia. Garzia de Benef. p.8. c.1. Franciſcus Maria Samuel tractat. de elect. canon. controv. 4. concl.6. Barboſa in eodem cap. Nobis. Bardus, & alij.*

Contrarium eſt dicendum, ſi in Præſentatione ad Beneficium facta à pluribus Patronis, ex parte unius tantum Simonia committatur: nam tunc una per alteram non vitiabitur, quia præſentatio procedit á pluribus, ut ſingulis, & non ut ab uno, ideo datur diviſio inter eas præſentationes, ut fuit deciſum *in Rota teſte Farinac. lib. 1. deciſ.* 103.

24. Sed quid dicendum ſi inter Collatorem, & Proviſum Simonia intercedat, cognita, ac volita à Collatore, & à Proviſo inculpabiliter ignorata? Reſpond. totam vitiari collationem in odium talis delicti, quamvis bona fides unius ab alterius mala ſit ſeparabilis, ſic Eccleſia decernente, ex *c. ex inſinuatione, & c. nobis de Simon.* ubi ſtatuitur talem proviſionem eſſe penitus reprobandam, ideſt ipſo iure nullam, quod totum ex *Garzia* importat illud verbum [ Penitus] Hoc idem deducitur ex *S. Thom.* 2. 2 *qu.* 100. *art. 6. ad tertium*, ubi docet Proviſum teneri reſignare beneficium cum fructibus, ſtatim ac ſciat labem Simoniæ. Ita communiter *Canoniſtæ apud Garziam tract. de Benef par.* 8. *c. 1. n.* 14.

CA-

# CASVS DECIMVS.

## *De Voto.*

*An Votum de materia partim apta, & partim inepta, totum vitietur.*

25. NOt. Voti materiam dici ineptam, vel quia eſt turpis, vel impoſſibilis: vel in ſe, vel reſpectu voventis, vel quia eſt indifferens, ideſt neque bona, neque mala moraliter.

Reſp. cum diſtinctione: vel vovens vult illa duo per modum plurium, & diviſibiliter, v. g. vult quis Peregrinationem, & hæc eſt pars apta, ſed quia eſt peregrinatio ad loca Hieroſolymitana, & flexis genibus, hæc erit pars inepta: vel vult illa per modum unius, & indiviſibiliter. Si primo modo, Votum erit validum quo ad partem aptam, & invalidum quo ad ineptam. *Bonac. de leg. diſp. 4. qu. 2. p. 4. Aliÿque apud ipſum. Thom. Tamb. in Decal. c. 11. l. 3.* §. 5. Si verò ſecundo modo, Votum erit irritum totum. Vtileque per inutile vitiabitur.

26. Probatur quo ad primam partem ex illo principio generali in *c. ſi infantes §. idem quoque de deſponſat. impub. in 6.* Vbi ſic dicitur, [ Actus valuit, ut potuit, non ſicut agebatur. ] Quod explicat *Gloſſ.* §. *Matrimonium*, his verbis [ & ſi non valet, ut ago, valet, ut valere poteſt. ] *Menoch. conſil. 314. n. 4.* Ergo ſi Votum non valet, ut fuit emiſſum quo ad utramq; partem, valebit, ut poteſt quo ad partem poſſibilem; Confirmatur: nam Votum ſemper terminat ad aliquod poſſibile.

27. Probatur quò ad ſecundam partem. Quia vovens intendit illud complexum indiviſibile, partim aptum, & partim ineptum, ut integrum obiectum voti: ergo uno vitiato, & alterum vitiatur; & Regula de utili, & inutili non habet locum.

28. Sed major difficultas eſt, quando non conſtat, An vovens voluerit duas illas partes materiæ aptæ, & ineptæ, per modum plurium, vel per modum unius. Quid reſolvendum in tali caſu? Sit igitur.

RE-

## REGULA PRIMA.

*28.* FActa materia Voti impoſſibili quo ad unam partem, ſi materia non ſit diviſibilis, ad nihil tenetur vovens. V. G. Votum de Templo ędificando, ſi totum non poteſt, & non conſtat vovẽtem ad partem ſe obligaſſe, ad nihil tenetur: quia, dum non conſtat de intentione voventis, voluntas cenſetur, ex generali principio, tendere in obiecta ſecundum eorum naturam: ergo, ſi partes materiæ ſunt diviſibiles, ut tales præſumuntur volitæ: ſecus verò ſi ſunt individuæ, & inſeparabiles.

## REGULA SECVNDA.

*29.* SI materia Vota ſit dividua, & ſoleat dividi, obligabitur vovens ad partem aptam, & poſſibilem, & Vtile per inutile non corruet: Ratio eſt, quia pręſumitur vovens voluiſſe partes materiæ ſecundum earum naturam: ergo, data inter eas diviſibilitate, tenebitur ad partem aptam v. gr. Votum jeiunandi tota heb-

domada, ſi totam non poteſt, tenetur vovens ad partem poſſibilem. Jtem Votum caſtitatis poſt Matrimonium contractum abſque uxoris licentia emiſſum, obligat voventem ſe abſtinere á petitione debiti, non autem à redditione, quia petitio eſt licita, & poſſibilis, & redditionis negatio eſt illicita, eſt enim contra Ius uxoris; igitur obligabitur vovens ad licitam ab illicita ſeparabilem.

## REGULA III.

30. SI votum ſit diviſibile, & una pars ſit principalis, & altera acceſſoria, & à prima dependens: ſi principalis ſit inæpta, vel impoſſibilis, totum præſumitur volitum per modum unius; & principali non obligante, neque obligabit acceſſorium. *Ex Reg. iur. in 6. Acceſſorium ſequitur &c.* v.g. Votum peregrinationis ad loca Sancta in cilicio, & tali occaſione deferrendi cereum, ſi peregrinatio fiat impoſſibilis, non obligat Votum deferre Ciliciũ, & Cereum mittere. *Buſemb. l. 1. tract.* 11. *dub.* 5. *in* 2. *precept. Decal. Sanch. l.* 7. *c.* 1. *d.* 10.

Obli-

Obligabitur tamen vovens ad Principale, etiam ſi ruat Acceſſorium, v. g. ire Romam, ſed non in Cilicio; hoc modo ſcilicet, quando Acceſſoria circumſtantia deficiente, votum non poſſet, aut ſaltem difficilius adimpleri, v. g. Peregrinatio ad limina equo, vel curru; nam tunc præſumeretur Acceſſorium, & Principale per modum unius fuiſſe volita. *Sanch. cit. ibi. num. 7. ex Bard. hic cap. 11. num. 57.* & tunc ruente Acceſſorio, etiam Principale deficeret.

Sed quid dicendum de Libro, in quo continetur doctrina mixta Catholici, & Hæretici, An totus vitietur, & comprehendatur ſub lege prohibente libros Hæreticorum?

31. Hic non loquimur de libro tractante de Hæreſi, vel de Religione, quia hic prohibetur in *Bulla cœnæ in primo capite*, ſed de libro mixto ut ſupra.

Relictis aliis opinionibus. Reſp. negativè, quia Auctor libri [ut ſuppono] è liber compoſitus á Catholico; ergo non venit nomine libri Hæretici in lege contenti: nam lex prohibens libros Hæreticorum eſt pęnalis, & con-

ſequenter eſt reſtringenda propter pœnas: eſſet tamen ejus lectio vitanda, quando ex Inquiſitorum ordine ſuſpenſio, aut ejus prohibitio fuiſſet intimata propter ſuſpicionem falſi Dogmatis, ut patet ex *Regula 3 Indicis Hiſpani, & Regula* 10. *Indicis editi á Pio IV. & Clem. VIII.* Vide *Sanch. lib.*2. *in Decal. c.*10. *num.* 25. *Duardum in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *qu.* 43. *Carenam de S. Offic. inquiſit. tit.* 10. *Diana part.*1. *tractat.* 11. *de Bulla Cruciata reſol.* 32.

Hæc, & ſimilia dubia, hujus Regulæ doctrina, ſunt enucleanda, & ſi rectè Fundamenta expoſita intelligantur, verus Regulæ ſenſus cuique patebit, quomodo, & quando: *Utile per inutile vitiari non debeat.*

R E-

# REGULA XXXVIII.

## Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.

Ex *l. Papinianus* 8. *§. meminiſſe, ff. de inofficioſ. teſtam.* & *c. cum olim* 19. *de cenſib.*

## CAPUT UNICUM.

*Senſus Regulæ oſtenditur, caſus exponuntur, in quibus Regula valet, cum ipſius limitationibus.*

1\. SEnſus, & finis Regulæ eſt, ut Inconſtantes puniantur, ne fructum aliquem percipiant ex ea re, quam impugnare conati ſunt, quem tamen percepiſſent, niſi eam rem temerè impugnaſſent: ita in propoſito loquuntur Iuriſtæ: Nemo approbare poteſt, quod ſemel impugnavit, *l. diſpenſatorem, ff. de ſolut.* Sicuti è contra, Quod ſemel quis approbavit, amplius reprobare

bare nequit, *l. Pomponius, ff. de negot. geſt.*

2. Valet primò Regula in Teſtamentis: unde is repellitur à conſecutione legati, in Teſtamento ſibi relicti, qui ipſum Teſtamentum veluti falſum impugnavit: & ſi legatum accepit, repetetur ab eo, & Fiſco tradetur, ex *cit. l. Papinianus, & l. ſi Teſtamentum falſum, ff. de pet. hæred.*

3. Valet ſecundò in Contractibus, v.g. impugnando illos, ut falſos, aut invalidos; & tunc impugnans nequit ex illis aliquod commodum, vel emolumentum conſequi.

4. Valet in Inſtrumentis; nam ſi quis allegavit falſitatem alicuius inſtrumenti, fructus ex eo nequit percipere: vel ſi percepit, poſteaque ipſum impugnavit, fructus perceptos tenetur reſtituere: quia ſi allegari poteſt, damnari non debet: & ſi damnari debet, allegari non poteſt, ex *cit. c. cum olim, Streinins hic ampliat.* 1.

5. Valet in ſententia Arbitri, ut, ſi quis impugnet in judicio ſententiam Arbitri, non poteſt illam in ſuum commodum allegare. *Pariſ. conſil.* 75. *nu.* 3. *Peckius hic.*

Idem

Jdem dicito cum *Peckio* de impugnantibus Teſtes, deponentes in eorum favorem, quibus non eſt faciliter ſtandum.

6. Valet in materia Tutelæ per *Textum in l. cum quæritur, ff. de administrat. & pericul. Tutor.* ubi ſtatuitur, quod finita Tutela, Pupillus non poſſit nomine ſuo, aut Tutoris, Nomina Debitorum ex parte admittere, & ex parte reprobare, ſed debet, vel omnia admittere, vel omnia reprobare; ne iuxta Regulam fructum reportet ex eodem contractu Tutelæ, quem partim conatur improbare. Hæcque doctrina verificatur in omni materia, ita ut, id, de quo agitur, vel totum eſt recipiendum, vel totum reiiciendum: quia idem actus non admittit diviſionem, ex *l. neminem, ff. de leg. 2.*

7. Fundamentum diſpoſitionis huius Regulæ deſumitur ex cit. *c. cum olim circa fin.* & conſiſtit in hoc. Quod eo ipſo, quo quis impugnat valorem, & fundamentum iuris ſui; videtur illi tacitè renunciaſſe. Ita *Caniſius in hac Regula. Caram. Theol. fundam. t. 1. hic pag. 351. n.* IM.

8. Fal-

8. Fallit tamen Regula Primò ſi impugnas Teſtamentum, vel aliam diſpoſitionem, ante ſententiam Iudicis pęniteat, & deſiſtat, *l. alia cauſa, C. de ijs, quibus, ut indignis*: nam Iura pęnitenti, & deſiſtenti ignoſcunt.

9. Secundò, quando in eadem re inveniuntur diverſi effectus non connexi.

10. Tertiò, Quando Iudex ex officio velit fundare iudicium ſuper illa probatione, quam quis impugnavit: poterit enim ea uti, etiam in favorem impugnantis: Quia talis poteſtas Iudicibus eſt permiſſa. *Peckius in fin. explicat. hujus Regulæ*: quæ admiſſis debitis limitationibus, rationabiliter decernit: *Quod non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.*

R E-

# REGULA XXXIX.

**Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quę ſequuntur ex illo.**

Ex *l. Pupillus* §. *ſed ſi per interpoſitam* *ff. de auctorit. Tutor.* ex *l. oratio*, *ff. de ſponſal.*

1. Alia habetur Regula in civili, & eſt. Cum quid prohibetur, & omne id, per quod pervenitur ad illud, prohibitum cenſetur, *l. oratio cit. l. cum legem*, *ff. de fidejuſſor.* Hæc duæ Regulæ, & ſi inter ſe non videantur differre, ſunt nihilominus omninoque diverſæ: quia prima loquitur de conſequentia prohibitionis extremorum, quæ procedunt ex primo prohibito, veluti effectus à cauſa, quaſi Acceſſorii participantes cum ſua cauſa eandem prohibitionem: ſecunda loquitur de conſequentia prohibitionis mediorum, per quæ pervenitur ad extremum prohibitum: quaſi res prohibeatur, veluti effectus obtinendus per media, quæ ſimul cum ipſo prohibita cenſentur.

C A-

# CAPUT UNICUM.

*Exponuntur prædicta duæ Regulæ Canonica, & Civilis per duo fundamenta.*

2. FVndamentum Primum. Cum quid eſt à lege prohibitum, prohibitione dirimente, & annullante, prohibentur, & annullantur omnia, quæ neceſſariò ſequuntur ex illo; manente cauſa perpetua prohibitionis.

3. Pro hujus Fundamenti notitia, ſcias duas dari prohibitiones; prohibentem unam, alteram etiam annullantem: ſi quæ geſta ſunt contra leges prohibentes tantum, illicitè quidem, ſed validè ſunt geſta; hujuſmodi ſunt aliqua matrimonia celebrata cum impedimento impediente tantum, per quod illicita, valida tamen exiſtunt; neq; quod ſequitur ex actione interdicta tantum, ſemper eſt interdictum; Quæ verò geſta ſunt contra leges prohibentes, & ſimul annullantes actum, illicitè, & invalidè geſta ſunt, & quod ſequitur ex actione

ne

ne illicita, & nulla, ſemper nullum eſt; hujuſmodi ſunt aliqua Matrimonia celebrata cum impedimento dirimente, & annullante: pro quo facit Decretum *Theodoſij*, *& Valentiniani Imperator. in l. non dubium S. C. de legib.* ubi ſic decernitur, [Nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente] ſubintellige, non ſolum interdicendo: ſed annullando contractus, & alia ibi ſequentia.

4. Ex hoc Fundamento:

Reſolves. Ex venditione prohibita, & à lege nulla, nullam eſſe rei traditionem, eiuſque dominii translationem, hujuſmodi ſunt alienatio fundi dotalis, *l. rem in præſenti §. & cum lex C. de rei Uxoriæ act.* & *inſt. quibus modis alien. licet.*

Tales ſunt alienationes rei Eccleſiaſticæ ſine debitis ſolemnitatibus §. *de rebus Eccl. non alien.* & *C. de ſacroſ. Eccl. l. jubemus*, imò, ſi venditio ſequatur, Prælatus, vel Æconomus ad vendicandum admittitur. Idem dicitò de rebus *minorum 25. annis*.

5. Sed contrà eſt *l. pen. ff. de fund. dot.*

*dot. & l. cum vir prædium ff. de uſucap.* Vbi prohibetur venditio fundi dotalis, & irrita eſt venditio, facta tamen traditione, transfertur dominium irrevocabiliter; ergo ex venditione nulla non annullatur traditio Dominii, ſequens ex ea:

Reſpondetur leges citatas loqui de fundo dotali, ſoluto matrimonio, quia tunc ceſſat eſſe dotalis, & valet venditio, & quod ſequitur ex ea; lex verò ſuperius tradita loquitur de alienatione fundi Dotalis durante matrimonio, quæ ut in fundamento diximus prohibet, & irritat talem alienationem ſtante cauſa matrimonii, cujuſque translationem dominii, quæ ſequitur ex ea, & in hoc ſenſu accipienda eſt Regula tradita.

6. Nec obſtat *l. eleganter. ff. de dolo,* ubi aſſeritur fieri poſſe translationem Dominii ex contractu prohibito cauſa durante; quia lex iſta loquitur de contractu prohibito, & non annullato, ex quo, durante etiam cauſa, fit translatio Dominii. Sed Regula noſtra, ex fundamento poſito, loquitur de contractu prohibito, & invalido, & de iis, quæ ſequuntur ex eo.

7. Se-

7. Secundum Fundamentum. Cum prohibetur quid prohibitione annullante, prohibentur, & annullantur ea omnia, per quæ immediatè pervenitur ad conventionem, contractum &c. irritum, & annullatum, manente cauſa perpetua prohibitionis. Secus ſi cauſa prohibitionis rei prohibitæ, & irritæ, ſit ad tempus. De hoc etiam in Reg. 84.

Ex hoc Fundamento cit. Regulæ Civilis.

8. Reſol. Ex Prohibitione annullante Matrimonium inter aliquas Perſonas, annullari etiam ſponſalia, per quæ pervenitur ad illud, ex *l. Oratio cit. Dynus Muxell. in Reg. 39.*

9. Sed contra eſt, quia in *l. ſi quis officium ff. de ritu nupt.* prohibetur matrimonium, & non prohibentur ſponſalia. Item ex *Concil. Trid.* prohibentur Matrimonia clandeſtina, & non prohibentur ſponſalia præcedentia. Item à lege eſt prohibitum, & irritum Matrimonium inter impuberes, & tamen ſunt valida inter eos ſponſalia, per quæ pervenitur ad illud.

Reſp. Has objectiones non militare con-

contra Regulam, quæ ſolùm loquitur de iis, quæ prohibentur ex cauſa perpetua prohibitionis; non autem de cauſa ad tempus; ut eſt impubertas, per quam prohibentur matrimonia inter impuberes, & clandeſtinitas, ſed quia iſta tractu temporis tolluntur, ideo eorum ſponſalia, per quæ pervenitur ad talia matrimonia irrita, non annullantur.

Firmæ igitur ſunt cit. *Regula Canonica, & Civilis in ſenſu ſupra expoſitos*.

## REGULA XXXX.

### Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.

Eadem Regula in civili habetur *ex l. ubi numerus 2. ff. de Teſtib.*

## CAPUT I.

*Ponuntur aliqui caſus, in quibus Regula currit.*

1. PEr hanc Regulam non excluditur maior numerus, ſi à lege

lege requiratur, ut in Teſtamentis numerus ſeptem Teſtium, *l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facere &c.* & *l. hoc inter liberos §. per nuncupationem. C. de teſtam.* Sicut etiam quinarius exigitur in Codicillis, & in donatione cauſa mortis, *l fin. C. de donatione cauſa mort.* ſed vult Regula pluralem numerum ſalvari poſſe in duobus, quando ſermo pluralis claré non cadat ſuper pluralitatem determinatam. Ratio eſt, quia in obſcuritate numerorum pluralium minimus eſt ſequendus, & iſte complectitur duos. His ſuppoſitis.

2. Currit Regula Primò in Teſtamentis, v. g. lego ſervo libertatem poſt annos, intellige poſt biennium *l. libertas §. poſt annos ff. de manumiſſ. Teſtam.* Item lego poſt dies, ideſt poſt duos dies, *l. inter illam in fin. ff. de verb. ſignif.*

Idem dicatur de Teſtibus ex *cit. l. ubi numerus.*

3. Secundò currit in Beneficiis, v. g. diſpenſatus à Papa ad plura beneficia obtinenda, duo poterit, & non plura obtinere. *Gloſſ. hic in explicat. caſus. Baldus concl. 342. verſ. factum*

*tale eſt lib.5. Tuſcus tom. 6. lit. P. concl. 367. n.6.* Ratio eſt, quia Diſpenſatio eſt odioſa, ideo ad minorem numerum, ſcilicet ad duo reſtringitur. Sit igitur.

4. Fundamentum Primum. Pluralis ſermo (ubi non conſtat clarè, de quo numero ſit intelligendus) reſolvitur in numerum duorum (nimirum in lingua latina) quia in lingua Hæbrea, & Græca datur numerus dualis à ſingulari, & plurali diſtinctus. Ex hoc Fundamento.

5. Reſolves. Dictionem, *Pluries,* replicatam importare duorum geminationem, v.g. pluries, & pluries tibi ſit conceſſa facultas abſolvendi á reſervatis, intellige pro quatuor vicibus; *Imola conſil.181. Tuſcus conſil. cit.* Idem dic de depoſitione Teſtium geminata, & intellige de quaternario numero.

6. Facultatem prorogandi pluries terminum, intelligi bis poſſe prorogari. *Baldus conſil.*101. *nu.5. Tuſcus ibi n.9.* Item facultatem alterum obligandi pluries, reſtringi ad duas vices: *Bald. conſil.* 104. Idem dicito de facultate ſubſtituendi.

7. Voventem pluribus diebus inde-

determinatè jeiunare, ſatisfacere, ſi bis jeiunet. *Barthol. à S.Fauſto in Theſaur.Religioſo, l.1.q.*181. *n.*3 *Sanch.in Decal. l.4. c.13. Tancred. in quaſt. moral. tr.3.q.*119. dummodo ex circumſtantiis, ex mente voventis, vel ex motivo aliud non colligatur.

8. Legatum diſtribuendum indeterminatè pluribus Pauperibus, poſſe duobus tantum diſtribui. *Diana part.* 10. *tractat. 11. reſolut.* 19. *Zacchar. Paſqual. in quaſt. moral. cent.3. qu.* 230. *num.*3. & ſi quantitas eccederet eorum inopiam, & aliis poſſet, iuxta exigentiam neceſſitatis, diſpenſari.

9. Duas ſufficere præſentationes, ut ſatisfiat *Concilii Trid. decreto ſeſſ.* 25. *de reform. cap.*9. ubi ordinat, probationem iuris Patronatus procedere ex multiplicatis præſentationibus. *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. par.*3. *alleg.*72. *n.*4.

O CAP.

## CAP. II.

*Uſquemodò vidimus pluralem numerum in binarium ſalvari, hic videndum eſt, quando numerus pluralis in ſingularem reſolvatur.* Et ſit.

10. SEcundum Fundamentum. Pluralis Numerus, quando eadem eſt ratio, & neceſſitas adſit vitandi aliquod abſurdum, in ſingularem reſolvitur, ex *l. falſa fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Ex hoc Fundamento.

11. Reſolves. Pluralitatem quæ dicitur de Filiis, reſolvi in unicum filium, v. g. lex prohibet, ne ſoror ſuccedat, ſuperſtitibus filiis maſculis, uno tantum filio maſculo naſcente, ſoror à ſucceſſione excludetur. *Alex. conſil. 109. vol. 7. Rebuff. in l. nam quem ff. de verb. ſignif. verſ. notandum eſt.*

12. Econtra verò, quando non eſt neceſſitas, nec identitas rationis, Plurale non convertitur in ſingulare, v. g. Prohibet lex ſub pœna carceris perpetui ne plures unum aggrediantur, ſi

quis

quis unum tantum ſine ſociis aggrediatur, mitiori pęna punietur, quia non eadem eſt ratio æqualitatis iniuriæ, *Bald. in l. iubemus* §. *ſin autem C. ad Tribel. Soncin. conſil.* 43. *viſa proviſ. vol.* 1.

13. Ex duobus ſervis alicui à Teſtatore relictis, cum hac conditione, ſi mei erunt, cum moriar: uno ante mortem alienato: alterum, qui remanſit, ad Legatarium pertinere: nam pluralis numerus in ſingularem reſolvitur, *l. falſacit.* §. *ſi quis verſ. quid ergo ff. eo.*

14. Poſſidentem unicum filium, vel filiam, non dici non habere liberos, ex *l. non eſt ſine ff. de verb. ſignif.*

15. Hinc Axioma. Unus Teſtis, cum agitur de damno tertii, nullus teſtis. *Laym lib.* 3. *tract.* 5. *de teſtament. cap.* 2. *num.* 4. Cæterum, ubi non agitur de alterius præjudicio, unicus teſtis ſufficit, niſi aliter in actibus à Iure ſtatuatur: hinc eſt, ut poſſit abſolvi moribundus, ſi unus Teſtis dicat, eum confeſſionem petiiſſe. Neque obſtat, dictum *Noctinot in Diana ſumma verb. Confeſſ.* plures requiri Teſtes ſuper tali facto Mori-

bundi ex *S.Leone*, & *Concilijs* in plurali de Teſtibus loquentibus; quia ex *Sancio diſput*. 44. *num*. 35. docetur, unum ſufficere. Ita *Felinus in c.veniens*, & *lib*.1. *num*.8. *de Teſtib*. ait ſtandum eſſe dicto unius, ubi non agitur de prejudicio alterius; deberet tamen talis abſolvi ſub conditione iſta, ſi poſſum. *Diana par*.3. *tr*.3. *reſol*.5. At ubi agitur de damno tertii in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. *Laym*.*l*.3. *tract*.6.*cap*.4.*n*.5. ex *Caram*. *Theol*. *fundam*. *tom*. 1. *fundam*. 44. *Axiom*.19.*num*.1105.*pag*.837.

Sufficienter ergo ex dictis patet ſenſus Regulæ clamantis quod, *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta*.

R E-

# REGULA XLI.

**Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat , quod per eum fuerat faciendum.**

Ex *c. ult. de elect.* & *c. quia diverſitate de conceſſ. prabend.*

## CAPUT UNICUM.

*Proponuntur Caſus , in quibus Regula valet.*

1. FVndamentum generale : Si imputari non debet ei , per quem non ſtat &c. A contrario ſenſu: Imputari debet ei , per quem ſtat , ſi non faciat , quod per eum , erat faciendum , ſive impedimentum liberè , ſive neceſſariò , & involuntariè : oriatur in illo , qui opus promiſſum præſtare tenebatur. Ex hoc Fundamento.

2. Reſolves, in Appellationibus tempus non currere ei , qui impe-

dimento legitimo, non poteſt ad appellationem procedere: quia impedimentum non oritur in eo, ſed aliunde, conſequenter per ipſum non ſtat &c. Ex *c. fin. de appellat.* exponendum tamen eſt ejus impedimentum juxta Regionis morem.

3. In Contractibus initis inter Litigantes, & eorum Advocatum; teneri litigantes ad totum ſalarium ſolvendum Advocatis debitum pro omnibus Cauſis advocandis tempore unius anni ex conventione, etiam ſi nulla cauſa eo anni tempore fuerit advocata. Probatur, quia per Advocatum non ſtetit, ut *in l. fin. C. de cond. cauſa data*, & *l. qui operas §. fin. ff. locati.*

Item ratione, Advocatus non potuiſſet non laborare, advocando pro omnibus Cauſis ſui Clientis; ſi caſus accidiſſet, etiam ſi ſalarium ex conventione ſibi debitum, exiguum eſſet reſpectu cauſarum; ergo & Cliens ad totum ſalarium tenebitur, etiam ſi Cliens eo anno nullas Cauſas habeat, quas Advocatus exoret. *Guttierez, Pract. q. lib. 1. quæſt. 32. Matthæus de afflict. in conſt. Regni Sicil.*

*cil. de ſalario Advocat. & alij apud Dian. par. 1. tr. 15. reſol. 42.*

4. Non teneri Dominum ſolvere ſalarium famulo infirmo pro tempore infirmitatis, niſi interſit conventio, vel adſit Patriæ conſuetudo. *Covarruv. lib. 3. var. reſol. c. 13. nu. 8. Molina, Filliuc. tom. 2. tr. 28. p. 2. c. 4. nu. 84. Rebellus, Azor. Barboſa, alijque apud Dian. cit. p. 1. tr. 8. reſol. 86.* Quia per famulum ſtat ne Domino ſerviat, ratione infirmitatis, quæ ex ipſo oritur, ut patet ex fundamento poſito: quidquid dicant *alij apud cit. Covarr.*

5. Non amittere Legatarium legatum ſibi in Teſtamento relictum, ſub conditione poteſtativa ab ipſo facienda, v.g. Paulo hæredi pro Menſe inſerviendi, ſi per Legatarium non ſtat, quia conditio adimpletur, ſed caſu, vel ab ipſo Paulo ſervitutem recuſante, impediatur, *l. quæ ſub conditione §. quoties hæres in fin. ff. de conditione. Dynus hic n. 3.*

6. Clericos beneficiatos, ſi per ipſos non ſtat, quin Choro aſſiſtant, lucrari diſtributiones, ex *c. unic. de Cler. non reſid. in 6.* & tunc non ſtat per ipſos Beneficiatos, quando una ex tribus

cauſis á *Bonifac. VIII.* aſſignatis legitimè impediuntur, quæ ſunt infirmitas, juſta, & rationabilis cauſa, ſeu corporis neceſſitas, & evidens Eccleſiæ utilitas.

7. Neque dicas, ſervo ægrotanti denegari mercedem pro tempore infirmitatis, quia per ipſum ſtat, tametſi involuntariè, quia Domino ſerviat; ergo á pari dicendum de Beneficiatis, quia per ipſos ſtat involuntariè per talia impedimenta, quin Choro aſſiſtant; quia in his caſibus Eccleſia non vult ſtare pro Clericis, quaſi ſint famuli, ſed quaſi filiis, etiam ſenibus, & infirmis victum miniſtrare. *Covarr. loco cit. Caſtropal. num. 2. par. 2. diſput. 3. p. 9.* & cum ſit res favorabilis, intelligitur de quacunque Infirmitate, ſive inculpabiliter, ſive culpabiliter contracta, neque ad primam tantum eſt reſtringenda, ſed ad utranque extendenda; ſi tamen tempore ſanitatis Beneficiarius Choro aſſiſtere conſueverat. *Barboſ. tract. de canon. cap. 24. num. 35. Barthol. á S. Fauſto de horis canon. lib. 3. q. 28.*

8. Excuſatur etiam Beneficiarius per corporalem neceſſitatem, ut eſt

pe-

periculum vitæ, damni gravis, v. g. Peſtis, mortis &c. ex *Peckio hic numer.* 8. etiam carceratio, & exilium injuſtum *Barboſ. de offic. & pot. Epiſcop. allegat.* 53. *num.* 178. *Monet. de diſtribut. par.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 80. *Navar. de Cler. non reſid. conſ.* 9. *Azor. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 2. Secus verò ſi cauſam exilii dederit, vel carcerationis.

De tertia cauſa excuſante, quæ eſt Eccleſiæ utilitas, nihil eſt dicendum, & ex præintellectis patet ſenſus Regulæ: *Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum erat faciendum.*

# REGULA XLII.

## Acceſſorium naturam ſequi congruit Principalis.

Alia reperitur in Civili ex *l.129. ff. de reg. iur.* & eſt: *Cum principalis cauſa non conſtat, plerumque nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.*

## CAP. I.

*Explicantur termini Regulæ, & quando Acceſſorium ſequatur, & quando non ſuum Principale.*

1. NOt. Primò. Acceſſorium in præſenti eſſe illud, quod alteri, & intuitu illius accedit, & non per ſe, neque in ſua propria virtute ſubſiſtit. Principale verò eſt rei pars præcipua, ſeu fundamentum per ſe ſtans, & ab altero non dependens. Neq; maior nobilitas, aut pretioſitas fundat rationem Principalis; ſicut neq; Acceſſorii ratio fundatur in minori. Veſtis eſt principalis reſpe-

ctu

ctu auri, quo eſt contexta, & tamen veſtis eſt ignobilior auro, independens ab eo, ac per ſe ſtans: Aurumq; eſt veſtis Acceſſorium, & ab ipſa dependens, *l. & ſi non ſunt ff. de auro, argento.* Eſt igitur Acceſſorium, quod vel ex natura rei, vel ex legis diſpoſitione, vel ex partium conventione Principale concomitatur. Vel ut pars rei, vel immediatè ab alio dependens, ut effectus à cauſa.

Aliquando tamen dignoſci nequit quod ſit Principale, & quod Acceſſorium, v. g. ſi Eccleſia Parochialis ſit unita Beneficio ſimplici, illa ſine dubio erit Acceſſorium, & aſſumet naturam Beneficii ſimplicis, quamvis, ut Parochialis, ſit dignior; in tali caſu, ut unum ab altero poſſit dignoſci, recurrendum eſt ad coniecturas, ut ad denominationem, inſtrumenta &c. et ſi ad huc dubium nequeat tolli, dignius cenſebitur principale, & minus dignum, Acceſſorium. Vide *Felinum c. tranſmiſſa n.7. de conſtit.* & *c in noſtra de reſcript. corol. 33. Menoch. lib. 6 præſumpt.* 80. *in fine. Rebuff. de union. n.*19. *&* 20.

Not. Secundò. Multoties occurrit,

quod Acceſſorium ex ſui natura evadat Principale, ex *Barboſ.in hac Reg.nu.*13. ut habetur in *c. Debitores de iure iur.* 6. ubi dicitur, quod Juramentum ſolvendi uſuras, quamvis ſit promiſſioni Acceſſorium, tranſit in Principale; quia et ſi promittens non teneatur ſtare promiſſioni, tenetur tamen ſervare juramentum, quod per ſe ſtat, corruente promiſſione: nam ex juramento ſingularis oritur obligatio inter Deum, & jurantem; ideò ſervandum eſt, quoties non vergit in diſpendium Animæ, & in Tertii præjudicium: ex *c.cum contingat*, & *c.*2.*in fin.de jure iur.*

Idem dic de Fidejuſſione, & Pignore, quæ ſi fiant ab aliquo acceſſoriè pro contractu Minoris ſine licentia, & interventu Curatoris, tenent, & tranſeunt in Principalem contractum, corruente primo, nempe contractu Minoris, ex *l.ſi Pupillus* 127. *ff.de cond.indebit. l.ſi Pupillus* 127. *ff. de verb. oblig. l. & ſi is q. C de præd. & alijs reb. min.*

C A-

## CAP. II.

### *Proponitur Fundamentum generale, ex quo plures deciduntur Caſus.*

3. FVndamentum generale. Acceſſorium ſequitur regulariter naturam Principalis; fallit tamen, quando in utroque eſt diverſa ratio, ſive ex eorum natura, ſive ex legis diſpoſitione; vel quando in Principali ceſſat ratio, quando Acceſſorium trahatur ad participandam naturam Principalis; vel denique ſi ex tali participatione cum Principali ſequatur aliquod inconveniens, ex *Alex: conſil. 4. circa primum num. 5. volum. 1.* ex *Tuſco l. A. concl. 76. num. 39.* ex *Barboſ. in ſuis tractat. var. axiom.* 4. *numer.* 11.

Ex hoc Fundamento.

4. Reſolves Primò. Clericum promotum metu gravi ad ordines ſacros non teneri ad caſtitatem ſervandam, neque ratione Voti, neque ratione præcepti, ut contendunt Theologi, imò neq; ratione utriuſque ut fert tertia opinio.

Pro-

Probatur ratione voti; quia ex *cap. Prælatum, & ex cap. dilectus de iis, quæ vi,* declaratur ibi validum fuiſſe votum emiſſum non obſtante violentia, quæ afferebatur illata, cum neque metum mortis, neque corporis cruciatum contineret; ergo à contrario ſenſu invalidum fuiſſet, ſi ex metu gravi emiſſum fuiſſet. *Sanch. in Decal. l.4. cap.3. n.9. & 11. multique apud ipſum.*

Probatur etiam ratione præcepti ex *Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 29. n.5.* Quia Votum ex metu gravi emiſſum irritatur ab Eccleſia; ergo Eccleſia non obligabit ſic promotum ex metu gravi; niſi ordinatus tacitè ordinem approbaret liber à metu, vel ordinem exercendo, vel Votum confirmando, aut privilegiis utendo ejuſdem ordinis.

Ad Argumentum contrariæ opinionis, fundatum in Regula de Acceſſorio; Reſpondetur, in hoc caſu non valere, quia alia ratio eſt in Principali, ſcilicet in ſuſceptione Ordinis, pro qua ſufficit quæcumque libertas; ſed ad inducendam obligationem Acceſſorii, ſcilicet, caſtitatis, diverſa ratio exigitur perfectiſſimæ libertatis, quæ cum metu gravi nequit exiſtere.

5. Se-

5. Secundò Reſolves. Ratificata Profeſſione á Novitio in Religione, reperta invalida, cenſeri & ratificatam renunciationem, factam ab eodem omnium ſuorum bonorum bimeſtri proximo immediatè Profeſſioni juxta *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 16. Ita Riccius in Deciſ. Cur. Archiep. Neap. par. 4. deciſ. 146. num. 4. Bordon. in ſuis moral. reſol. 66. num. 14. & 17. Lezana par. 4. V. Novitii num. 32. Pellizzar. & Alii apud ipſum.*

Probatur ex Regula de Acceſſorio; Nam Profeſſio prius irrita, poſtea validata, ſecum trahit ejus Acceſſorium, nempe renunciationem, quæ prius ſuſpenſa, juris principalis valorem expectabat. Secus tamen dicendum, ſi Novitius interrupto Novitiatus anno, è Religione egrediatur; quia cum continuatio per annum ſit de eſſentia prævia profeſſionis, eſt quid Principale reſpectu renunciationis bonorum, & ſi corruit Profeſſio ex tali egreſſu, corruit ſimiliter Acceſſorium renunciationis; ergo unum, & alterum iterum renovandum.

6. Tertiò Reſolves. Ejectos á Religione teneri ad obſervantiam trium

voto-

votorum eſſentialium, ad caſtitatem in ſe, ad paupertatem, qua dominio cujuſcumque rei privantur, uſus tantum pinguis, & adminiſtratio ſibi illorum conceditur, quæ acquirunt, ut ſe alant. Qui verò ad obedientiam ſubduntur Epiſcopis, non ratione voti, ſed ratione generali, qua Clerici illis parere tenentur.

7. Non teneri Eiectos à Religione probabilius ad leges talis Religionis, obligantes etiam ſub mortali; Nam Principali, ideſt ſtatu talis Religionis non ſubſiſtente, corruet ſimul Acceſſorium obligationis ad leges ejuſdem ſtatus principalis.

Ratio autem, quare Eiecti teneantur etiam ut ſic expulſi à Religione ad tria Vota eſſentialia, & non ad leges illius particulares, deſumitur ex immobilitate ſtatus Religioſi, in quo quis conſtituitur ex vi Votorum, quæ à Profitente ſine ulla conditione, & reſtrictione temporis emittuntur, & conſequenter remanent ſemper ligati, quia perpetuò ſunt Religioſi; Non ſic reliqua Præcepta obligant ejectos, quia hæ leges ſpeciales Religionis non conſtituunt Religio-
ſum

ſum, ſed accidunt Religioſo jam conſtituto; ideo obligatio talis ſervandi præcepta ſingularia Religionis involuit hanc tacitam conditionem, ſi in tali Ordine, vel Inſtituto Religioſus permanſerit: Ita *Diana part.3. tractat.2. de dub. Regul. reſolut.*160. *Laym. l.4. tract.5. cap.13. q.2. Sanch. in Decal. lib.6. cap.9. nu.82. Alijque apud Bardum in hac Regula num.25.*

8. Item non obligari ad horas canonicas ejectos, qui non ſunt in ſacris, vel non habent Beneficium Eccleſiaſticum, cuius fructus percipiant; quia tale onus non eſt Acceſſorium Profeſſionis Religioſæ contra *Navarrum*, ſed talis ſtatus Religionis particularis; multi enim ſunt Religioſi profeſſi, qui ex vi profeſſionis non tenentur ad horas canonicas, niſi ex peculiari aliqua lege ſui ordinis poſt Profeſſionem obligentur; ergo corruente ſtatu Principali talis Ordinis, corruit etiam Acceſſorium obligationis ad horas canonicas.

9. Idem puto dicendũ probabilius nõ teneri expulſos à Religione ad Vota par-

particularia, quæ ultra tria eſſentialia emittuntur in quibuſdam Religionibus, ut Votum abſtinentiæ á carnibus in Religione Sancti Franciſci de Paula. *Ita Vega in ſumma tom.* 2. *cap.* 86. *caſu* 16. *Sanchez in Decal. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 56. cui adhæret tanquam probabili *Caſtropal. par.* 3. *tract.* 16. *diſp.* 4. *pun.* 24.

Probatur. Quia ſimilia Vota ſunt Acceſſoria ad ſtatum particularem illius Religionis, & non ad Profeſſionem Religioſam: nam Paulinus, v.g. non obligatur ad talem abſtinentiam à carnibus, ut Religioſus, ſed ut talis Religionis, & ſtatus Religioſus; ergo deficiente eo ſtatu, qui eſt principalis, ceſſat Acceſſorii obligatio particularium votorum. Excipe Votum de non petenda, aut acceptanda dignitate extra Religionem, ex Decreto *Urbani VIII. in Append. Bullarii volum.* 4. *ſic incipient. Cum ſicut accepimus.*

Opinio contraria eſt communior, hanc tamen puto ex ratione allata probabiliorem. Quis enim vellet ſe obligare Voto perpetuæ abſtinentiæ à carnibus, niſi in tali Religione vivendo? Et quod dicitur de Ejectis, dicatur

etiam

etiam de Epiſcopis exeuntibus à Religione.

10. Quartò Reſolves. Hominem Chriſtianum, qui ex legitimo impedimento nequit ſatisfacere præcepto annuæ Confeſſionis, non teneri loco Confeſſionis elicere actum contritionis. Ratio eſt, quia ideò contritio, vel Attritio præcipitur in quantum eſt pars Sacramenti Pœnitentiæ, & ut ſic ejus Acceſſorium; ergo ſi homo excuſatur aliquando à Confeſſione, excuſabitur etiam ab Acceſſorio contritionis, vel attritionis. *Coninch. de Sacram. Pœnit. diſp. 3. dub. 3. n. 23. Filliuc. apud Bardum hic.*

Non tamen nego teneri aliquando hominem ratione alterjus Præcepti naturalis, & divini elicere actum contritionis ad recuperandam Dei amicitiam; & hæc obligatio eſt per ſe ratione charitatis, non ratione dependentiæ à Confeſſione præcepta. *Suarez in 3. par. tom. 4. diſp. 15. ſect. 6.*

11. Quintò Reſolves. Privilegium alicui conceſſum aſſiſtendi divinis Officiis tempore interdicti, v. g. generalis localis, privantis ex ſe habitantes aſſiſtentia divinis Officiis, & Eccle-

cleſiaſtica ſepultura , ut in *Textu in c. quod in te de pœnit. & remiſſ.* & *c. ſi Civitas, c. alma mater de ſent. excomm. in 6.* non ſe extendere tanquam ad quid Acceſſorium etiam ad Eccleſiaſticam ſepulturam . Probatur : Quia ſepultura Eccleſiaſtica non eſt Officium divinum , ſed Actio, cui illud eſt annexum ; Item . Officium divinum eſt Principale, & Eccleſiaſtica ſepultura non eſt illius Acceſſorium, quia ſunt effectus inter ſe ſeparabiles , & diſtincti ; ergo uno conceſſo non trahitur alter neceſſariò in conſequentiam . Confirmatur ex *Gloſſ. in Clement. unica de ſepult. verſ. á iure* , ubi admittens poſſe celebrari divina Officia quatuor illis ſolemnitatibus tempore Interdicti , negat tamen poſſe Mortuis dari Eccleſiaſticam ſepulturam . Ita ſentiunt *Ugolinus de cenſuris tab. 5. cap. 9. §. 3. n. 2. Suar. tom. 5. in 3. p. diſp. 35. ſect. 1. n. 14. Coninch de cenſur. diſput. 17. dub. 8. n. 55. Gaſpar Hurtadus eod. tractat. difficult. 9. & alij.*

12. Sextò Reſolves . Eccleſia Monaſterii polluta, cenſeri etiam pollutas , tanquam acceſſorias Capellas

in

in eodem Monaſterio extantes, dummodo Capellæ contineantur intra parietes principales Eccleſiæ; Quia ſic continuatæ, & intra eoſdem parietes ſunt Acceſſoriæ ad Eccleſiam; ergo quo ad hunc effectum ſequuntur naturam ſui Principalis. Sic *Vgolinus de poteſt. Epiſcop. c.29. §.6. n.1. verſ. His igitur modis. Alterius de interd. diſp.3. c.2. l.C. Fagundez de primo pracept. Eccleſ. lib.3. c.14.*

Secus verò, ſi Capellæ diſiungantur ab Eccleſia uno, aut altero pariete; quia tunc non ſunt Acceſſoriæ ad Eccleſiam. Item probatur á ſimili de Cęmeteriis; nam ex *c. unic. de conſecrat. Eccl. vel Altar. in 6.* Non violatur Cęmeterium, violata Eccleſia, niſi inter hanc, & illud ſit contiguitas. Item *ex eodem cap.* Si plura ſint Cęmeteria ſibi invicem cohærentia, pariete tamen diviſa, vel quod de uno ad aliud pateat additus per mediam portam, uno violato, aliud non violatur; ergo á ſimili dicatur de Capellis ab Eccleſia diſiunctis &c.

Neq; dicas, Capellæ etiam diſtinctæ gaudent immunitate; ergo etiam violata Eccleſia ipſæ violabuntur: nam falſa

falſa eſt conſequentia, quia in materia immunitatis, cum ſit quid favorabile, fit extenſio etiam ad partes diſtinctas; non ſic in violatione, quæ eſt res odioſa, juxta *Regulam XU. Odia reſtringi, favores convenit ampliari*.

13. Ex dictis infertur, quod deperdita conſecratione Eccleſiæ, non perdatur conſecratio Altaris; quia Altare non eſt Eccleſiæ Acceſſorium ex *Barboſ. in Collect. cap. ad hoc num. 4. de conſecrat. Eccleſ.* Sed Principale per ſe exiſtens, etiam reſpectu Eccleſiæ; nam Eccleſia, ejuſque ornamenta ad ipſum diriguntur, in quo Sanctum Sacrificium perficitur; & ſi conſecratur Eccleſia, multò magis eſt conſecrandum Altare. *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 3. poſt primum. 28. Argumentum S Thomæ verſ. Quod ſi templum*.

14. Septimò Reſolves. Facultatem conceſſam ex vi *Trid. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 9.* Epiſcopis habentibus iuriſdictionem, non Titularibus, ordinandi ſuum familiarem, ideſt triennalem manentem cum ipſo, & in ejus obſequio, non eſſe extendendam ad facultatem diſpenſandi in Interſtitiis; quia una non eſt alteri acceſſoria, cum facul-

cultas ordinandi, quæ eſt Principalis poſſit exiſtere ſine facultate diſpenſandi, expectato tempore in jure præſcripto pro ordinatione; ergo &c. Item facultas conceſſa Epiſcopis ordinandi ſuum familiarem triennalem, aliàs non ſubditum, eſt à jure exorbitans: ergo non eſt extendenda ad diſpenſandum. Antecedens probatur ex jure communi *in c. 1. diſt. 67. & c. cum nullus de temp. ordin. in 6. & in Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap.* 8. ubi diſponitur, unumquemque eſſe à proprio Epiſcopo ordinandum: ideſt ab Epiſcopo Domicilii, vel originis: igitur talis facultas eſt exorbitans &c. & conſequenter non extenditur &c. *ex Regula* 28. Quæ à jure communi &c. Ita *Navarr. de temp. ordin. conſil. 13. Sayr. Zerolla, Riccius, Rodriq. in ſum. par. 2. Garzias de Benef. cap. 5. partis ſecundæ num. 87. multique; Alii apud Bardum in hac Reg. num. 64. contra nonnullos affirmativam tenentes.*

15. Octavò Reſolves. Judicem Eccleſiaſticum ferentem ſententiam de invaliditate Matrimonii, poſſe cognoſcere cauſam de Dotium reſtitutione. Probatur: Quia Matrimonium, & Dos

& Dos inſeparabiliter procedunt; ergo Iudex jus dicens de Principali, quod eſt Matrimonium, poteſt judicare de Dote ejus Acceſſorio. Item. Eadem facultas committitur ſuper utrunque Iudici delegato judicanti de valore Matrimonii, *ex Canone allato á Barboſa in Collect. cap. de prudentia, de donat. inter Virum, & Uxorem.*

16. Nonò Reſolves. Legatum rei principalis ex natura ſua ſemper comprehendere Acceſſoria: probatur ex *tradita Regula de Acceſſorio*: Ad cognoſcendum autem quando annexa rei legatæ dicantur verè Acceſſoria ipſius rei legatæ, & quando non, ſit.

17. Regula generalis. Si in Legato una res legetur, & coniungatur cum altera per dictionem, *Cum*, tunc una res erit principalis, & altera acceſſoria ex ſententia communi: ſi verò legetur per dictionem: *Et*, tunc una, & altera res per dictionem, *Et*, copulata, erit principalis: quod etiam dicendum eſt, ſi una res non poſſit eſſe alteri acceſſoria: nam tunc ambæ erunt res principales, quamvis copulatæ cum illa dictione, *Cum*, quæ idem erit cum dictione, *Et*: & faciet ſenſum

iſtius.

iſtius, ex *Oinotomo in lib. inſtit. lib. 2. de legatis tit. 2. §. ſi quis Ancillas n.* 10. V.G. Si quis dicat, lego Equum cum Bove, idem erit, ac ſi dicat, lego Equum, & Bovem, quia unum non poteſt eſſe Acceſſorium alteri, ſed ambo ſunt principales. Si verò dicat lego Titium ſervum cum peculio, ut habetur in *l.* 1. *ff. de peculio legato*, dictio, *Cum*, facit peculium acceſſoriè conjungi cum Titio ſervo: ſi autem dicat Titium ſervum, *Et* peculium, facit utrunque Principale, quia peculium reſpectu ſervi poteſt eſſe, & Principale, & Acceſſorium. Ita *Canoniſtæ Sanch. lib. 7. in Decal. cap. 1. n. 22. Bartol. in Authent. Ingreſſi C. de ſacr. ſanct. Eccl. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 70. num.* 10. & colligitur ex *l. ſi cui fundum*, *ff. de fund. inſtru. leg.*

18. Supradicta doctrina nihilominus parum valeret, & duplex illa dictio, *Et*, & *Cum*, in ſuo proprio ſignificato non eſſet accipienda, quando ex mente Teſtatoris clarè conſtaret, unum voluiſſe legare, ut Principale, & alterum, ut Acceſſorium per dictionem *Et*: Et è contra per dictionem, *Cum*, unum, & alterum, ut duo Principalia;

 nam

nam tota vis Legati pendet ex voluntate Teſtatoris legantis. Ex hac Regula concludes.

Quod ſi legetur prædium aliquod cum peculio, prædium debetur legatario cum peculio: nam hoc eſt Acceſſorium ſequens ſuum Principale: & ſi nullum eſſet legatum reſpectu prædii, quod eſt principale, nullum eſſet etiam reſpectu peculii, quod eſt Acceſſorium.

Item ſi legetur Vacca prægnans, ſi vacca moriatur, legatum corruit etiam reſpectu Vituli Acceſſorii: Secus autem, ſi legata fuiſſet vacca, & vitulus: tunc enim ambo principaliter venirent per dictionem, *Et*, ut ex Regula tradita patet.

19. Decimò Reſolves. Prælatum, cui mittitur ſubditus à proprio Epiſcopo, ut ab eodem alieno Prælato ſacris initietur, non poſſe cum tali ſubdito diſpenſare ab irregularitate, aut ab alio impedimento, virtute primæ facultatis. Ita *Riccius in praxi tom.4. reſol.117. Navarr. l.1. conſil. de tempor. ordin. conſil.12. in ſecunda edit. & Sanch. de Matrim. l.8. &c.*

Probatur. Quia tale impedimen-

tum

tum non eſt Acceſſorium reſpectu Ordinationis, neque unum ſequitur alterum neceſſariò, neque eſt eadem ratio in utroque, ſed tantum per accidens impedimentum, & facultas ordinandi coniunguntur in unum. Et ex hoc patet reſponſio ad *Dianam p. 10. tr. 3. ad Angelum. Henriquez. Majolum &c.*

Item iſta duo ex natura ſua ſunt diverſa, & ſeparata; ergo ex uno non debet alterum inferri: nam ex diverſis, & ſeparatis non eſt recta illatio, ex *c. ad audientiam de decimis*, & *l. Papinianus, ff. de min. 25. ann.*

20. Vndecimò Reſolves. Clericum in ſacris, diſpenſatum à Pontifice, ut Vxorem ducat, cenſeri etiam acceſſoriè diſpenſatum ab Officio divino perſolvendo. *Sayrus in deciſ tit. de celebr. miſs. deciſ. 23. Diana part. 8. tr. 3. reſol. 24. Sanch. Squillante. Ricc. & alij apud Bardum hic*, contra *Bonacin. Trullench. &c.*

Probatur. Quia obligatio caſtitatis, & officii ſunt acceſſoria, & ex legis diſpoſitione concomitantur ſacrum ſtatum Clericalem: ergo ſi diſpenſetur Clericus in ſacris à ſtatu Clericali, diſ-

penſatur etiam ab onere officii acceſſorio illius ſtatus ; & ideo de uno ad aliud fit extenſio, quamvis in odioſis, propter neceſſariam connexionem cum Principali. Hæc eſt reſponſio ad Adverſarios.

21. Duodecimò Reſolves. Capellam exiſtentem in Cathedrali, non poſſe conſecrari, ſi ipſa Eccleſia ſit conſecrata. Probatur. Quia Capella eſt acceſſoria ad Eccleſiam ; ergo conſecrata principali, remanet & Acceſſorium conſecratum. Conſequentia patet ; quia Eccleſia retinet formam conſecrationis : ergo per eandem formam omnis pars Eccleſiæ perficitur, ex *Gloſſ.* confirmatur, *cap.1. verſ. Altare de conſecrat. Eccl.* ubi ait, quod ſi aliquid addatur Altari conſecrato, non execratur, ſed totum remanet ſacratum. Idem habetur *eo. tit. c quod in Dubiis*.

Sicque ex doctrinis ſuprapoſitis patet ſenſus Regulæ expoſitæ. *Acceſſorium naturam ſequi congruit Principalis*.

RE-

## REGULA XLIII.

### Qui tacet, conſentire videtur.

Ex *l.*2. §. *voluntarium*, *ff. ſolut. matrim.*

## REGULA XLIV.

### Is, qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur.

Ex *l. qui tacet* 185. *ff. hoc titulo*.

## CAPUT UNICUM.

*Utriuſque Regulæ una explicatio:*

1. FVndamentum generale: Qui tacet in ſibi favorabilibus, & non tenetur loqui, aſſentire videtur: & qui tacet, quando tenetur, & poteſt loqui, conſentire videtur, ſaltem virtualiter. Ex hoc Fundamento.

2. Reſolves Primò. Te conſentire,

& acceptare, ſi quis tibi promittat, & donet aliquid, ſi taceas, neque contradicas.

Probatur ex Fundamento Regulæ. *Qui tacet in favorabilibus &c.* Item ex *l. civili, qui patitur, ff. mandati.* Vbi decernitur, quod ſi Titius, te præſente, & tacente, mandet v. g. ſorti, ut aliquid tibi ſolvat, cenſeris te veluti mandaſſe Titio, ut ipſe ſorti mandaret. *Bonac. de contract. diſput. 3. q. 11. §. 11. p. 2.*

3. Te conſentire, & ratum habere, ſi quis, te præſente, & tacente, fidejubeat, ex *l. ſi remunerandi §. ſi paſſus, ff. mandati.* Vbi *Rubrica Bartol. Qui patitur aliquid fieri, quod ad ſui commodum ſpectat, mandare cenſetur.*

4. Filios conſentire, ſi Parentes pro ipſis contrahant præſentibus, & non contradicentibus, ex *cap. unic. de deſponſat. impub.* Vbi ſtatuitur oriri impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus à Parentibus pro filiis contractis: nam hoc præſumitur factum in filiorum favorem cum Parentes ceteris paribus ſupra omnes diligant filios, ex *l. iſti quidem, ff. de eo quod met. ca.*

5. Idem

5. Idem reſolves de Matrimonio, ſi coram Parocho, & Teſtibus pro filiis præſentibus, Parentes conſenſum exprimant. *S. Thomas in 4. d. 27. q. 1. art. 2. Sotus. Victoria. Sanch. l. 2. de matrim. diſp. 31. nu. 1. & alii.* Quod etiam verificatur de Tutore, Curatore in favorem Pupillorum, & Minorum. *Diana par. 3. t. 4. reſol. 70. Gaſp. Hurtad. de Matrim. diſp. 13. n. 49. Coninch. eo. tract. diſp. 21. dub. 3. n. 34.*

6. Taciturnitas tamen Puellę non accipitur pro conſenſu, ſi extraneus contrahat nomine ejus præſentis, & tacentis: niſi extraneus ſit ad hoc electus, vel Puella externè ſaltem ſignum conſenſus oſtendat: & hoc ex præſumptione amoris Parentum erga filios, quęrentium eorum commodum, quod non præſumitur in extraneis.

Secundò Reſolves. Reum coram Judice legitimè interrogante, ſi taceat præſumi fateri: nam poteſt, & tenetur in tali caſu reſpondere, *c. 2. verſ. verum ſi. de confeſſo. l. 6. Laym. l. 1. tract. 2. cap. 3.* Secus verò, ſi quis taceat extra judicium interrogatus, aut in judicio, ſed non á Judice; quia tunc reſpondere non tenetur.

8. Sedentem in Concilio, aut Capitulo, ſi non obſtet iniquæ conſtitutioni, aut Electioni, reclamando, ſi utiliter, ideſt fructum ſperando, & ſine gravi damno poſſit: videri conſentire. Ita *Innoc. cap. 1. de his, quæ fiunt á majore parte Capituli. Abbas ibid. n. 3. & in c. 2. n. 9. de Simon.* Conſenſus hic intelligitur quo ad peccatum, & pęnam, non quo ad validitatem Actus: nam taciturnitas in re gravi toti Communitati præjudicanti, non eſt pro conſenſu accipienda. Sic *Abbas c. in cauſis, C. Cumana de Elect. Sylv. v. Electio 2. q. 12. Laym. ſupra cit.*

9. Tertiò Reſolves. Regulam valere de Principe, vel Prælato vidente, aut ſciente, ſed non contradicente, ſeu non impediente actionem, ſi poſſit abſque ſcandalo, & gravi incommodo impedire: v. g. ſi videat Confeſſarium audientem confeſſiones non habentem juriſdictionem, vel ſuſpenſum, vel irregularem, & taceat, videtur illum diſpenſare, & juriſdictionem tribuere. *Laym. l. 1. tract. 2. c. 3. n. 3.*

10. Regula generalis ex *Sanch. l. 3. de matrim. diſp. 35.* quod ubi requiritur licentia ad valorem actus, ſufficit tacita,

cita , ac præſumpta de ratihabitione præſenti, non futura, ut alibi dictum eſt : At verò, ubi licentia non requiritur ad valorem actus, ſed tantum ad licitum ordinem: tunc ſufficit ſpes , & præſumptio ratihabitionis futuræ: quia effectus Actus non poteſt ſuſpendi, aliàs vel actus nullus erit , vel ſi tunc validus exiſtit, ratihabitio debet eſſe de præſenti, à qua validitas actus tota dependet.

11. Quartò Reſolves. Validum eſſe Sacramentum Matrimonii, ſi tempore, quo alienus Sacerdos aſſiſtit , Parochus proprius præſens, & videns aſſiſtentiam illam, taceat, dummodo poſſit contradicere, ſi velit.

Item poſſe ſubditum eſſe executorem Teſtamenti, ſuppoſita licentia tacita, vel prę̨ſumpta ſuperioris cum ratihabitione de prę̨ſenti : ſecus verò de futuro ex jam dictis: quæ licentia ſupponit prohibitionem factam Religioſis , ne fiant executores Teſtamentorum, in *cap. Religioſus de Teſtam.* & *in Clem.unic.de Teſtam.*

Prob. Quia ſuperior videns, & tacens, potenſque impedire , ne Religioſus tale munus ſuſcipiat , vi-

detur aſſentire. *Sylveſter, v. Teſtam. quaſt. 2. dicto 5. in fin. Sanch. in Summa l. 6. c. 11. nu. 11. Franciſcus Carpius de Execut. & Commiſſ. Teſtamentarijs, l. 1. num. 13.*

Hanc tamen facultatem non poſſunt concedere ſubditis.

Superiores Sancti Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum; quia tale officium prohibetur in *Clem. exivi §. porrò de verb. ſignif. verſ. cumque dicti Ordinis*. Hæc ſint ſatis de *Regula 43.*

12. Quò ad quadrageſimam quartam, ſit hæc brevis explicatio: Qui præſens eſt, & tacet, quando non tenetur loqui, & poteſt loqui, nulla poſita coniectura extrinſeca, quæ negationem, vel confeſſionem importet, neque negat, neque affirmat, quia inter affirmationem, & negationem datnr medium.

RE-

## REGULA XLV.

**Inſpicimus in obſcuris, quod veriſimile eſt, vel quod plerumque fieri conſuevit.**

Vide quæ dicta ſunt *in Regula XXX.* in qua, quæ ad hujus Regulæ notitiam ſcitu ſunt neceſſaria, ſufficienter examinantur.

## REGULA XLVI.

**Is, qui in ius ſuccedit alterius, eo jure, quo ille uti debet.**

Alia Regula habetur in Civili. *Qui in ius, dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus uti debet*, in *l. Qui in ius, ff. eo. tit.*

### CAPUT I.

*Explicantur termini Regulæ.*

1. SVcceſſor hic proprié dicitur, qui in locum, ideſt vel in munus, vel in dignitatem, vel in

bona, vel in jura alterius ſuccedit, id-eſt ſubit vel dignitatem, vel jura &c. diciturque propriè hæres juris, ut in *l. quoties, §. hæres de hæred. inſtituend. & l. nihil 14. ff. de verb. ſignif.* Qui hęres, ſi ſuccedit in omnia bona defuncti, dicitur univerſalis, & ſtrictè vocatur ſucceſſor: Si verò ſuccedit in aliquod jus ſingulare, ut Legatarius, Donatarius, Emptor rei ſingularis, dicitur [ vt vult *Dynus*] ſucceſſor in rem, *l. quadam §. is autem ff. de edendo*.

Ratio autem diſpoſitionis hujus Regulæ eſt, quia ex juris fictione hæres cenſetur una, & eadem utriuſq; perſona. *Gloſſ. hic in fine. Peckius n.* 11.

## C A P. I I.

### *Aliqui Caſus proponuntur pro foro fori, in quibus Regula valet.*

2. PRimò. Valet in Contractibus, ideo Conventio facta in vita à Defuncto, ſervanda eſt à ſucceſſore, *c. Eleutherius 18. q 2. ubi Gloſ.*

3. Secundò. Valet in Iudiciis: ita ut teneatur ſucceſſor cauſam coram eodem Iudice proſequi, coram

quo

quo defunctus eam pertractabat, *l. hæres abſens, ff. de Iudic. Peckius num. 6. & alii apud eum.* Vnde Laicus hęres Clerici coram Iudice Eccleſiaſtico debet conveniri, ſi apud iſtum à Clerico vivente lis fuerat conteſtata, & è contra, ſi Clericus fiat ſęcularis ſucceſſor, & his erat apud Iudicem ſęcularem incohata, coram Iudice ſęculari Clericus debet conveniri. *Covarruvias pract. quaſt. cap.* 8. cui favet *textus, in l. ubi acceptum, & l. venditor, ff. de Iudiciis*, contra nonnullos, quibus contradicit *idem Covarr.*

4. Tertiò. Condemnatur hęres ad ſolvenda debita, & pęnas pecuniarias, ad quas fuit condemnatus ejus prædeceſſor, & non ſolvit, vel Magiſtratui, vel alteri, qui ex vi condemnationis jus talis ſolutionis acquiſivit, ſecus verò quoad pœnas corporales.

5. Quartò. Quid quid dictum eſt de hærede immediato, intelligitur etiam de mediato, ſub nomine hæredis comprehenſo, ex *l. hæredis appellatio, ff. de verb. ſignif.* etiam ſi hæres ſit in aliqua parte tantum

tum hęreditatis, in qua Perſonam defuncti repræſentat eo modo, quo hæres univerſalis; hæres enim ejus, qui Titio hęres fuit, Titio quoque hæres videtur eſſe, eodemque utitur iure, quo Titius utebatur, *l. ſi quis filius, ff. in fin. de acq. hared.* Vide *Tiraquel. de retract. convent. §. 1. Gloſſ. 6. à 21. & ſeq. Peckius hic nu. 8. ampliat. 2. alijq; apud ipſum:*

6. Quintò. Hæres non poteſt ullo modo ex propria perſona contra factum defuncti agere, ita eſt ad jura defuncti ligatus. Exemplum ſit de Matre, quæ adhuc vivens bona paterna, quæ ad filium ſuum ſpectabant, vendidit, cum ea vendere non poſſet; ſi filius ſuæ Matris hæres inſtituatur, & hæreditatem adeat, non poterit bona à Matre vendita revocare, ex *l. cum à Matre C. de rei vendic. l. venditrici ſuccedenti C. de reb. alien. non alien. Ubi Gloſſ. & alij.*

C A-

# C A P. I I I.

*Exponuntur aliqui Caſus, in quibus Regula fallit in foro fori.*

7. PRimò fallit in Privilegio, quo Mulier præfertur pro dote aliis Mariti creditoribus, quia illud non tranſit ad hæredes ipſius Mulieris, *l. ſcire debes C. de privileg. Dotis*; limitat tamen *Gloſſa* de hæredibus extraneis, non de filiis, ad quos tranſit non jure ordinario, ſed jure filiationis.

8. Secundò fallit in Privilegio, quo Vir poteſt revocare donationem, quam fecit Vxori, & Vxor, quam fecit Marito, *l. cum hic ſtatus, §. ait ratio ff. de donat. inter vir. & vxor.* nam hæc poteſtas non tranſit ad hæredes, ſed morte donãtis donatio cõfirmatur.

9. Tertiò fallit in facultate, quam habet Donator revocandi donationem ratione ingratitudinis, *l. fin. C. de revoc. donat.* quæ non tranſit ad hæredes, cum præſumatur in morte Donantem Donatario injuriam remiſiſſe. *Gloſſa ibi, & Peckius hic.*

10. Quar-

10. Quartò fallit Regula in officio executoris relicti in Teſtamento; quia tunc videtur eligi induſtria Perſonæ, ideo tale munus non tranſit ad hæredes. Sic *Gloſſa cap. 2. de Teſtam. verſ. mortuo in 6. Francus* ibidem §. ſanè *num. 6. aliique* apud ipſum. *Sanch. l. 4. conſ. moral. cap. 1. dubio* 41. *num. 3.* ſecus tamen niſi contrarium expreſſerit Teſtator; vel ſi officium executoris committetur aliquem ratione dignitatis, quam habet, nam tunc hęres ſuccedens in eandem dignitatem, in idem etiam officium executoris tranſiret. *Sanch. loco cit. num.* 4. Et pro hujus Regulæ completa notitia, ſit

11. Fundamentum generale. Omnes actiones, tam activè, quam paſſivè in hęredes tranſeunt; & quod defuncto profuit, vel nocuit, ſimiliter & ipſis prodeſt, vel nocet, ex *l. cum hæres* 11. *ff. de diverſ. tempor. præſcript.* exceptis tamen perſonalibus, ut ſunt Privilegia perſonalia, de quibus ſupra dictum eſt, quæ perſonam ſequuntur, & extinguuntur cum perſona, ex *Regula ſeptima iuris*. Vnde eleganter Paulus I. C.

in

in *l. in omnibus* 68. *ff. hoc tit. In omnibus* [inquit] *cauſis id obſervatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ubi deficiente ea, beneficium quoque deficiat*. Ex hoc Fundamento.

12. Reſolves. In foro conſcientiæ tranſire ad hęredes onus adimplendi vota realia, non Perſonalia defuncti: etiam ſi defectu alicuius ſolemnitatis, vel ob dubiam mentem Teſtatoris, vel ſi hoc ipſe in Teſtamento non expreſſerit, ita ut hæredes in foro externo ad ea implenda cogi non poſſint; quod habetur in fine *legis ſecundæ*, *ff. de pollicit.* his verbis [ Voti enim obligationem ad hæredem tranſire conſtat ] *Gloſſa ibi verbo voti*. Ita *Sanchez in Decalog. lib. 4. numer. 25.* Ratio eſt, quia Votum obligat Perſonam, ut Dominam rei promiſſæ, verb. gr. pecuniæ, &c. igitur cum hæredes tranſeant in iura Perſonæ defunctæ, eandem repræſentant perſonam defuncti, & rem, dominiumque poſſident cum eodem ordine. Neque obligantur ex vi voti, cum fuerit actus ejus voluntatis, ſed ex vi con-

contractus; ſi enim voluntariè hæreditatem adiere, cenſentur ſe ad illius debita, & Vota voluiſſe obligare. *Sanch.cit.n.25. & 28.*

13. Item. Circa Vota, quæ non ſunt totaliter realia, ſed mixta, v. g. Votum peregrinationis ad loca Sancta, eiſdemq; offerendi eleemoſynam: Reſolves teneri heredes ad partem realem, ideſt ad offerendam eleemoſynam; ſi illa pars realis ſit per ſe, & expreſsè intenta; ſi veró pars realis non ſit per ſe intenta, ſed acceſſoriè tantum ſe habet ad Votum perſonale Peregrinationis; non teneri ad expenſas, quia ſe habent acceſſoriè ad Votum perſonale Peregrinationis: quo, ut Principali corruente, corruit & ejus Acceſſorium, ut in *Regula de Acceſſorio* dictum eſt. Ita *Azor.inſtit.moral. part.1.lib.11.c.16.q.15.Sanch.cit.nu.30. aliique.*

14. Item. Si Votum fuit diſiunctivè emiſſum, partim reale, & partim perſonale, & quælibet pars, ſeu alterutra potuiſſet ad libitum voventis adimpleri: ſi partem perſonalem defunctus elegerit, quamvis eam non adimpleverit: Reſolves non teneri hæ-

hæredem ad alteram realem; quia ceſſante in vovente obligatione reſpectu partis realis ex electione partis perſonalis, nulla extat obligatio in herede; non quoad realem partem, quia ex facta electione partis perſonalis à vovente in vita, ceſſavit totaliter: non quoad perſonalem; quia, ut diximus hæres non tenetur adimplere vota perſonalia defuncti.

Si tamen nullam partem elegerit vovens, neque adimpleverit, tenetur hæres ad votum reale: nam ad perſonale non obligatur.

Clara ſit igitur *Regula* ex jam dictis; *Quod is, qui in jus ſuccedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet.*

## REGULA XLVII.

### Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur.

Ratio fundamentalis hujus Regulæ eſt, quia ignorantia eſt nobis congenita, ſcientia verò extrinſecus advenit: ergo prius ſupponitur quod ex natura ineſt, quam quod

quod aliunde adveniendum eſt. Limitatur tamen quo ad ea, quæ quiſque ratione officii ſcire tenetur: *non enim excuſatur Paſtor, ſi lupus oves rapit, & Paſtor neſcit, ait D. Gregorius*. Tunc ſine dubio ſcientia præſumitur; niſi ignorantia probetur. Cętera inquire ex *Regula* 13. ubi ſatis de hac materia actum eſt.

## REGULA XLVIII.

### Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura.

Confirmatur Regula à pluribus legibus civilibus, ut à *l. jure naturæ, ff. eo. tit. l. naturaliter §. fin. ff. de condit. indeb.* & videtur traducta ex *c. ſuam 19. circa finem extr. de pœnis*.

## CAP I.

*Senſus Regulæ exponitur.*

1. HÆc Regula, quæ fundatur in lege naturali, dictat cui-

cuique alterius injuriam, vel injuſtam jacturam non poſſe licitè aſſumi pro fundamento propriæ locupletationis. Magnum tamen diſcrimen invenitur inter hanc Regulam canonicam, & legem civilem ſupracitatam; quia & ſi utraque idem importet ſignificatum diſcordes tamen inter ſe reperiuntur in modo ſignificandi. Præſens igitur Regula loqui videtur modo diſiunctivo per illam particulam, *Vel*, cum alterius injuria, *Vel* jactura; Lex verò civilis modo copulativo, dicendo, *jure naturæ Æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & injuria locupletari*; Vt igitur iſtæ duæ Regulæ concordes incedant, dicendum eſt illam dictionem, *Vel* in Regula canonica ſumi copulativè, non diſiunctivè, ita ut ſenſus ſit, Neminem deberi locupletari, quando iſta duo ſimul concurrunt, & jactura, & injuria alterius; falſa enim eſſet dicta Regula ſumpta diſiunctivè, & ſenſus eſſet; Neminem deberi locucupletari, quando unum ex alterutris concurreret vel injuria, vel ſola jactura, quod falſum apparet: quia po-

poteſt quis locupletari etiam cum damno, & jactura alterius, non tamen cum injuria damnificati, quando id fit cum juſtitia, & ex vi legum. Ita ſentit *Maynerius in d. l. jure naturæ ff. eo.* multa dicens pro concordia iſtarum legum. Vide *Menoch. conſil. 787. n.19.* probantem dictionem illam, *Vel*, aliquando ſumi copulativè ex *l. cum quidem §. itaque de verb. ſignif. Barboſ. tract. de dictionibus uſu frequent. dict. 415. Similiter Bartol. in l. ſi is qui, §. verum n.2. de rebus dub. Baldum, & alios apud Barb. cit.* & præcipuè ſumitur copulativè dictio, *Vel*, quando aliquod ſequeretur abſurdum, ut in propoſito apparet.

## CAP. II.

*Exponuntur Caſus, in quibus Regula currit, & in quibus locum non habeat in foro fori.*

2. FVndamentum generale. Hæc Regula eſt infallibilis in foro conſcientiæ: quia fundatur in lege naturali: currit omnimodè in foro

foro fori, exceptis caſibus ſpectantibus ad bonum publicum, & ad vitandas fraudes. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolves Primò. Pupillum abſque Tutoris conſenſu mutuo ab alio pecuniam recipientem, ſi ad pubertatem veniens eam mutuanti reſtituat, non poſſe illam repetere, ne ditior fiat cum alterius injuria, & jactura. Sic ſtatuit *l. naturaliter §. fin. & l. ſeq. ff. de cond. indeb.*

4. An verò Pupillus proximus pubertati ſine Tutoris licentia poſſit naturaliter, & in foro conſcientiæ alteri ſe obligari? Negant aliqui, affirmant quamplures: affirmativa videtur probabilior. Videantur *Sanchez lib. 6. de Matrim. diſp. 38. n. 20. & Delugo tract. de juſt. diſp. 22. ſect.* 10. *num.* 287. Vnum tamen certum eſt, quod ſi Pupillus aliquid vendat abſque Tutoris auctoritate, & pretium recipiat: ſi rem venditam recuperet beneficio, & privilegio reſtitutionis in integrum, quod habet à lege, non poterit ſibi etiam pretium retinere; nam ex Regula, cum damno, & injuria alterius, pretium retinendo locupletaretur.

5. Item. Si ad Fiſcum devoluantur

tur bona Emphyteutica alterius, Fiſcum non fieri Dominum directum illorum bonorum, ſed tantum ſuccedere in loco Primi Emphyteutæ, cum dominio utili, & obligatione ſolvendi privato domino annuam penſionem, ne Fiſcus cum iniuria, & jactura Domini Emphyteutecarii fiat ditior.

6. Item. Rebus Eccleſiæ ab Epiſcopo permutatis, ſi eas permutationes Eccleſiæ revocet, reſolves rem alterius eſſe reſtituendam: Idem dic Eccleſiam poſſe repetere rem ejus venditam ſine ſolemnitatibus: teneri tamen Eccleſiam pretium ſolutum reſtituere, quando poſſit probari id eſſe in ejus utilitatem eſſe converſum. *Alex. conſ.* 4. *lib.* 3.

7. Item. Si Princeps prohiberet, ut ejus proventus augerentur, v.g. ne privata Molendina poſſent molire, ut lucrum totum á propriis Molendinis contiguis perciperet, reſolves hoc eſſe injuſtum: quia cum alterius jactura, & injuria lucrum perciperet. *Anchar. conſ.* 298.

8. Reſolves tandem Poſſe malæ fidei Poſſeſſorem repetere à Domino expenſas neceſſarias, & utiles, *l. planè, ff.*

*de*

*de pet. hæred.* & hoc non exceptione doli, ſicut poſſeſſa bonæ fidei, ſed officio Iudicis; ne Dominus locupletior fiat cum alterius jactura, & jniuria; non tamen repetet expenſas non neceſsarias. *Mayner. loc. cit. n.9. in dicta lege planè.*

9. Fallit nihilominus Regula in Uſucapione, & Præſcriptione, quæ propter omnium utilitatem introducta eſt, & hoc non ſolum de jure civili, verum etiam de iure canonico, & in foro conſcientiæ, ſi habeant debita requiſita. Vide *Reg. 2. & 3. á num. 5. ad 17.*

10. Fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, quę intra biennium continuum proponenda eſt, quo elapſo, locupletatur poſſidens cum alterius jactura, ut notat *Gloſſa* hic. V. G. Fingit Titius ſe pecuniam mutuam dediſſe Paulo, quam tamen revera non dedit, & illam Paulus per Chirographum cõfitetur ſe recepiſſe, & per biẽniũ Paulus Chirographum à Titio repetere nõ curavit, neq; exceptionem in Iudicio non numeratæ pecuniæ oppoſuit; tranſacto biennio non poteſt Paulus ſe opponere Titio, negando ante Judicem

Titium eſſe verum Creditorem, quia per ſcripturam verus creditor apparet, *l.in contractibus C.de non numerata pecunia*, & tunc Titius, repetendo à Paulo pecuniam ſibi non debitam, fieret ditior cum alterius injuria, & jactura.

Hoc totum procedit in foro fori, quia lex pręſumit veré fuiſſe pecuniam mutuatam ex ſcriptura, quam per tantum tempus Paulus non ad ſe non revocavit, & exceptionem non numeratæ pecuniæ non oppoſuit; igitur ad vitandas fraudes, & calumnias lex declarat ex præſumptione Paulum debitorem. Cęterum in foro conſcientiæ non poterit Titius exigere à Paulo, quod certè non mutuavit, ne dictior fiat cum alterius jactura &c. *Malletus in hac Reg. num.2. Bardus hic c.2. nu.14.* Vera igitur eſt Regula ſemper in foro Conſcientiæ, & in foro fori, admiſſis limitationibus enumeratis, quod Locupletari non debet aliquis cum alterius jactura, & injuria.

R E-

# REGULA XLIX.

## In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

Conſentit & Pauli I. C. Regula : *In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt*, in *l. factum cuiq; §. fin. ff. eo. tit.* conſonat huic *l. interpretationem, ff. de pœnis*.

### CAP. I.

*Explicatur ſenſus Regulæ, & in quibus caſibus Regula locum habeat.*

1. Senſus Regulæ eſt, quod in dubio de pęna, quæ nam ſit delicto infligenda, gravior, an levior, tunc in pęnis benignior eſt facienda interpretatio : aliàs ubi certa à jure pęna ſtatuitur, non eſt à legis pręſcripto recedendum : quanquam ſi cauſa ſubſit, lex permittat etiam Iudici á ſtatuta pęna diſcedere, eã vel minuendo, vel augendo, *per text. in l. 3. l. 4. C. ex quibus cauſ. inf a. irrog.*

2. Fundamentum Primum, & Regula generalis. Quando lex continet verba comminatoria, v.g ſub pęna, ſeu interpoſitione excommunicationis, privationis beneficii, erit pęna non latæ, ſed ferendæ ſententiæ; & probatur, quia, cum talis pœna oriatur à voluntate ſuperioris, neque ex parte ſubditi ſit voluntaria, ſtrictè ſumenda eſt, iuxta Regulam: In pęnis &c.

Quando verò pęna dependet à libera voluntate, & conventione plurium, inter ſe pœnam aliquam præſcribentium, v.g. ſi in Contractibus alter contrahentium promittat ſe aliquid facturum ſub hac, vel illa determinata pœna, in caſu contraventionis, verba illa important ſententiam latam, ſaltem probabiliter, ita ut promittens ante ſententiam Iudicis teneatur Promiſſario ſolvere pœnam; nam ſic contrahens vult ſe obligare ad pęnam latam, & ideò ſtrictius verba illa ſunt intelligenda. Contrarium etiam probabile eſt. Vide *Delugo tractat. de iuſtit. diſp.22. ſect. 15. à n.*400.

3. Secundum Fundamentum. Lex involuens participia futuri temporis de-

deſignat pęnam ferendam, non latam, v. g. Qui faciet hoc, erit dignitate privandus. Ratio eſt, quia Verbum futuri temporis excludit tempus præſens, & præteritum; ergo indicat ſolum rem in futuro peragendam. *Sylveſt. v. excom. 11. n. 31. Avila de cenſur. p. 2. diſp. unica c. 2. dub. 2. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 13. c. 24. ſect. 2. 258.*

Idem importat Lex per verba imperativi modi, v.g. ſi quis talia perpetraverit, vos Iudices tali pęna delinquentes afficite; Ratio eſt, quia modus imperativus ſignificat aliam Perſonam à Legislatore diſtinctam, á qua pęna ſit Reo infligenda; ergo non latam, ſed ferendam ſententiam dictus modus præſignat.

Secus tamen dicendum, quando verba modi imperativi nullam dicant relationem ad Perſonam, à qua ſit actio, vel miniſterium exercendum; quia tunc latam, & non ferendam ſententiam important. V.G. talia perpetrans, ſubjaceat excommunicationi, ſuſpenſioni &c. Item ſi dicatur, ipſo facto ſit excõmunicatus, pęnã incurrat, nam declarata criminis incurſione, etiam in foro fori delinquẽs remanet pęna ligatus, ſi-

ne pœnæ hujus expreſſa declaratione: Vide *Streinium in Ptolegomenis ſumma Iuris Can §.8. de leg. pœn. n.4.* Ad differentiam Fori conſcientiæ, in quo delinquens patrato crimine, etiam occulto, & non declarato à Judice, ſtatim ligatus exiſtit; non tamen erit delinquens vitandus, niſi delictum publicitate, vel Iudicis Eccleſiaſtici declaratione laboret. Ita *D.D. communiter.* Plura dicta in *Reg.15.* hic applicari poſſunt.

## CAP. II.

*Proponuntur Caſus, in quibus Regula fallit.*

4. FAllit primò, quando lex imponit delicto excommunicationem, niſi aliud exprimatur, de majori interpretatur. Ita Decius in *L. in pœnali, ff. de reg. iur. Covarr. in c. Alma mater p.* 1. § 8. *nu.5. Tolet. in ſum. l.2 c.5. Bonac. de excom. diſp 2.q.1. punct. 2. num. 2. Alterius de cenſuris lib. 1. diſput.2. c.2.*

Probatur ex *cap. penult. de ſentent. excommunic.* & quamvis ibi Pontifex loqua-

quatur de excommunicatione ab homine, idem nihilominus de majori dicendum eſt ob paritatem rationis, ut benè notat *Suarez*.

Probatur etiam ratione. Excommunicatio importat negationem Eccleſiaſticæ communionis, ſed Negatio ſi ſimpliciter addatur, totum, quod poſt ſe invenit, deſtruit; ergo hoc vocabulum excommunicatio ſine limitatione tollit omnem communionem, & conſequenter majorem excommunicationem importat, per quam tollitur omnis communio Eccleſiaſtica.

5. Neque obſtat Textus in *c.* 1. *de except.* Vbi vult Pontifex in exceptione facta à Reo contra Actorem, teneri dictum Reum exprimere ſpeciem talis excommunicationis; ergo excommunicatio ut ſic non importat majorem excommunicationem. Reſpondetur ibi præcipi non expreſſionem ſpeciei excommunicationis, ſed differentiæ accidentalis ratione cujus delicti ſit impoſita, ut cognoſcatur cauſa delicti in Iudicio, ob quam Actor, contra quem Reus excipit, fuerit excommunicatus. *Suarez cit.*

6. Secundò fallit in materia Inter-

dicti;quia ſi interdicatur Civitas,& per hoc nomen Civitatis ædificia tantum intelligantur, quæ murorum circulo clauduntur, eſtenditur nihilominus etiam ad ſuburbia, ut habetur in *c.ſi civitas de ſent. excomm. in 6.* nam poſſet lex contemni, &reddi inutilis, cum Cives adirent ſuburbia, & ibi ſacrum audire: ne igitur lex pereat, in odioſis tali caſu ſit extenſio: melius eſt enim quod Actus valeat, quam pereat, ut in *Reg.15.* dictum eſt.

7. Tertiò fallit quando Eccleſia interdicitur: tunc enim & Cęmeterium, & Capellæ interdicuntur, ſi ſint eidem Eccleſiæ immediatè coniunctæ, ex *eo. cap. ſi Civitas*. Secus verò ſi inter Eccleſiam,& Cęmeterium,atq; Capellas ſit aliqua ſeparatio. Vide *Reg.42. num.* 12.

8. Quartò fallit in Criminibus enormibus, in quibus rigor potius, quam pietas exigitur, *l. Divus verſ. ſeverè, ff. de re iud. l. reſpiciendum verſ. planè, ff. de pœnis. Peckius hic n.*8. Plura de hac materia videri poſſunt in *Reg.15. Odia reſtringi &c.* quæ conſonant Regulæ præſenti. *In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.*

RE-

# REGULA L.

## Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

Ex *l.civili l. actus legitimi ff. eod. tit.*

## CAP. I.

### *Explicantur termini, & ſenſus Regulæ.*

1. NOt. primò, quod Actus idem importat quod & Geſtum, & Contractus largo modo, & provt in hac Regula á Pontifice intelliguntur: qui etiam appellantur legitimi, inquantum à lege, ſeu quocumque jure ſcripto, vel à natura formam acceperunt, & ſub eadem forma ſunt approbati, & confirmati. Ita *Decius in l.actus n. 2. Dynus hic in princ. Alciatus in l.cum ad præſens tempus, ff. ſi certum petatur.*

2. Hi porrò Actus non recipiunt conditionem, neque diem, ideſt non ſunt capaces alicujus conditionis, & diei, quæ poſſint ſuſpendere eorũ effectum in futurum eventum, vel in tale

tempus, ita ut ſi talis conditio de futuro, vel tempus apponatur, ſtatim Actus invalidantur, & fiunt irriti; nam ex lege ſic ſunt inſtituti, ut confeſtim conſequantur effectum, qui eis proculdubio repugnat, ſi tali ſuſpenſiva afficiantur conditione. *Covarr. de ſponſal. p. 2. cap. 3. n. 4. Sotus in 4. diſt. 29. q. 2. artic. 1. Sanch. l. 5. de matrim.*

3. Sed quia Papinianus, vel, ut aliqui volunt, Pomponius quoſdam tantum particulares Caſus enumerat in *d. l.* actus, ut ſunt Emancipatio, Acceptilatio, Hęreditatis additio, ſervi optio, Datio tutoris, hęc lex civilis contraria videtur noſtræ Regulæ canonicæ, vel quod civilis ab hac canonica corrigatur, quæ ſine ulla reſtrictione, & indefinitè alios Actus legitimos compræhendit ab enumeratis à Papiano, qui ex natura rei, vel ex legis diſpoſitione nequeunt diem, aut conditionem recipere; dicendum eſt nihilominus nullam inter has leges reperiri contrarietatem, ſed in ſenſu *Peckij num. 2. ex Covarr in 4. Decretal. p. 2. cap. 3. n. 4.* cui conſonat *Barboſa hic n. 7.* utramq; eſſe concordem; in hoc tamen differunt, quod ius Civile quoſdam

ca-

caſus in ſpecie exemplificando declarat; jus autem Canonicum, ſupponendo ipſorum naturam, eos in communi voluit explanare.

4. Neque hic loquimur de conditione impropriè dicta, quæ tendit in tempus præſens, vel præteritum; neq; de illa, quæ, & ſi reſpiciat eventum futurum, eſt tamen neceſſaria in eventu, ut ſi ctas Sol orietur, emo à te hunc Bovem; ut de prima dicitur *Inſtit. de verb. oblig. §. conditiones, l. conditio, ff. eo. tit.* & *l. cum ad præſens tempus, ff. ſi cert. pet.* & de ſecunda habetur in *l. ſi pupillus §. qui ſub conditione, ff. de novat.* Neq; intelligimus de conditione reſolutiva, quæ non ſuſpendit, ſed potius eſt modus, quam conditio; & quamvis utraq; dicat neceſſitatem, inquantum tam ille, qui conditionem non ſervat, quam ille, qui non ſervat modum, non conſequitur relictum, ut ex *l. prima C. de his, quæ ſub modo*; differunt tamen quoad ſuſpenſionem Actus, qui per conditionem ſuſpenſivam vitiatur, non autem per modum; quamvis ſi iſte deficiat, datur actio in judicio ex pacto modi adimplendi, ex *Gloſſ. in d. l. 1. verbo pro conditione. Ti-*

*raq. de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 2. n. 34.* De hac conditione, ſeu modo videatur *Sanch. in ſumm. l. 7. diſp. 5. n. 60. Barboſ. hic num. 20.* ex *l. 2. ff. de in diem adiect. 4.*

5. De conditione igitur propriè dicta loquitur Regula de illa ſcilicet, quæ actum ſuſpendit, quatenus tendit in eventum futurum, & incertum; & eſt qualitas, quæ diſpoſitioni adjecta, vel inhærens, illam in eventum futurum dubium ſuſpendens; aliquando tamen Actus habet ſibi annexam conditionem vel à lege, vel à natura, quæ etiam ſi exprimatur, actus non vitiatur. *Decius in l. actus. Tiraquell. in l. ſi unquam, v. revertatur numer. 295. Barboſ. hic num. 6.* V. G. Datio Tutoris eſt verus actus legitimus, actus tamen valebit, ſi ponatur conditio. Si Tutor ſatis dederit, ideſt ſecuritatem per fidejuſſionem, *ff. qui ſatis da. cog. l. 1.* hæc enim conditio tacitè ſibi ineſt à jure *l. mutuo §. ſub conditione, ff. de tutel.* Item conditio poſita in collatione beneficii, ſi vacat, quia hęc eſt intrinſeca, ſi enim nõ vacat, alteri non poteſt conferri, *c. 2. de conceſſ. Prabend. ſic Gloſſ. in cap. 2. de elect. in 6.*

*verſ.*

*verſ. incerta circa medium. Covarruv. lib. 3. var. cap. 16. n 2.*

6. Not. inſuper conditionem etiam de præſenti in Electionibus, poſitam annullare electionem, non ut eſt actus legitimus, ſed quia in electionibus ſuffragia electorum debent eſſe pura, & certa. Ita *Mayner. in l. actus nu. 28. Barboſ. hic num. 18. in fin.* His habitis, ſit

17. Fundamentnm generale. Quicunque Actus, Diſpoſitio, ſive Contractus, qui à lege, vel à Natura formam accepit, & ſub eadem forma fuit approbatus, & confirmatus, nequit recipere conditionem ſuſpenſivam circa futurum, & dubium eventum, & ſi talis addatur conditio, Actus totus vitiatur. Probatur ex Regula. Ex hoc Fundamento.

18. Reſolves, Non valere hunc Actum Emancipationis: *Ego te eximo á patria poteſtate, ſi Rex mille aureos tibi dederit.* Ratio eſt, quia conditio doni futuri eſt incerta; ergo ſi de præſenti non emancipatur, quod eſt incertum, adhuc iſte remanet ſub auctoritate parentum. Quod ſimiliter dicatur

tur de aliis ſupra, enumeratis.

19. Reſolves etiam irrita eſſe Sacramenta novæ legis, cum ſint veri Actus legitimi, ſi tali conditione ſuſpenſiva afficiantur: nam impoſſibile eſt ſuſpendi valorem, & ſubſtantiam Sacramenti, cum actu dependeat à materia, forma, Miniſtro, ſuſcipiente, ſimulque ab intentione: igitur ſi intentio Miniſtri non eſt abſoluta, ſed ſuſpenſivè conditionata, nullum eſt Sacramentum: concedo nihilominus in ſententia probabili valere Sacramenta, & ſuſpendi effectum gratiæ, ſi omnia concurrant neceſſaria ad eorum valorem, deficiente tamen ſuſcipientis diſpoſitione; quod certò apparet in Sacramentis imprimentibus characterem, v.g. in Sacramento *Baptiſmi*, ſi quis cum peccato mortali baptizetur, & de illo non doleat, concurrentibus requiſitis ad valorem Sacramenti, valebit actus Sacramentalis, ejuſque effectus characteris, ſuſpenſo tamen manente altero gratiæ effectu, & data indiſpoſitione ſuſcipientis.

20. Reſolves iterum hoc idem de Matrimonio, quatenus eſt Sacramentum,

tum, quia non poteſt ſuſpendere ejus effectum; manente enim conditione, matrimonium non eſt. Confirmatur: Hæc duo ſunt ſimul incompoſſibilia, Matrimonium eſt in eodem inſtanti, & in eodem inſtanti conditio ſuſpenſiva eſt: ergo &c. Item ſi conditio Matrimonio addita ſit turpis, vel impertinens, judicatur non poſita: & ſi contra ejus ſubſtantiam, totum annullat contractum.

21. Reſolves tandem é contra ceteros Actus legitimos, ut ſunt Emptio, Venditio, Stipulatio &c. non vitiari per conditionis appoſitionem, atque diei, cum non habeant á lege certam verborum formam & vi ideoq; dici poſſunt Actus legitimi conditionati.

Idem dicendum de Cenſuris Eccleſiaſticis, quæ, cum non ſint propriè, & rigorosè actus legitimi; quia non ſunt inſtitutæ, ut ſub certa, & determinata verborum forma ferantur, poſſunt admittere conditionem ſuſpenſivam, & ferri *in diem*, ideſt initio talis temporis, ad differentiam hujus termini, *ad diem*, ideſt uſque ad tempus talis diei ceſſabit v. g. obligatio actus,

actus, ex *Gloſſ. inſtit. de verb. oblig. §. ſtipulatio v. in diem litt. M.* Sic dicatur de ſuſpenſione, & de Interdicto. Probatur ex praxi, & *ex c. praterea de appell.* v.g. *Niſi parti ſatisfeceris infra menſem te excommunicatum eſſe cognoſcas. Barboſ. hic n. 12. & in c. romana de ſentent. excomm. 6. n. 3.*

His ergo præintellectis, habebis verum ſenſum Regulæ, dicentis, quod, *Actus legitimi non recipiunt conditionem, neque diem.*

## REGULA LI.

### Semel Deo dicatum non eſt ad uſus humanos transferendum.

*Ex c. qua ſemel 19. q. 3. hic, c. nulli liceat, c. prædia 12. q. 2.*

## CAPUT UNICUM.

*Explicantur ſenſus Regula.*

1. FVndatur hæc Regula in poſſeſſione rei Deo conſecratę per

per voluntariam conceſſionem, quare ſemel à Deo acceptata, non amplius mutatur ejus voluntas, nec contra eum præſcribi poteſt, neque ſui juris obliviſcitur: quod quidem intelligi poteſt tam de Animatis, quam de Inanimatis, & utrunque cum ſui exceptione. Per inanimata intelliguntur ligna Eccleſiæ dirutæ, Monaſteria, & hoſpitalia Epiſcopi auctoritate erecta, cum ſuis materialibus, nempe lignis, petris &c. Jtem Calices, Patenæ, Veſtes, libri &c. Imò & prædia, Vineæ, & reliquæ res Eccleſiæ; quæ & Deo conſecratæ dicuntur, *ut ex cap. 2. de immun. Eccleſ. lib. 6. & cap. ſemel citat.* quæ in uſum Laicorum transferri non poſſunt, ſed vel alteri Eccleſiæ, ſeu Monaſterio applicando; & ſi inutilia ſint, igne ſunt comburenda, *cap. ligna de conſecrat. diſtinct.* 1. Limita tamen, niſi aliqua neceſsitas urgeat; nam in tali caſu, etiam Calices venduntur, trabes, ligna, ac materialia Eccleſiæ pro pretio diſtrahuntur. Ratio autem quare talia inanimata nequeant converti in uſus profanos, eſt eadem, quæ ex ipſomet jure deducitur, nempe, quod illa

mate-

materialia, quæ partes erant Eccleſiæ, cenſentur etiam ipſa Deo dicata, veluti quid acceſſorium, ut pars in ordine ad totum corpus. *Dynus hic initio. Peckius num.3. Azor.inſt.moral. p.2. lib. 9. cap.3. q.11. Barboſ. de jur. Eccleſ. lib. 2. c.4.n.74.Strein.hic aliiq;*

2. Per Animata ſimiliter intelliguntur Perſonæ ſpecialiter Deo conſecratæ; limita tamen in quibuſdam caſibus, in quibus homines Deo per ſacros Ordines, vel per tria Vota ſolemnia conſecrati, uxorem ducunt ex Pontificis diſpenſatione, & ad ſæculum reddeunt.

3. Neque obſtat, Vota eſſe de jure divino, & conſequenter in iis non poſſe Pontificem diſpenſare; quia in iis, quæ ſunt de jure divino abſolutè, & independenter ab hominum voluntate, Eccleſia nequit diſpenſare, ut circa materiam, & formam Sacramentorum.

Diſpenſat quidem in iis, quæ ſunt de jure divino, ſed relativo ad voluntates humanas de ſe mutabiles, ut ſunt Vota, etiam ſolemnia, majori ſcilicet exigente bono, quia Chriſtus Eccleſiæ commiſiſſe creditur ob neceſſitates

quo-

quotidie occurrentes, alioquinon ſufficienter videretur proviſum fuiſſe neceſſitatibus Chriſtianæ Reipublicæ. *Diana tract.1. de poteſt. Pontif. part.* 8. *reſol.73. Azor. tom.1. l.12. c.9. q 1. D. Antonini Henriquez multique alii apud Dian. cit. loco. Urban. ab Aſcenſ. hic.*

4. Probatur, tum ex facto Pontificum, quos pluries in hoc caſu diſpenſaſſe legimus; ut de *B. Laurentio Iuſtiniano*, qui prius Monachus Sancti Nicolai, ab *Alexandro III.* Pontifice Romano, precibus *Vitalis Ducis Venetiarum*, impetravit, ut ſoluto pro tempore Religionis vinculo, ad procreandam in ejus familia ſobolem, uxorem duceret, & ita eveniſſe teſtatur hiſtoria.

Sic fertur de *Ramiro Aragoniæ Rege Monacho* facto.

Sic de *Caſimiro primo Poloniæ Rege Monacho Cluniacenſi S. Benedicti* profeſſo, atque Diacono qui auctoritate *Benedicti IX. vel Clem II.* à Voto, & Religione abſolutò, tranſivit ad Nuptias, & alii apud *Dian. ſup. cit.*

5. Neque dicatur hos fuiſſe tantum Novitios, ſed non profeſſos, quia Sanctus Ramirus fuit in Cęnobio Sancti Facundi Præfectus, & Abbas, po-

ſtea

ſtea in Pampilonenſi Præſul &c. Deinde duxit Vxorem.

Probatur etiam ratione. Quia Pontifex diſpenſat in Voto ſimplici. Item poteſt tollere ſtatum Religioſi, & pro tunc Vota eſſentialia non obligabunt. Cæterum vera eſt Regula. *Semel Deo dicatum &c.*

## REGULA LII.

### Non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum.

Ex c. *non præſtat hic*, ex c. *veram* 31. q. 2.

## CAPUT I.

*Exponitur ſenſus Regulæ, & quando locum habeat.*

1. SEnſus præſentis Regulæ eſt, quod illud, quod nullum eſt, nullum poteſt producere effectum; & illud dicitur nullum, quod de jure non fit, & non ſor-

ſortitur effectum; nam, Non fieri, & non ſortiri effectum in jure idem ſunt. Item, Non eſſe, vel nullum eſſe æquiparantur. Ita *Surdus deciſ. 51. n. 14. Barboſ. axiom. 115. n. 2. 3.* 4. Decernit ergo Regula, quod Actus ex jure nullus, vel, qui de jure non habet effectum, ſeu nullius eſt valoris, non præſtat impedimentum, emolumentum ſcilicet, neque nocumentum. Ex diſpoſitione igitur Regulæ, ſit

2. Fundamentum generale Actus moraliter, aut juridicè nullus, nullam conſequentiam infert, nullum effectum cauſat. Patet ex Regula. Ex hoc Fundamento.

3. Reſolves Primò, hanc Regulæ diſpoſitionem valere in Electionibus: unde electores per modum ſcrutinii eligentes indignum, electione executioni nondum mandata, non privantur jure eligendi pro prima tantum vice immediatè ſequente, ſit ſtatuitur in *Textu cap. cum in cunctis §. Clerici, c. ſcriptum, §. ſi verò, C. Cumana in fin. de elect.* & *c. quamquam §. igitur ſi electores eo. tit. in 6.* Secus verò ſi electio ſuum habuerit effectum. *Dynus hic. Nav. Sayr. de cenſ. Caſtellinus de electio-*

*ne*

*ne c. 5. num. 29. Laym. de elect. Prælati Eccleſiaſtici q. 77. Barboſa de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19. num. 71. Aliique apud Bardum hic cap. 1. num. 2.*

4. Secundò, valere in Teſtamentis; unde ſi à Legatario fiat electio unius ex duobus prædiis, ſibi à Teſtatore relicti, ſi una electio non valeat ratione alicujus conditionis neceſſariæ, jus remanet in Legatario iterum eligendi, ex *l 2. & 4. ff. de optione legati*; nam impedimentum non præſtat, quod de jure nullum eſt, ſeu non ſortitur effectum.

5. Tertiò, valere in Teſte; unde prima depoſitione corruente ex defectu alicujus conditionis neceſſariæ, ſecunda valebit, etiam primæ contraria; nam actus iuridicè nullus, nullam infert conſequentiam, ſeu impedimentum. Deducitur ex *c. at ſi Clerici de iudiciis. Peckius hic ampliat. 1. num. 2.*

6. Quartò Reſolves, valere in ſponſalibus; unde primis ſponſalibus irritis ratione ætatis, vel conſenſus &c. nova poſſunt celebrari à ſponſo cum conſanguinea primæ ſponſæ in primo, & ſecundo gradu; quia prima ſponſa-

ſalia nulla non præſtant impedimentum publicæ honeſtatis.

7. Quintò valere in Sacramentis Eccleſiæ; unde homo invalidè baptizatus, poterit, imò neceſſariò erit iterum baptizandus, *cap. 1. de Præsbit. non baptiz.* Idem dicendum de invalidè ordinato; quia prima promotio invalida ad iteratam promotionem minimè prę́ſtat impedimentum.

## CAP. II.

### *Proponuntur aliqui Caſus excepti á Regula.*

8. PRimò excipiuntur delicta; propterea ſi Delinquens contra ius non ſortiatur effectum, ideſt Actus contra legem ſit invalidus, v. g. alienatio rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, non effugiet tamen delinquens pęnas *in extravag. c. ambitioſè*; quia in hoc caſu nullitas actus non præſtat impedimentum, quin pęna effugiatur.

9. Secundò excipiuntur Legata, ut ſi Teſtator relinquat centum Ioanni capaci, poſtea verò idem numero le-

legatum relinquat Franciſco incapaci, quamvis ſecunda legati inſtitutio effectu, & validitate careat, præſtat nihilcminus impedimentum Ioanni, ne illius legati fieri poſſit particeps; nam per ſecundam diſpoſitionem ex libera Teſtatoris voluntate cenſetur á Ioanne illius legati tacita ademptio.

10. Tertiò excipiuntur proviſiones, diſpoſitiones &c. quæ alicui competunt non iure ordinario, ſed jure devolutionis, quæ ſi ob aliquem defectum, nullæ ſint, nequeunt iterari. Exemplum ſit. Canonici eligentes, & per mortem, vel per renunciationem electione non ſubſiſtente, poſſunt iterum eligere, quia jure ordinario ad eos ſpectat electio; ſi verò electio in aliquo caſu ad ſuperiorem, v. g. Epiſcopum devoluatur, electione facta ab ipſo, & non tenente propter aliquem defectum, vel per renunciationem electi, tunc nullitas electionis, vel renunciatio preſtat impedimentum quin ab eodem nova poſſit fieri electio, ſed jus eligendi ad eos reddibit, quorum intereſt jure ordinario. Ita *Gloſſ. in c. ſi electio de elect. in 6. v. integrum. Tiraquell. in l. Boves §. hcc ſermone limit.* 1. *n.* 49.

*n.49.ff. de verb. ſignif.* Nota electores iure ordinario eligentes, poſſe noviter eligere, quando electio nulla eſt ipſo jure, ſecus verò ſi non ſit ipſo jure nulla, ſed poſſit annullari, nam tunc non poſſunt iterum èligere, ut voluit *Innoc. c.publicatio in princ. & ibi Hoſtienſ. columm.2.in v.nequeunt, & Baldus col.penult.verſ.Quæro dicitur hic.*

11. Quartò, & ultimò fallit Regula in Delegatis, & ſubſtitutis, ſi enim ſententia lata à Delegata fuerit nulla ex aliquo juris errore, v.g. ex defectu citationis peremptoriæ, aut alicujus eſſentialis requiſiti in ordine juris; tunc actus juridicè nullus conſequentiam, & impedimentum infert in Delegato, ne poſſit iterum in eadem cauſa judicium ferre. *Menoch. l.1. de Arbitrar. iud.q.67.n.21.Strein. hic n. 3.* Secus tamen ſi erravit in forma Delegationis. Ita *communiter D. D. ex c.cum dilecta de reſcript.* Vide *Menoch.* ubi plura.

Cęterum vera eſt Regula, quod, *Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum.*

# REGULA LIII.

## Cui licet, quod eſt plus, licet utique quod eſt minus.

Ad Regulam 35. remitto lectorem, ubi de hac ſatis.

# REGULA LIV.

## Qui prior eſt tempore potior eſt jure.

Idem habetur in *civili l.qui balneum*, & *l.potior, ff. qui potiores in pignore habeantur*, & *l.ſi fundum C.eo.tit.*

### CAP. I.

*Extenditur Regula in materia de Beneficiis, & Officiis.*

1. FVndatur hæc Regula in ea ratione, qua jus naturale pro labore exigit adęquatam mercedem, & in eo, quod vigilantibus, non dormientibus jura ſuccur-

currunt, *l. qui autem 6. §. ſciendum, ff. quæ in fraud. cred.*

Termini hujus Regulę de ſe patent, ſed quia juxta hujus fundamentum variæ poſſunt contingere dubitationes circa acquiſitionem Dignitatum, Beneficiorum, aut Officiorum, fundatæ in prioritate, & poſterioritate impetrationis, & præſentationis; idcircò aliquid primò reſolvam quoad impetrationem Beneficii, ſeu officii cum relatione ad præſentationem litterarum.

2. Quid igitur dicendum, ſi quis prius altero impetret Beneficium aliquod in Eccleſia determinata, an debeat præferri in acquiſitione talis beneficii illi alteri, qui, quamvis idem beneficium poſterius impetraverit, prius tamen litteras præſentavit? Reſpondetur cum diſtinctione; ſi utraque impetratio ſit ſimplex, ſcilicet abſque conditione; præferendus eſt is, qui prius Beneficium impetravit juxta Regulam. Si prior impetratio fuit conditionata, poſterior verò abſoluta; præferendus eſt is, qui abſolutè impetravit, ſi conditio non ſit adimpleta tempore collationis; ſecus verò ſi ſit

purificata; ratio eſt, quia prima conceſſio, conditione non impleta, eſt imperfecta, & ſine conſenſu concedentis; ergo quoties poſterior in impetratione prius præſentet, prior etiam eſt impetratione; nam prima impetratio, conditione non poſita, imperfecta remanet, ac ſuſpenſa. Ita colligitur ex *cap. ſi pro re. de reſcript. in 6. Gloſſ. in expoſit. caſus, & alii apud Barboſ. ibi num.* 1.

Si tandem utraque impetratio fuit conditionalis; præferendus eſt, qui prius præſentat conditione jam adimpleta; nam prior eſt tempore; igitur potior jure cenſetur, de hac materia vide *Barboſ. & Canoniſtas cum Rebuff. in praxi Benefic.*

3. Hæc tamen Regula fallit: Primò ſi Pontifex, non obſtante prioritate, ex plenaria ſui poteſtate vellet poſteriori beneficium conferre. Secundò, ſi in priori ſit aliquis defectus, puta, ſi fuerit negligens in præſentatione, nam tunc Judex cui mavult conferre poteſt. *Felin. in capitulum n.* 5.

4. Fallit ſecundò, quando prior fuit electus à conferente iuridicè impedito, v.g. excommunicato non tole-

lerato, aut ſuſpenſo ab officio; quià tunc poſterior priori præfertur, ſi eligatur poſt ſublatum impedimentum: *Peckius hic ex cap. cum inter §. fin. de elect.*

5. Fallit tertiò, ſi prior electus ſit inhabilis; & tunc poſterior priori pręfertur, *c. cum noſtris de conceſs. prabend.*

Fallit quartò, quando forma in impetratione, vel in collatione non fuit ſervata in priore electo, tunc enim, quia forma nulla fuit, poſterior electus juxta formam pręferendus eſt, *c. quia propter, &c. ſuper eo de elect.* videatur *Felinus citat. ubi multa de hac materia.*

## CAP. II.

### *Quomodo ſit Regula intelligenda de prioritate, & poſterioritate Creditorum quoad Hypothecas.*

7. FVndamentum, & Regula generalis: Qui prior eſt tempore in concurſu plurium creditorum, potior eſt jure, regulariter loquendo, & cęteris paribus: probatur ex Regula; quia nemo poteſt alteri, jam in juris acqui-

ſiti poſſeſſione exiſtenti, præjudicare: beatus enim eſt, qui poſſidet: aliquando tamen ex jurium diverſitate prior ſolet poſteriori poſtponi. Ex hoc Fundamento.

8. Reſolves, Inter Creditores Hypothecarios præferendos eſſe eos, qui priores ſunt tempore: unde tacita hypotheca prior præfertur expreſsè posteriori: & generalis hypotheca prior ſpeciali poſteriori: etiamſi poſteriori traditum ſit pignus: nam res ad alium tranſit cum ſuo onere, *l. creditor* 12. *§. fin. ff. eo. tit. c. ex litteris* 5. *circa fin. de pignoribus*. Ratio eſt, quia jus quæſitum, alteri invito auferri non poteſt, *l. id, quod noſtrum*, & *l. non debet alteri ff. hoc tit.*

9. Quando verò jus quæſitum nondum eſt, poterit poſterior priori præferri, ut re una duobus vendita, ſi tradatur poſteriori emptori præfertur priori, ſed prior emptor habebit actionem perſonalem contra venditorem, *l. 1. in fin. ff. de interd.*

10. Fallit tamen Regula inter Creditores Perſonales, & Chirographarios carentes hypotheca, vel alio jure prælationis, inter quos non datur ordo,

do, ſed ſolum omnibus pro rata ſolvendum. Ratio eſt, quia inter hos Creditores reperitur æquale jus: ne igitur illis fiat injuria, nullus alteri eſt præferendus. Vide *Sylv. v. Reſtitutio 5. q. 5. Leſſ. lib. 2. c. 15. dub. 6. nu. 44. Regin. l. 10. n. 148.*

11. Fallit Regula in multis caſibus, in quibus poſterior tempore præfertur priori habenti hypothecam, ut dicitur in ſecunda parte Fundamenti, quia Creditores non ſunt pares in re credita, ex eorum jurium diverſitate.

Fallit ergo in Creditore ratione mutuationis ad refectionem Navis.

Secundò in mutuante pro re cuſtodienda.

Tertiò in Hypotheca dotali.

Quartò in emptione pecunia Pupilli.

Quintò in mutuo ad aliquod emendum.

Sextò in Contrahente cum Fiſco.

Septimò, & ultimò in Credente pecuniam ad militiam.

# REGULA LV.

## Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & è contra.

Ex *lege civili, l. ſecundum naturam, ff. de Reg. iur.*

1. EX hac Regula, quę ſine alia explicatione ex terminorum apprehenſione clarè patet, duo colliguntur Axiomata; quorum primum eſt; Qui ſentit, ſeu ſuſtinet onus, conveniens eſt, ut ejuſdem rei commodum, & lucrum percipiat. Secundum eſt à contrario ſenſu : Qui in aliqua re, ſeu negotio fruitur lucro, aut commodo, & oneris, ſeu incommodi quoque ſibi annexi particeps eſſe debet. De primo loquitur Paulus I.C. *ſecundum naturam eſt*, inquit, *commoda cujuſcunq; rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, l ſecundum naturam citat.* De ſecundo ait Juſtinianus : *Nec enim ferendus eſt qui lucrum quidem amplectitur, onus autem, & annexum contemnit, in l. unica, §. pro ſecundo in fin. C. de caducis toll* Ex hac Re-

gu-

gula, tanquam ex Fundamento ſtabili.

2. Reſolves. Emptori poſt contractam emptionem, traditione nondum facta, cedere omne periculum rei emptæ: ergo & lucrum ipſi rei accedens, §. *cum autem inſtit. de emptio. l. 1. C. de periculo, & commodo rei vend.*

Item è contra. Hęreditatem inteſtati venire, ut commodum ad legitimos hęredes: ergo & incommodum, ſeu onus Tutelæ legitimæ. *Titul. inſtitut. de legitima patro. tut. &* §. *ex his autem. Novell. de Hæredibus ab inteſt.*

3. Idem dicendum de Beneficiario, cui ſui Beneficii fructus competunt: ergo & onus rectè ſuum peragendi officium, ex *c. ſignificatum de prabend.*

Cęterum hęc Regula per omnes materias tranſcendentales vagatur, ut notat *Barboſ. in fine explicationis hujus Regulæ* ex *Caſtil. in controv. jur. lib. 2. cap. 5. n. 56.* ideo ad veritatem iſtius, ſufficit ut eadem res ex natura ſua intrinſeca includat commodum, & incommodum, & utrunque ſentiatur, niſi à lege, vel à ſpeciali conventione oppoſitum diſponatur. *Gloſſ. hic declarat verſ. Qui ſentit onus &c.* & ſic Regula patet.

R 5 RE-

# REGULA LVI.

## In re communi potior eſt conditio prohibentis.

*Ex l. ſabinus 28. ff. comm. divid. & ex l. in concedendo, ff. de aqua, & aqua pluv. arcend.*

## CAP. I.

*Explicatur Regula, & ad cognoſcendam ejus veritatem, & fallentiam, ponitur Fundamentum generale.*

1. DIctum fuit in Regula *29. Quod omnes tangit &c.* dictionem illam, *Omnes* poſſe ſumi dupliciter, diſtributivè, & collectivè, & quid per iſtos duos terminos importetur, eorumque differentia, ibi ſatis explicata remanſit: eadem omnino intelligentia in hac Regula exigitur de illa dictione, *Communi*, quæ ideo res communis dicitur, in quantum plures tangit, ſeu ut in *Regul. 29.* dictum eſt, ad plures ſpectat,

Res igitur communis capitur in ſenſu diſtributivo, vel in ſenſu collectivo: ſi primo modo, ſenſus erit, *Res communis*, ideſt, cujus commodum, & incommodum ad plures in communi pertineat, ut etiam ad ſingulos in particulari ſpectet principaliter: ſi ſecundo modo intelligatur, nempè collectivè, ſenſus erit, *Res communis*, ideſt, cujus commodum, & onus ad plures ſpectat, prout unum corpus, Collegium, vel Communitatem conſtituunt, quod tamen ad neminem in particulari, & ſeorſim ſumptum pertineat. Dictio ergo illa, *Omnes* in *Regul.* 29. ex dictio illa, *Res communis* in Regula præſenti ſumuntur diſtributivè: ſed quia aliquando utraque Regula fallit, cum in quibuſdam caſibus ſufficiat majoris partis approbatio in *Reg.* 29. neque ſemper vera ſit 56. quod in re communi potior ſit conditio prohibentis, ideo pro utriuſque veritatis, & fallentiæ cognitione, ſeu quando prædictæ Regulæ in deciſione Caſuum intelligendæ ſint diſtributivè, vel collectivè, ſit

2. Fundamentum generale ex *Barboſa hic num.* 7. Quotieſcumque Res,

vel Negotium, de quo agitur, ſive ſit commodum, ſive incommodum ita ad ſingulos diſtributivè refertur, ut principaliter ſingulis ſeorſim, & in particulari conveniat, tunc requiritur approbatio ſingulorum ex *Reg. 29.* & in Re cōmuni potior eſt conditio prohibentis, & in hoc ſenſu currit Regula præſens: Quando verò commodum, ſeu incommodum rei geſtæ non ſpectat diſtributivè ad ſingulos, ſed refertur ad tertium, tunc fallunt Regulæ, *ſicque 29. & præſens 36.* intelligendæ ſunt in ſenſu copulativo, tuncque in 29. ſufficiet majoris partis conſenſus, & in hac *præſenti 36.* non erit potior conditio prohibentis. Ex hoc Fundamento.

Reſolves Primò. Si duo eandem domum in ſolidum conduxerint, uno ex ipſis recedere volente, non poſſe ab eo alium ſui loco ſubſtitui, altero ſocio prohibente. Probatur: quia Res geſta, ideſt ſubſtitutio Perſonæ ad ſingulos diſtributivè ſpectat ratione conventionis inter Perſonas determinatas: ergo alter jus habet prohibendi ſubrogationem novæ Perſonæ: nam aliter pateretur injuriam ex juris violatione, quod habet in

re

re communi, & conventione. *Baldus num. 4. ff. pro ſocio. Gloſſa in l. non aliter ff. de uſu, & habitatione. Peckius hic num. 1. Theſaur. recept. ſentent. lib. 5. num. 57.* & *Streinius in hac Reg. num. 2.*

4. Secundò Reſolves. Si domus à Paulo v.g. & Franciſco in ſolidum, & æquè principaliter fuerit conducta, non poſſe Paulum à Franciſco impediri, ne illuc Meretricem introducat. Probatur ex principiis communibus.

In re communi nemo Dominorum poteſt quicquam facere invito altero ſocio ex *l. Sabinus, ff. communi dividu.* & hoc decernitur, ne alter ſocius patiatur incommodum ex opere alterius ſocii: ſed nullum eſſet hic, ut ſuppono, incommodum Franciſco, & totum commodum ex ingreſſu mulieris redundaret in Paulum: ergo tunc non eſſet potior conditio prohibentis.

Confirmatur. Domus æquè principaliter quoad uſum ſpectat ad utrunq; diſtributivè, commodum verò ad Paulum introducentem: ergo, ex ſupra poſito Fundamento, ſi nullum

ſit

ſit Franciſco incommodum, vel non ſit commune, non erit potior conditio prohibentis.

Secus dicendum, ſi Franciſcus ex tali ingreſſu aliquid ſentiret incommodi temporalis, vel ſpiritualis, v.g. Famæ ſcandali, ſeu occaſionis peccandi ſibi, vel aliis ibi commorantibus, nam tunc poſſet, imò eum impedire certò teneretur.

5. Tertiò Reſolves in materia Religionis, Non poſſe alterum coniugum caſtitatem totalem vovere altero vivente, & prohibente: quia fieret injuria conjugi prohibenti, ex violatione juris ad petitionem, & redditionem debiti, quod eſt commodum, & incommodum utrique commune. Sic habetur *c. 135. q. 5. Gloſſ. hic verſ. in re communi.* Secus verò, ſi Votum eſſet emiſſum ex utriuſque conſenſu, vel poſt mortem alterius ſervandum: quia nullum alteri inferet prejudicium, ſeu incommodum.

6. Quartò Reſolves, ſi ſint duo hæredes communes, quorum unus remittat injuriam ei, qui Teſtatorem interfecit, ſi alter renuat, non eſſe remiſſam, ſed potior erit conditio prohi-

hibentis; nam ſicut hæreditas eſt ſingulis hæredibus communis, ſic & remiſſio delicti erit communis, & quod omnes tangit ab omnibus debet approbari: Ita *Strein.ampliat.*1. & traditur à *Peckio in Reg.* 29. Quod omnes tangit &c.

7. Quintò Reſolves, ſi detur aliquis locus communis, v.g. Ager, Fundus &c. qui non ſit ſacer, ſed purus, non deſtinatus ad ſepulturam, ſed ad alios uſus, non poſſe ibi extraneum ſepeliri, altero ſocio prohibente: quia talis fundus ex ſociorum conventione eſt omnibus, ſinguliſque communis in ordine ad uſum illum particularem: ergo ad uſum ſepulturæ, locus ille non poteſt deſtinari ſine alterius injuria. Secus verò ſi idem Fundus ſit deſtinatus ad corpora ſepelienda: nam tunc nullum eſſet incommodum alteri prohibenti: niſi præceſſerit pactum de non ſepeliendo alienum, niſi ex conſenſu utriuſque, vel Fundus non fuerit deſtinatus pro Familia, & aliis de domo Fundatoris, ex *Inſtit. de rer. divi*ſ *§. Religioſum*, ibi *Angelus. Pekius in Reg.* 29. *Strein. cit. Reg. reſp. ad obiect. Laver. in lucubrat. var. c.7.n.5.*

8. Re-

8. Regula igitur ſit generalis: Semper verificantur duæ ſupradictæ *Regulæ 29.ſcilicet & 56.* dummodo adſit conventio inter ſocios rei communis, & res geſta, ſeu negotium, quod peragitur, ſit in alterius incommodum, ſeu ſocii præjudicium; ſecus tamen ſi nullum præceſſit pactum, & nullum adſit prejudicium ſocij, ſed referatur tantum incommodum Tertii, ex *Fundamento poſito.*

## CAP. II.

*Aliqui Caſus explicantur, in quibus illæ duæ ſupradictæ Regulæ locum non habent, ex rationibus tactis in fundamento, & Regula generali ſuperius tradita.*

9. PRimò fallunt Regulæ prędictæ in ſententiis prolatis à pluribus Iudicibus: nam tunc ſtandum eſt majori parti: & ſi minor non conveniat *l. duo ex tribus verſ. ſed ſi. ff. de re judic.* nec reſpicienda eſt auctoritas in judicando, quæ ſingulis convenit, ſed commodum, & incommodum talis rei judicatæ, quę ſpe-

ctar

ctat ad Tertium, ideſt ad litigantes.

10. Secundò fallunt in remiſſione debiti; reſpuentibus enim hęredibus Defuncti hęreditatem adire, niſi à Creditoribus aliqua pars debiti remittatur, majori parte debitum relaxante, cẽſetur & minor remittere, ex *l. juris gentium, & l. & ſuum, §. hodie, ff. de pact.* Idẽ dicendum, ſi major pars concedat debitori dilationem ad ſolvendum, non erit potiòr conditio minoris partis prohibẽtis. *Barb. hic n. 6. cit. Afflictum d. 288. n. 4.*

Neq; hic major pars accipitur pro majori parte creditorum, ſed pro majori parte debiti; nam conſentientibus creditoribus majoris ſummæ, tenentur etiam conſentire creditores minoris; licet ſint plures perſonæ, ex *Textu expreſſo in l. majorem, ff. de pact.*

11. Tertiò fallunt in pręſentatione ad Beneficium Eccleſiaſticum; nam majori parte Patronorum præſentante, minor recuſans non infirmat præſentationem, ſed electio fiat Præſentati, vel dignioris ad libitum Epiſcopi, ſi adſit periculum ſcandali in tali diſſenſione præſentationis. Sic ſtatuitur in *Concil. Lateran. relato in cap. Quoniam de iur. Patron.*

12. Vi-

12. Videte igitur quomodo jus præſentandi competat ſingulis Patronis diſtributivè, & juxta *Regulam* 29. ab omnibus debeat approbari, & juxta *præſentem* : In re communi melior ſit conditio prohibentis: & tamen fallit utraque, quia commodum non convenit principaliter ſingulis Patronis, ſed Tertio, nempè Eccleſiæ, cui providetur, & Beneficiario, qui præſentatur. Vide *Barboſ. hic num.* 7.

Cum talibus limitationibus, ac diſtinctionibus explicandæ ſunt ſupradictæ *Regulæ* 29. & 56. ut in fundamento, ac Regula generali declaratum eſt, quando aliter á jure non diſponatur, ut in favorem Fiſci, & libertatis &c.

R E-

# REGULA LVII.

## Contra eum, qui legem dicere potuit apertius interpretatio eſt facienda.

Idem ſtatuitur in *l. Civili in l. in contrahenda vendit. ff. eo. tit.*

## CAP I.

*Explicantur aliqui Caſus, in quibus Regula locum habet.*

1. Regulariter loquendo verborum interpretatio fieri debet juxta eorum proprietatem, & communem intelligentiam: nihilominus contra dubiè loquentem, & obſcurè verba proferentem, lex ſtatuit, ut contra ipſum in dubiis ejus verba interpretentur: nam lex præſumit ita obſcurè loquentes, cum potuerit clarius, & apertius verba proferre, doloſè, & malitioſè loqui ad alios decipiendos. Sic probat *Textus in l. veteribus* 40. *Verba dubia*

*con-*

*contra proferentem ſunt interpretanda.*

Neque aliud intelligitur in hac Regula per nomen illud; Legem, quam pactum, ſeu conventio, quæ apponitur in contractibus, aliiſq; materiis ſimilibus, *l. legem C. de pact. ubi Gloſſ. verſ. legem* exponit ideſt conventionem, & *l. ſi & per emptorem §. quod ſi fundum ff. de actibus empt.* Ex hac Fundamentali Regulæ doctrina.

2. Reſolves Primò in materia Profeſſionis Religioſæ; ſi quis intra quinquennium nullam oſtendat ſuam Profeſſionem, veluti à ſe emiſſum tempore, quo erat annis minor, cum iſtud verbum *Minor* ſit æquivocum ad minorem 25. annis, & ad minorem 14. annis, contra ipſum interpretandum eſſe verbum illud *Minor*, quod ſcilicet dicere voluerit ſe eſſe minorem 25. annis, quæ minoritas non invalidat profeſſionem, idcirco malitia præſumitur in proferente, quia apertius loqui potuit, dicendo tunc ſe fuiſſe impuberem, & ideo ejus profeſſionem nullam extitiſſe.

3. Secundò Reſolves in ſtipulatione. Promittentem ſolvere alteri aliquid pecuniæ prima die Januarii, interpretari

tati à Judice pro Menſe proximo Januarii contra promittentem ; quia ęquivocè eſt locutus ad Menſem proximum , & futurum Januarii , cum apertius loqui potuerit. *Gloſſ. hic verſ. Item fallit*.

4. Tertiò Reſolves in Judiciis. Si Teſtis ambigué in Judicio loquatur ; verba eadem à Judice interpretantur contra eum, qui Teſtem, & probationes producit, ex *c. in præſentia verſ. intentioni veſtræ de probat.* ubi *Gloſſ. verſic. verbum dubium Surdus deciſ. 288. n 45. Maſcard. de probat. concl. 1363. num. 6. & alii apud Barboſ. in eod. cap. in præſent. cit. num.* 18.

Hoc tamen intelligitur de Judicio in civilibus ; ſecus verò in criminalibus , in quibus quælibet obſcura probatio in favorem Rei habet valorem contra Fiſcum, & Accuſatorem. *Barth. in l. non ſolum, §. ſed ut probari nu. 2. ff. de novi oper. nunciat. Farinac. in praxi crimin. q. 86. n. 76.*

C A-

## C A P. I I.

### *Proponuntur Caſus, in quibus Regula fallit.*

1. **F**Allit Primò Regula in Judiciis reſpectu Actoris in principio Cauſæ, in petitione, in libello, ſeu Accuſatione, ſi tunc verba Actoris ſint ambigua, juxta ipſius mentem, & explicationem eſt facienda interpretatio: quia Actor habet jus proponendi, Reus veró ſe tuendi contra Actoris inſtantiam: ergo juxta mentem Actoris in principio cauſæ fieri debet interpretatio: ſecus verò in progreſſu Cauſæ, ſi Actor dubiè loquatur in probationibus, Teſtificationibus, Replicationibus &c. nam tunc contra Actorem, qui loqui potuit apertius, & clarius, fiet interpretatio, & hoc in favorem Rei ex *Regula 32. Non licet Actori num. 7.*

*3.* Idem dicendum de Reo in principio Cauſæ, ſi in exceptione ab ipſo facta, ut ſe contra ſibi oppoſita defendat, dubiê, & obſcurè loquatur: in ejus, aut ſecundum ejus mentem verba

ba exceptionis ſunt declaranda, ex *l. ſi quis intentione 66. ff. de iudic.* Contra verò in progreſſu, ſi clarè non probet in examine exceptionis.

4. Secundò fallit in ſententiis obſcuris: nam ſi latæ ſint à Judice inferiori, vel ſuperiori, ab eodem ſuperiori fiet interpretatio. Ita *Dynus hic num.* 8. intellige de ſententia diffinitiva, in qua Judex ſuperior fungitur officio ſuo: Non autem de Interlocutoria, quæ non de ſumma controverſia, ſed de aliquo ad ipſam ſpectante, pronunciatur, v. g. de cognitione differenda, de Teſtibus producendis, ex *l. 2. C. de appell.* quia in hac ſententia unuſquiſque poteſt declarare, ut notat *Gloſſa*. Item obſcura ſententia Delegati à Judice ordinario fit interpretatio. *Dynus hic*.

5. Tertiò fallit in Contractibus, in quibus ſic eſt procedendum. Si Contractus ſit dubius, & juxta interpretationem unius tantum valeat, & ſubſiſtat, hęc erit ſequenda. *Dynus hic num.* 4.

Dummodo pars altera non obſtet, quia tunc cauſa eſſet á Judice finienda. Si verò Contractus ſecundum utram-

que

que partem interpretationis valeat ſubſiſtere, etiam ſi una ſit alteri contraria, quæ eſt veroſimilior eligatur, ex *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de Reg. iur.* Nulla tamen apparente claritate, & veriſimilitudine in alterutra parte, contra obſcurè loquentem, fiat interpretatio iuxta Regulam.

6. Quartò fallit in Privilegiis obſcuris: nam tunc á Concedente facienda eſt interpretatio, in *l. ſi imperialis, ff. de leg.*

Cęterum vera eſt Regula tradita, admiſſis debitis reſtrictionibus, quod, *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, interpretatio eſt facienda.*

R E-

# REGULA LVIII.

## Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.

Ex *2. de pactis in 6. ex c. cum contingat de jurejur. in fin.*

### C A P. I.

*Declarantur illi duo termini Boni Mores, & quando Iuramentum ſit illis contrarium.*

QVid ſit; & quotuplex Iuramentum, ejuſque ampla materia Canoniſtis, & Theologis relinquitur pertractanda, hic ſolùm erit ſermo de iis, quæ ad hujus Regulæ captum, perducunt.

1. Sciendum eſt igitur per hoc verbum *Bonos mores* intelligi leges aliquid præcipientes, vel prohibentes, quibus homo liberè parens bonus dicitur, & quibus voluntariè contradicens, malus efficitur

S in

in eodem genere moris; non quod leges formaliter *boni Mores* dicantur, ſed Actus exerciti ſecundum, vel contra tales leges, boni vel mali nuncupantur in genere moris, & quidquid homo contra leges operatur, id totum certum eſt contra bonos mores patraſſe.

2. Senſus igitur Regulæ eſt, quod omne Iuramentum [ idem dic de Voto ] quod ſit contra aliquam legem, ſeu de re peccaminoſa, veniali, vel mortali, eſt contra bonos mores, & ideo non eſt obligatorium; quia aliàs obligaretur homo ad peccandum, quod falſum eſt; cum Iuramentum non ſit vinculum iniquitatis, *c. quanto* 18. *de jur. jur.*

Neque hoc ſolùm intelligendum eſt de Iuramento, quod eſt contra leges naturalem, & divinam, ſed de eo, quod etiam adverſatur legibus Civilibus, & Canonicis, quæ obligent ſub culpa veniali, vel mortali delinquentes. Sit ergo

3. Fundamentum generale. Nullum Iuramentum, aut Votum de *Re*, quæ eſt contra aliquam legem obligantem ſub culpa veniali, vel mortali,

eſt

eſt obligatorium, atque ſervandum; quia ex dictis eſt contra bonos mores. Hinc ex contrariis ſequitur. Omne Iuramentum, atque Votum, quod non ſit contra bonos mores, & ſine diſpendio Animæ ſervari poſſit, eſſe obligatorium, atque ſervandum, ex *c.2. de pact. in 6.* & *c. cum contingat 28. de jur. jur. in fin.*

Sed quia Juramenti obligatio dependet à lege, contra quam eſt Juramentum, obſervanda eſt lex, quæ ſi obliget ad culpam venialem, vel mortalem, non erit Juramentum obligatorium; ſi verò lex nullam culpam inducat, obligatorium certò erit Juramentum. Quando autem lex obliget, vel non ad culpam gravem, vel levem, tria ſunt notanda.

4. Primum Notandum. Tunc cenſetur ex lege obligatio ſub culpa gravi, quando materia rei prohibitæ, vel præceptæ erit ex natura ſua gravis, vel levis; aliquando enim materia ex ſe erit levis, ſed ratione circunſtantiæ finis gravis, gravis evadet, & ad mortale obligabit, v.g. Collocutio cum Monialibus de rebus etiam honeſtis ſine licentia Epiſcopi prohibetur tam ſæ-

cularibus, etiam Clericis, quam Regularibus, ex *Concil. Pariſ. lib.* 1. *c.* 46. ex *Concil. Maſticonem* 1. *c.* 2. ex *Concil. Nicæn.* 2. *c.* 20. & de hoc innumera prodiere Decreta Diœceſana, atque Pontificia. Sic contra Regulares adeſt Decretum *Urbani VIII.* quo Epiſcopis limitatur facultas tribuendi licentiam Regularibus, ut loquantur cum Monialibus in primo, & ſecundo gradu tantum: Hæc autem locutio ex ſe levis eſt, finis autem prohibitionis gravis, ne ſcilicet Moniales per talem familiarem collocutionem á Dei ſervitio retrahantur, turpia colloquia evitentur, quæ ſummopere à Dei gratia, & ejus ſpiritu divertunt. Idem dicatur de ſimilibus, quæ ex natura ſua levia cum ſint, graviter tamen poſſunt obligare, ſub ratione finis gravis prohibita, vel præcepta.

5. Secundum Notandum. Lex ſub gravi culpa obligabit, ſi ejus finis intrinſecus, & proximus erit gravis, ac ſpectans ad aliquam ſpecialem virtutem; dico *finem proximum*; nam quælibet lex habet finem remotum, extrinſecum ipſi legi, intentum à Legislatoribus, ideſt in ſubditis bonorum

mo-

morum proventum. Ita *S.Thom. p. 2. q. 2. art. 1. Suarez lib. 1. de leg. c. 13. n. 3.*

6. Tertium Notandum. Lex graviter obligabit, ſi intentio Legislatoris erit ſub gravi obligandi; aliquando enim materia præcepti, aut prohibitionis poteſt eſſe gravis, ſed Legislator non intendet ſub gravi culpa obligare. Ad cognoſcendum autem quando Legislator intendat obligare graviter, vel leviter, circunſtantiæ, & verba præceptiva ſunt inſpicienda. V. G. ſi præceptum ſit in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ, vel juramenti præſtiti; vel ſi fulminet pęnas graves contra tranſgreſſores. *Merolla tom. 2. diſp. 4. cap. 3. dub. 26.*

## CAP. II.

*Reſolvuntur aliqui Caſus ex Fundamento generali, & doctrinis ſuprapoſitis.*

7. PRimò. Iuramentum contra leges civiles reſpicientes bonum privatum, obligat, ut de ſolvendis uſuris, ex *c. debitores de jurejur.* dū-

modo non ſit in præjudicium tertii. Ratio eſt, quia lex de non ſolvendis uſuris non obligat ad culpam, cum ſit facta in favorem perſonæ privatæ, quæ in tali caſu poteſt cedere juri ſuo; ergo ſi cedat cum iuramento, iuramentum erit obligatorium, & validum. Secus verò ſi iuramentum ſit contra leges civiles reſpicientes bonum publicum, quia tunc erit invalidum, ut potè contra bonos mores in ordine ad bonum publicum, obligans ad culpam; materia enim iuramenti non eſt peccatum, neque iuramentum eſt vinculum iniquitatis.

8. Secundò. Iuramentum contra Iuramentum, ſeu contra votum emiſſum, eſt invalidum, peccaminoſum, neque obligat, quia eſt de re illicita, quæ ſine peccato nequit ſervari.

9. Tertiò, & ultimò. Geſta contra obligationem iuramenti, quamvis illicita, valida ſunt, niſi aliunde invalida reddantur. Ratio eſt, quia iuramentum, & ſi reddat illicita geſta contra iuramentum prius emiſſum, non tamen reddit iurantem inhabilem ad actum faciendum ex ſe validum contra primum iuramentum.

10. Vnde

10. Vnde ſequitur, quod valida ſit revocatio Teſtamenti facta contra iuramentum de non revocando Teſtamentum. Item valida eſt venditio facta contra promiſſionem juratam de non vendendo. Item Matrimonium validum eſt contractum contra votum ſimplex caſtitatis, aut contra ſponſalia jurata cum alia, *ex l. traditionibus, C. de pact. l. quoties C. de rei vendic.*

Sufficiant hęc pauca dicta pro hujus Regulæ notitia, quæ non exigit per ſe, ut declarentur in ſpecie juramenta contra bonos mores, nam de his ſatis agitur in Decalogo. Sufficiat igitur ex Regula præſenti explicitè noſcere; *Iuramentum contra bonos mores, ſeu rei peccaminoſæ, non eſſe obligatorium*. Et implicitè à contrario ſenſu deducere; *Omne juramentum, quod non eſt contra bonos mores, & ſine diſpendio Animæ ſervari poteſt, eſſe obligatorium*. Vide *Reg. 69.*

# REGULA LIX.

## Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.

Ex *l. in condemnatione §. dolo, ff. eo. tit.*

## CAPUT UNICUM:

*Proponuntur aliqui Caſus, ad quos Regula extenditur, ejuſque limitationes afferuntur.*

1. QVid, & quotuplex ſit dolus, ſatis in *Regula 36.* viſum eſt, circa verò alios hujus Regulæ terminos, cum ex ſe clarè pateant, nihil de eis occurrit dicendum.

2. Neque dolus ab intrinſeco, à priori, ſeu directè probari poteſt, cum in animo conſiſtat, ex *Gloſſ. in l. dolum in expoſitione caſus C. de dolo malo*; indiciis tamen perſpicuis probatur. *Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 53.* & ex conjecturis. *Menoch.*

*noch. lib. 5. præſumpt. 3. per totam*; Principalis conjectura eſt illa, quæ aſſignatur in utroque Iure Civili, & Canonico, & eſt Petitio alicujus rei facta ab eo, qui debet eandem rem reſtituere.

3. Fundamentum generale eſt ipſa Regula, vel quod dixit *Paulus I.C.* Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt (ſupple neceſſariò) quod ſi accipiat erit malæ fidei poſſeſſor. Probatur prima pars fundamenti ex *l. in condemnatione citat.* Item ratione probatur; quia doloſa eſt petitio rei, quam petens non poteſt retinere; ergo dolo facit, qui petit quod reſtituere tenetur. Probatur etiam ſecunda pars fundamenti; quia Poſſeſſor malæ fidei dicitur à poſſeſſione rei alterius cum malitia, quam tenetur reſtituere. Ex hoc Fundamento.

4. Reſolves: Vſurarium doloſè agere petendo à debitore mutuatario ſolutionem uſurarum, quas non poteſt petere, ſed jam habitas tenetur, & poteſt cogi ad eas reſtituendas, ex *cap. nullus* 14. *q.* 4. & *c. debitores de jurejur.*

 5. Item.

5. Item. Hæredem prohibitum á Teſtatore exigere debitum à Debitore hæreditario, ſi exigat contra prohibitionem, cogi poſſe ad reſtituendum, & repelli doli exceptione, ex *l. dolo facit, ff. doli mali, & met. except.*

6. Item. Si Maritus diſſoluto Matrimonio in caſu, quo tenetur dotem reſtituere, ipſam dotem à ſocero, ſeu dotante peteret, reſolves hoc dolo facere, & eſſe doli exceptione ipſum Maritum repellendum.

7. Item procedit, & extenditur hæc Regula ad Perſonas privilegiatas, & ad cauſas exemptas, ideſt ad loca pia, Eccleſias &c. *Peckius ampliat. 4. Soccin. conſil. 88 lib. 1. n. 10. Alciat. conſil. 412. Menoch. de poſſeſſ. adipiſcend. remed. 1. n. 102. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 687. n. 7. & 8. Aliique.*

8. Limitatur primó hæc Regula in caſu, quo quis peteret, ut alteri reſtituat, ut Commodatarius petens á Fure rem furto ablatam, ut eam vero Domino reſtituat, ex *Baldo in l. ſocer, §. Lucius ff. ſoluto matrimonio. Menoch. de præſumpt. l. 5. præſumpt. 3. nu. 88. Maſcard. de probat. concluſ. 531. num. 8. & alii.*

9. Li-

9. Limitatur ſecundò, quando diverſa eſt cauſa petitionis, & reſtitutionis, ut ſi poſſeſſio petatur à proprietario, petitur enim ut ſpoliatus reſtituatur, & per ſententiam Iudicis in ſuam poſſeſſionem eſt reſtituendus, *l. meminerint verſ. ſin autem C. unde vi. Menoch. de recuper. remed* 1. *num.*239. *Peckius hic in reſponſ. ad ſecundam obiectionem*.

His admiſſis declarationibus, atque reſtrictionibus, vera eſt Regula: *Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.*

# REGULA LX.

Non eſt in morâ, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

Ex *l. nulla intelligitur, ff. de reg. jur.*

## CAP. I.

*Quid, & quotuplex ſit exceptio.*

1. DE Moræ eſſentia, & diviſione ſufficienter in *Regula 25.* actum eſt; ſed quia aliquando mora eſt inculpabilis, datur etiam exceptio, qua mediante moroſus poſſit ſe contra Actorem tueri.

2. Exceptio igitur, cum in æquitate fundetur, ad differentiam Moræ, quæ ut plurimum oritur ex dolo, & ex culpa, eſt defenſio, qua mediante Reus ſe ab Actore defendit, juxta *Azor. in ſumma C. eo. tit.* Differt exceptio ab Actione, quatenus Reus per illam intendit excludere, & per hanc

hanc Actor intendit conſequi quod petit Ita *Gemin.conſ.95.nu.2.Tuſc.litt.E. concluſ.37.*

3. Exceptio alia eſt generalis, quæ fit ſub petitione generali, non ſpecificando aliquod particulare, quod petitur; alia eſt particularis, quæ conſiſtit in propoſitione, ſeu quando Actor aliquod particulare proponit, ex *Alex. conſ.181. num.2. lib.6. Tuſcus concl.370.* Alia item eſt exceptio dilatoria, quæ cauſam differt; Alia declinatoria fori, quæ Iudicis incompetentiam allegat; Alia Peremptoria, quæ extinguit, & perimit intentionem Agentis. Item alia eſt perpetua, perpetuum habens effectum; alia temporalis, quæ valet uſq; ad certum tempus. De hac fuſius Iuriſtæ.

4. Requiritur tamen, ut valida, & efficax ſit exceptio, quod ſit legitima, ideſt ex juſta cauſa, aliter nullius erit valoris, *l. quoties, ff. qui ſatis dare cog.* ideoque quando contra exceptionem poteſt fieri replicatio, tunc reus conſtituitur in mora, neq; exceptione propoſita poteſt ſe tueri. Exemplum fit. Si quis pactum faciat de non repetenda pecunia mutuata niſi poſt annum, ſed hoc pactum fecerit ex metu, vel ex furore,

ſi

ſi fiat exceptio à Mutuatario contra Mutuantem, volentem repetere ante annum elapſum, nulla erit exceptio, ut potè non legitima; & poteſt elidi replicatione metus, vel furoris.

## CAP. II.

*Aſſignatur ex Regula Fundamentum generale, ex quo plures deducuntur Caſus, in quibus legitimè excipitur, ſeu mora non reputatur culpabilis.*

5. FVndamentum generale. Quotieſcunque aut ubicunque adeſt ratio fortis, & probabilis obligationem elidendi, ideſt aliquid dandi, vel faciendi, tunc, ſi quis non det, vel non faciat, non eſt in mora culpabili; Ratio eſt, quia talis ratio probabilis, quod ille non teneatur tunc dare, vel facere, eſt legitima exceptio contra Adverſarium: ergo tunc ſi non faciat, aut non det, non eſt in mora culpabili. Ex hoc Fundamento.

6. Reſolves. Debitorem non eſſe in mora culpabili, ſi conventus à creditore, non ſolvat, ſed excipiat dicens,

cens,

cens, Debitum adhuc non eſſe liquidum; Ratio eſt, quia culpabilitas Moræ fundatur in obligatione liquida, & certa; ergo Debitor non erit culpabiliter moroſus, ex dicta forti ratione excipiendi, ideſt obligationis incertæ: nam in dubio melior eſt conditio libertatis poſſeſſæ certæ.

7. Secundò Reſolves, Debitorem non eſſe in mora culpabili ratione cauſæ rationabilis, v. g. facti alieni: ſi enim tunc non fecit, aut ſolvit, legitimè excipit, dicendo ſe invincibiliter ignoraſſe debitum Defuncti, vel Procuratoris &c. nam ignorantia facti alieni excuſat, ut *in Reg.13. num.2.* dictum eſt.

8. Tertiò Reſolves, Moram non eſſe culpabilem, & exceptionem eſſe legitimam, quæ oritur ex magna difficultate, vel ex impoſſibilitate: nam ſicut ad impoſſibile, vel ad nimirum difficile nemo tenetur, ita poſt ortam obligationem, talis impoſſibilitas, vel maxima difficultas, non tollit obligationem, ſed culpam à mora.

9. Quartò Reſolves, Moram purgari, & legitimè excipi, ex probatione Moræ parvi, & minimi temporis; ſi-

ſicut enim parum pro nihilo reputatur, ita exigua mora pro mora non eſt habenda, ex *Alberico in* 1. *C. de verb. ſignif. Peckius, & Strein. hic. Tiraquell. lib. de Iud. in reb. exiguis ferendis nu.* 68. Quando verò mora cenſenda ſit magna, vel parva ex qualitate negotii, & aliis pluribus circunſtantiis eſt attendenda. Vide *Leſſ. de iuſt. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 15. *n.* 34.

Videatur *Carolus de Graſſis* quadraginta tres exceptiones in variis materiis aſſignans.

Maturé ergo, atque perfectè cognito Fundamento ſuprapoſito, vera erit Regula in foro fori, atq; conſcientiæ; Quod *non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri*. Et quod tunc legitima erit exceptio, ſi fundetur in forti, & probabili ratione, qua debitor poſſit elidere obligationem agendi, vel faciendi, uſque dum exceptiones debitoris examinentur, & debitum certò, & liquidò appareat.

RE-

# REGULA LXI.

## Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.

Ex *l.quod favore 6.C.de legibus,ex l.nulla juris ratio 24.eo.tit.*

1. ID meritò per leges erat ſtatuendum, quod plerumque naturalis ęquitas poſtulabat; æquum enim erat quod alicui conceſſum Beneficium, non reſultaret in ejus detrimentum, ſeu non converteretur in ejus detrimentum, & onus.Ita colligitur ex *l.in commodató, §.ſicut in fine, ff.commodati*. Sic loquitur *Iulius Paulus lib.36.ad edictum*; oportere nos beneficio adiuvari, non decipi: deciperetur enim Beneficiarius, ſi beneficium in ejus converteretur detrimentum. Hinc *Tullius á Peckio* relatus *lib. de officijs* ait, Beneficia ita conferenda eſſe, ne aut collata accipientem lædant,aut collatorem ea ſe contuliſſe pęniteat.

C A-

# CAPUT I.

## *Praxis quorundam Caſuum, in quibus Regula valet.*

2. PRimò valet in Privilegiis minorum 25. annis, qui ſine Tutoris auctoritate non poſſunt conveniri in judicio, ex *l. clarum C. de præſtanda Tutor. auctor.* ſine igitur Tutoris interventu ſententia lata contra pupillum, nulla eſt; ſi verò in ejus favorem pronuncietur, eſt valida, ex *l. non eo minus C. de Procurator.* Ratio eſt; ne Privilegium, quo pupillus ſe eximit à ſententia odioſa, reſultet in ejus præjudicium in favorabili.

3. Secundò. Si *minor 25. annis* petat reſtitutionem in integrum contra venditorem ex *l. ſi iudex ff. de minor. 25. ann.* & poſtea minor noluerit tali Privilegio reſtitutionis uti, non poterit adverſarius, invito ipſo minore, contractum reſcindere, ne illud, quod in gratiam minorum fuit conceſſum, redundet in illorum prejudicium.

4. Tertiò. Profeſſor iuris plebejus, qui lecturæ pro dignitate annis viginti

ginti publicè vacavit, ex *l.1. C. de Profeſſoribus, qui in Urb. conſtant.* nobilis efficitur; cum hoc tamen novo Privilegio nobilitatis, poteſt retinere beneficium à ſe ipſo antea poſſeſſum.

5. Quartò. Locum habet Regula, quamvis ſit contraria generalis præſumptio juris. Exemplum ſit. Teſtator domum Vxori relinquit, cujus valor 200. aureis exiſtimetur: ſed cum tali onere, ut facta domus exiſtimatione, ſi minus 200. aureis reperiatur valere, hæres defectum ſuppleat: in tali caſu mulier non tenetur exceſſum pretii ſupra ducentos reſtituere, quamvis præſumatur ex jure communi Teſtatorem minus quam potuerit voluiſſe hæredem gravare, ſed plus gravaretur, ſi mulier exceſſum valoris reſtituere non teneretur; Non tenetur inquam mulier ad reſtitutionem exceſſus, quia generali præſumptioni juris communis obſtat in favorem mulieris præſumptio ſpecialis, ideſt, quod Maritus, legandi ei domum ſine limitatione, voluiſſet illam legare, etiam ſi pluris valeret, juxta Regulam, quod favor legati non noceat Vxori, noceret autem, ſi pretium excedens cogeretur

re-

reſtituere, & in hoc caſu, Generi, ideſt generali præſumptioni Iuris, per ſpeciem, ideſt per ſpecialem præſumptionem, quæ fundatur in præſenti Regula, derogatur, ex *Reg.*34.

## C A P. I I.

### *Afferuntur aliqui Caſus, in quibus Regula limitatur.*

6. PRimò limitatur in iis, quæ pertinent ad favorem Eccleſiæ. Prælati enim ſunt conſtituti in favorem Eccleſiæ, & tamen hæc utilitas, & auctoritas tendit in ejuſdem Eccleſiæ detrimentum. Exemplum ſit. Si Emphyteuta non ſolvat canonem tempore præfixo, ita ut cadat in commiſſum, tunc Eccleſia ratione dominii directi poteſt emphyteuticam ad ſe revocare; ſi tamen non obſtante caducitate, Prælatus recipiat Canonem ſolutum, non poterit amplius rem emphyteuticam ad ſe revocare. Ecce igitur Fallentia Regulæ, quod auctoritas Prælati deſtinata in favorem Eccleſiæ, in quibuſdam caſibus redundat in ejus detrimentum;

*Bar-*

*Barboſa de iure Eccleſiæ lib.3. c.30. n.42. & de poteſt. Epiſcopi alleg. 95. num. 64. Clarus §. Emphyteuſis quæſt. 10. verſ. ſed num quid. Quaranta verbo alienatio verſ. Eccleſiæ num.14. §.7. Iaſon in l. legatum num. 16. ff. de legat. Ugol. de off. Epiſc. cap.14. §.7. n.5.*

Eadem facultas in favorem Eccleſiæ reſidet apud Epiſcopum repudiandi legata Eccleſiæ relicta, antequam ipſi Eccleſiæ incorporentur; cum hoc tamen quod talis repudiatio iniuſtè facta, valida ſit, non licita, ut *multi* volunt citati à *Barboſa ſupra de iure Eccleſiæ*.

7. Secundò limitatur in alienatione rerum Eccleſiæ, quæ alienatio in ipſius Eccleſiæ favorem prohibetur á *Paulo III. Pontifice in extravagant. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* ſine manifeſta neceſſitate, aut utilitate Eccleſiæ, ipſoque Pontifice conſulto, ſub pęna nullitatis actus, aliiſque poſitis contra tranſgreſſores. Iſta igitur ſolemnitas fuit inducta in favorem Eccleſiæ, ne ejus bona à Miniſtrorum cupiditate diſſiparentur; aliquando tamen concurret utilitas Eccleſiæ, & non poſſit haberi Pontificis licen-

centia, ſine qua commodum Eccleſiæ deperditur; & tunc favor Eccleſiæ per ſolemnitatem cedit in ipſius Eccleſiæ detrimentum.

8. Tertiò limitatur in Præbendis. V. G. Pontifex præcipit Archiepiſcopo, ut provideat Titio de Præbenda non Sacerdotali, ſi vacet in Eccleſia, & hoc in favorem Titii, ne aſtringatur ad Sacerdotium aſſumendum; ſi vacet aliqua Sacerdotalis, non poteſt Titius de illa provideri, ex *c. cui de præb. & dignit. in 6.* & ecce favor conceſſus ob gratiam Titii redundans in ejus prejudicium.

Idem dicatur de Præbenda centum aureorum, ſi vacet pro interim Præbenda minoris, hæc non poteſt conferri, ex *Gloſſ. in d. c. cui. Barboſ. in eod. cap. cui. Sanch. lib. 8. de matrim. diſp. 21. n. 35. Menoch. conſ. 72. n. 14.* Ratio eſt, quia mandatum præſertim Apoſtolicum, ut jacet, ſervandum eſt, *l. diligenter, ff. mandati.*

9. Quartò limitatur in favore pupillorum, qui eis conceditur, ne poſſint contrahere abſque Tutoris interventu, ne ſcilicet ejus bona diſſipentur, vel aliquo modo graventur; ſi ta-

men

men hæreditas pinguis illis relinquatur, non poſſunt, ſi velint, eam adire, non interveniente Tutore; favor eſt enim juris, quod Pupilli non adeant hæreditatem ſine auctoritate Tutoris, quia hæreditas poteſt eſſe talis maximis oneribus obnoxia in gravamen Pupillorum: iſte favor nihilominus vertitur in eorum detrimentum, cum non poſſint hæreditatem pinguem adire, niſi ex interventu Tutoris.

Sed pro majori, atque clariori notitia limitationum, quæ ad hanc Regulam ſpectant, quaſque ſupra modò explicavimus, pono unicum, ac ſtabile.

10. Fundamentum Generale. Privilegium, favor, ſeu gratia alicui conceſſa talis eſt, ut formaliter, & ex ſe nunquam redundet in diſpendium Privilegiati, ſed immobiliter permanet ſub præſentis Regulæ diſpoſitione: quamvis interdum mutatis temporibus, & circunſtantiis, ex vi alicujus extrinſeci coniuncti cum ipſo Privilegio, uſus ipſius Privilegii redundet in incommodum Privilegiati. Ex hoc Fundamento.

11. Re-

11. Reſolves caſus ſupra poſitos in hoc ſecundo capite, ejuſque limitationes debere intelligi in ſenſu mox explicato in Fundamento generali.

12. Item in eodem ſenſu eſſe intelligendum illud Axioma: *Neminem teneri uti Privilegio*, non enim eſſet favor, ſi obſtringeret etiam invitos, ideſt per ſe, & formaliter, & invito favor non ſit per ſe, & formaliter; ſed per accidens, & ratione alterius extrinſeci coniuncti cum Privilegio, ſeu favore, aliquando Privilegiarius tenetur uti Privilegio, & favor invito ſit.

13. Regulam, ejuſque doctrinam unico dubio illuſtro. An uſus Privilegii poſſit aliquando vertere in gravamen ipſius Privilegiati? V. G. Franciſcus habet Privilegium à Pontifice audiendi ſacrum tempore interdicti. An teneatur die feſtivo uti tali privilegio, quod tunc cedit in ejus incommodum, ita ut nequeat, etiam ſi velit, ſacrum omittere?

Reſpondent aliqui negativè; ratio eſt, quia nemo obligatur uti Privilegio ſibi conceſſo, ne gratia tranſeat in gravamen. Ita *Petrus Ledeſma in ſumma par.* 1. *tract. de Euchar. c.* 27. *Coninch*

*de*

*de Sacram.diſp.17.n.28. Avila de Cenſuris par.5.diſp.4.ſect.2.dub.6. Alterius de cenſur.to.2.diſp.2.Rodrig.p.1.ſum.c.249.*

14. Alii verò affirmant;& ratio eſt, quia intantum interdictum excuſat,inquantum eſt impedimentum formaliter ſacrum audiendi ; ergo ablato per Privilegium reviviſcit obligatio . Ita *Merolla p.3.diſp.6.n.59.Sanch. lib.9. de matrim.diſp.6.n.24.Azor.tom.1.lib.7.c.2.q.3.Medina, Sotus, Navarr. Aliiq;* quos ſequitur *Merolla cit.*

15. Ad Fundamentum primę opinionis reſpondetur : Privilegium per ſe, & formaliter eſt cauſativum gravaminis obligatorii ad ſacrum audiendum,& ut ſic redundat in prędjudicium Privilegiati,nego:Privilegium eſt quid removens impedimentum,quo ablato, ex alia cauſa conjuncta cum Privilegio,ſcilicet ex pręcepto Eccleſiæ oritur onus ex circunſtantia Miſſam audiendi, concedo ; ſed nego conſequentiam converti in onus ex ſe, per ſe, & formaliter Privilegiati, ut dictum eſt in ſupradicto Fundamento generali , & in hoc ſenſu ſatis Regula manet expoſita : *Quod in gratiam alicujus conceditur,non eſt in ejus diſpendium retorquendum ;*

T RE-

# REGULA LXII.

## Nullus ex conſilio dummodo fraudulentum non ſit, obligatur.

Ex *l. conſilii, ff. de reg. jur. l. 2. in fin. ff. mandatis*, & *ex l. quod ſi cum ſcires, ff. de dolo malo.*

## CAPUT UNICUM.

### *Explicatur Regula, & comprobatur.*

1. Docet hic Regula non oriri ex puro conſilio onus aliquod reſtituendi, ſi ex tali conſilio aliquid mali eveniat ei, cui fuit datum conſilium, dummodo bona fide, & ſine fraude præſtitum fuerit. E contra verò obligabitur quis ex conſilio, ſi fraudulentum fuerit, atque doloſum, ex quo conſulto damnum reſultet.

2. Probatur hujus Regulæ deciſio á *Glaſ-*

à *Gloſſa* 1. *verſ. Nullus* quia nemo cogitur alterius conſilium ſequi, cum ſit cuique liberum apud ſe explorare, an ſibi tale conſilium expediat. Convenienter huic legi correſpondet id, quod habetur in *c. Quiſquis* 14. *q.* 1. §. *Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet, ubi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt.* Talis enim naturæ conſilium eſt, ut quamvis excitet ad deliberandum, non tamen obligat ad ſequendum. E contra verò ſi fraudulentum ſit inſurgit obligatio reſtituendi, cum per ipſum conſultus decipiatur in electione mali involuntaria, cui damnoſæ electioni ſola conſilii fraus, atque dolus dat cauſam; ergo ex malo inde ſequuto tenebitur fraudulentus conſiliarius ad reſtitutionem.

3. Et in propoſito illud conſilium fraudulentum dicitur, quod eſt contra conſcientiam docentis, conſilium dantis, hortantis, inſtruentis, vel dirigentis, quodque ad ignorantem decipiendum doloſè præſtatur. Et hoc datur de contractu, aut quaſi contractu ineundo, puta conſiliando ut quis

vendat, vel emat, vel permutet, vel potius hunc, quam illum contractum ineat. Aut conſilium detur alteri, ut delictum, vel quaſi delictum patret, v. g. ut occidat, furetur, mutilet, vel ut fecam domi ſine vinculo ſolutam habeat. Sit igitur

4. Fundamentum primum. Nemo obligatur ex conſilio malo de contractu, vel quaſi contractu ineundo, ſi Conſiliarius ex munere, & officio peritiam non præ ſe ferat, dummodo conſilium fraudulentum non ſit.

Probatur ex *Regula cit.* & *Reg.* 47. *ff. Conſilij non fraudulenti nulla obligatio*. Item ratione probatur. Quia conſilium tale nemo prudens ſequitur, niſi prius exploret, num expediat, nec ne, juxta *l.2.in fine, ff.mandati*, igitur ſibi imputet, ſi, ex malo conſilio voluntarié amplexo, damnum aliquod ſibi evenerit. Ita *Laym.lib.3. de juſt.tr.2.cap.5. num.4. Azor.inſt.moral.par.3.lib.4. cap.12. pagin.251.quæſit.7. Caram. tom.1. Theolog. Fundam.*§. 15.*pag.*375. Ex hoc Fundam.

5. Reſolves, teneri reſtituere Advocatos, Conſiliarios, Medicos, Judices, Parochos, Juriſconſultos, & ſimiles, ſi ex malo conſilio conſulto, vel

aliis

aliis damnum eveniat : nam eorum conſilium fraudulentum eſt, quia profitendo peritiam in ſui arte, qua carent, alios decipiunt; qui ipſorum conſilium, auctoritatem, atque doctrinam per ſimplicitatem ſequuntur. *Laym. cit. ibi. Baſſæus v. reſt. §. 2. numer.* 8. *Dian. tract.* 6. *miſcell. reſol.* 23. *part.* 3.

6. Non teneri reſtituere Imperitos, ſeu Rudes aliis dantes conſilium bona fide, ſi inde damnum conſultis adveniat, quamvis ſponte ſe ingeſſerint ad conſulendum aliis, modò conſilium eorum non fuerit fraudulentum, ſeu doloſum, & non ſe peritos finxerint. *Caram. cit. ibi. Baſſæus cit. aliiſq;* nam voluntariè conſultus damnum patitur, cum voluntariè directorem quæſierit, quem imperitum eſſe non ignoravit.

7. Secundum Fundamentum. Vnuſquiſq; tenetur compenſare damnum tertiæ Perſonæ ſequutum ex conſilio peccaminoſo mortali, quanvis non fuerit doloſum, alteri datum de maleficio, aut de quaſi maleficio patrando: nam verè per illud fuit cauſa efficax damni: Non tamen tenetur ali-

quid reſtituere conſulto: quia & ſi excitatus fuerit conſultus ad deliberandum, non tamen coactus ad illud ſequendum. *D.D. cit. aliique.*

Secus dicendum, ſi Princeps ſuis ſubditis aliquod delictum præcipiat, ex quo ipſis damnum eveniat: nam tunc Princeps teneretur reſtituere non ſolum iis, contra quos delictum fuit perpetratum, ſed & ſubditis mandatum Superioris exequentibus; quia non liberè, ſed coactè ſubditi videntur facere, quæ à principibus imperantur. *Baſſæus loco ſupra cit.* Ex hoc Fundamento.

8. Reſolves innumeros Caſus utriuſque fori ad hanc materiam ſpectantes. Plura alia de reſtitutione ex conſilio vide *Reg. 4. cap. 4. n. 35.* & hæc ſatis, ut clarè intelligatur: *Nullum ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligari.*

(.•.)

R E-

# REGULA LXIII.

## Exceptionem obiiciens non videtur de intentione adverſarii confiteri.

Ex *cap. cum venerabilis de except.* & *ex l. non utique, 9. ff. de except.*

CVm finis Rei ſit defenſio, & exceptio ex *Azone in ſumma C. eo.* ſit quædam ſpecies defenſionis, vera erit Regula, Reum exceptionem obiicientem, non confiteri quicquam de mente Actoris, ſed omnino ejuſdem intentionem infringere: nam Actus agentium non tranſcendunt eorum intentionem. V. G. Accuſatus de homicidio patrato, poteſt excipere, dicendo ſe cauſa defenſionis feciſſe, & tunc non fatetur ſecundum intentionem Actoris. Melius tamen eſſet Reo tegere homicidium, de quo etiamſi eſſet convictus, tunc demum poſſet excipere dicens, ſi occidi, hoc feci cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et ſic Regula explicanda eſt.

*Exceptionem conditionalem obijciens non videtur de intentione adverſarii confiteri*. Vide *Streinium hic*.

# REGULA LXIV.

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

Ex *cap. Imperiali* 25. *& ex c.vides diſt.* 10.

1. IVſtè Regula clamat illa infecta eſſe, & nulla, quæ illegitimè ſunt facta: paria enim ſunt iſta duo, aliquid non fieri, & illegitimè fieri, ideſt contra legem prohibentem, & irritantem actum, quia tunc illegitimè factum, ideſt contra legem annullantem actum, pro infecto tenendum eſt, nulliuſque roboris, ac valoris, niſi illud, quod illegitimè fit, ex juſta conſuetudine, & rationabili cauſa ſubſiſtat: & tunc Actus dicitur illegitimè factus, quando prætermittitur forma iuris ſubſtantialis, v.g. Preſētia Parochi in Matrimonio, ætas 16. annorum in Profeſſione religioſa, & ſolemni-

lemnitas in alienandis rebus Eccleſiaſticis, quæ omnia ut famæ ſubſtantiales prerequiruntur. *Barboſ.axiom.*100.

Sicut enim in Phyſicis deſtructa forma ſubſtantiali, totum corruit compoſitum: ita non ſubſiſtente forma ſubſtantiali in moralibus, actus totus vitiatur.

## C A P. I.

*Ex quibus verbis, aut modis poſſit cognoſci, & inducatur in Legibus, & Statutis forma ſubſtantialis.*

2. PRimus modus ceteris nobilior, atque clarior eſt mens Legislatoris præcipientis talem modum eſſe ſervandum pro forma ſubſtantiali. *Barboſ. axiom.* 100. *nu.* 2. *Roland. conſil.*72. *num.*63. *lib.*3.

3. Secundus eſt, quando diſpoſitio in lege eſt conditionalis. *Menoch. de arbitr.lib.*1.*q.*30.*n.*5.

4. Tertius eſt appoſitio temporis determinati. *Roland.conſ.eo.n.*11.*lib.*3.

5. Quartus eſt, quando Decretum irritat actum. *Barboſ. tract. de clauſ. clauſ.*40.*n.*43.*aliq; apud ipſum.*

6. Quintus modus, quo induci-

T 5 tur

tur forma ſubſtantialis, eſt Iuramentum appoſitum in actu, qui fit, & quando fit, ita ut ex lege præcipiente Iuramentum apponi in actu, idem Iuramentum pro forma accipi debet: Vide Auctores fuſius de hoc tractantes.

## C A P. I I.

### *De ampliationibus, & reſtrictionibus hujus Regulæ.*

7. PRimò ampliatur, & extenditur etiam ad leges privatas, & Municipales: nam ex eadem ratione legis communis, ſubditi tenentur obedire Legislatori, ſibi formam tradenti in tali lege, obſervandam. *Peckius hic ampliat.* 1. *Strein. hic ampliat.* 1. *Archid. in c. imperiali* 25. *quæſt.* 2.

Neque eſt dicendum eſſe hanc Regulæ diſpoſitionem pęnalem, quia irritat actum: & conſequenter non extendi ad municipales: quia falſum eſt eam pęnalem eſſe: nam in ſe nullam continet pœnam, ſed obligat tantum ſubditos, ut validè actus fiat, ut ſub hac, vel illa forma efficiatur.

Item

Item aliquando etiam in pęnalibus fit extenſio compræhenſiva ; quando inter unum , & alium caſum eſt identitas rationis , quæ reperitur in caſu propoſito : & eſt obligatio ſubditorum in unaquaque lege ſuperioribus parendi , eorum formam eſſentialem præſcriptam in actibus obſervandi.

8. Secundò extenditur ad præteritas, & futuras, quæ de novo debent fieri, non quo ad declarationem earum, quæ jam ſunt conditæ : ſic enim ſervandæ ſunt juxta earum formam ſubſtantialem.

9. Tertiò extenditur ad Actus, qui fiunt contra Iuris formam, ita ut nulli reddantur , quamvis ſint juramento firmati : dummodo actus illi ſint prohibiti, quia ſunt contra bonos mores, & contra bonum publicum : ſecus verò ſi ſint prohibiti : quia militant contra bonum privatum : nam tunc actus valent , & juramentum ſervandum eſt, niſi per dolum, aut per metum fuerit extortum , vel in alterius præjudicium redundet, *cap. cum contingat de jurejur.* Vbi *Gloſſa*.

10. Quartó extenditur etiam ad actus contra formam legis : ita ut non

valeant, etiam ſi quis veniret contra factum, allegando propriam turpitudinem; quod eſt in iure prohibitum, *l.poſt mortem, ff. de adopt.* & *l. Mercalem C.de cond.ob turpem cauſam*, in hoc caſu nihilominus poterit quis venire contra actum ſuum, in quo non ſervavit formam ſubſtantialem, quamvis oporteat allegare propriam turpitudinem. V. G. Epiſcopus poteſt repetere res Eccleſiæ alienatas ſine juris forma, ideſt ſolemnitatibus, allegando propriam turpitudinem, ideſt errorem contra legem in alienatione commiſſum. *Bartolus in 2.l poſt mortem*, & *Baldus in l. non dubium C. de leg.*

11. Quintò, poſita nullitate actus contra legem facti, omnes fructus ſunt reſtituendi in utroque foro, ante ſententiam Iudicis percepti, niſi bona fide fuerint percepti, & conſumpti, & dummodo is, qui eos conſumpſit in nullo ſit factus ditior; nam in ullo foro nulla erit obligatio reſtituendi. Ita *comm. DD. omnes*.

12. Limitatur Regula, primò ſi ipſa lex non contineat æquitatem; quia æquitas eſt quædam rectitudo, & Iudi-

cii

cii ratio, quæ ſi in lege non reperiatur, lex, vel erit irrationalis, vel æquitate carens, veluti inanis, ac vacua deridetur. *Suarez, Salas de leg. Barboſ. axiomat. cit. n. 8.* ſic loquitur *Baldus in l. omnes populi n. 29. ff. de juſt. & jur.*

13. Limitatur ſecundò, quando magna neceſſitas urgeat pro imminenti damno vitando, & non ſuppetat tempus recurrendi ad ſuperiorem, ut Diſpenſatio petatur; in tali caſu actus valebit, non obſervata forma ſubſtantiali, præſupoſita ſuperioris diſpenſatione. *Tiraquel. ad leges concub. Gloſſ. n. 31. Pariſ. conſ. 33. n. 29. 30. lib. 2.* Exemplum eſt in promptu de rebus Eccleſiæ non alienandis abſque ſolemnitatibus, ſine quibus tamen aliquando valebit alienatio, v. g. venditio agri Eccleſiæ, ut citò creditoribus ſatisfiat, ne bona ejuſdem Eccleſiæ ſibi adjudicent, non expectata Pontificis licentia, quæ eſt forma ſubſtantialis à lege requiſita. Admiſſis ergo debitis ampliationibus, & reſtrictionibus, ſenſus Regulæ patet, quod, *Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.*

R E-

# REGULA LXV.

## In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

Hæc eadem quantum ad verbum, *Delictum*, habetur in *l. cum par delictum, ff. de reg. jur.* Quantum ad verbum, Cauſa, deſumitur ex *l. in pari cauſa, ff. eo. tit.*

1. QVod ſpectat ad cognitionem Poſſeſſionis, quis ſit Poſſeſſor, & quomodo in dubiis inveniendus ſit in pari Cauſa, tam in materia Iuſtitiæ, quam aliarum virtutum pro utroque foro interno, atque externo, patet clarè ex *Regula* 8. *cap.* 2. *num.* 10. *& infra*, in præſenti diſſerendum eſt de poſſeſſione in pari delicto.

CA-

## CAPUT UNICUM.

*Explicatur, & exemplificatur Regula, quando in pari delicto melior ſit conditio poſſidentis.*

2. FVndamentum Primum. Si pretium ſolutum ſit alicui ex pari conſenſu dantis, & accipientis pro delicto committendo, v.g. Furti, Homicidii &c. & accipiens naturaliter, & civiliter illud poſſideat, non datur locus repetitioni ante, neque poſt delictum patratum; quia ex parte utriuſque adeſt turpitudo, & in hoc ſenſu pro utroque foro, in pari delicto potior eſt conditio poſſidentis, ex *leg.* ſic decernẽte *3. & 4. C. de condict. ob turp. cauſam.* Ex hoc Fundamento

3. Reſolves, ex duobus litigantibus, ſi unus det Iudici munus, ut in ſui favorem ſententiam ferat, quamvis injuſtam, non poſſe dantem munus datum à Iudice repetere: quia ex parte utriuſque adeſt turpitudo, ex *ll. cit. tit. eo.* & *c. non ſanè 14. q. 5.* & tunc melior, & potior eſt conditio poſſidentis.

4. Secundum Fundamentum. Si pre-

valeant, etiam ſi quis veniret contra factum, allegando propriam turpitudinem, quod eſt in iure prohibitum, *l.poſt mortem, ff. de adopt.* & *l. Mercalem C.de cond.ob turpem cauſam*, in hoc caſu nihilominus poterit quis venire contra actum ſuum, in quo non ſervavit formam ſubſtantialem, quamvis oporteat allegare propriam turpitudinem. V.G. Epiſcopus poteſt repetere res Eccleſiæ alienatas ſine juris forma, ideſt ſolemnitatibus, allegando propriam turpitudinem, ideſt errorem contra legem in alienatione commiſſum. *Bartolus in 2.l poſt mortem*, & *Baldus in l. non dubium C. de leg.*

11. Quintò, poſita nullitate actus contra legem facti, omnes fructus ſunt reſtituendi in utroque foro, ante ſententiam Iudicis percepti, niſi bona fide fuerint percepti, & conſumpti, & dummodo is, qui eos conſumpſit in nullo ſit factus ditior; nam in ullo foro nulla erit obligatio reſtituendi. Ita *comm. DD. omnes*.

12. Limitatur Regula, primò ſi ipſa lex non contineat æquitatem; quia æquitas eſt quædam rectitudo, & Iudi-

cii ratio, quæ ſi in lege non reperiatur, lex, vel erit irrationalis, vel æquitate carens, veluti inanis, ac vacua deridetur. *Suarez, Salas de leg. Barboſ. axiomat. cit. n. 8.* ſic loquitur *Baldus in l. omnes populi n. 29. ff. de juſt. & jur.*

13. Limitatur ſecundò, quando magna neceſſitas urgeat pro imminenti damno vitando, & non ſuppetat tempus recurrendi ad ſuperiorem, ut Diſpenſatio petatur; in tali caſu actus valebit, non obſervata forma ſubſtantiali, præſupoſita ſuperioris diſpenſatione. *Tiraquel. ad leges connub. Gloſſ. n. 31. Pariſ. conſ. 33. n. 29. 30. lib. 2.* Exemplum eſt in promptu de rebus Eccleſiæ non alienandis abſque ſolemnitatibus, ſine quibus tamen aliquando valebit alienatio, v. g. venditio agri Eccleſiæ, ut citò creditoribus ſatisfiat, ne bona ejuſdem Eccleſiæ ſibi adjudicent, non expectata Pontificis licentia, quæ eſt forma ſubſtantialis à lege requiſita. Admiſſis ergo debitis ampliationibus, & reſtrictionibus, ſenſus Regulæ patet, quod, *Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.*

R E-

# REGULA LXV.

## In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

Hæc eadem quantum ad verbum, *Delictum*, habetur in *l. cum par delictum, ff. de reg. jur.* Quantum ad verbum, Cauſa, deſumitur ex *l. in pari cauſa, ff. eo. tit.*

1. QVod ſpectat ad cognitionem Poſſeſſionis, quis ſit Poſſeſſor, & quomodo in dubiis inveniendus ſit in pari Cauſa, tam in materia Iuſtitiæ, quam aliarum virtutum pro utroque foro interno, atque externo, patet clarè ex *Regula* 8. *cap.* 2. *á num.* 10. *& infra*, in præſenti diſſerendum eſt de poſſeſſione in pari delicto.

CA-

# CAPUT UNICUM.

*Explicatur, & exemplificatur Regula, quando in pari delicto melior ſit conditio poſſidentis.*

2. FVndamentum Primum. Si pretium ſolutum ſit alicui ex pari conſenſu dantis, & accipientis pro delicto committendo, v.g. Furti, Homicidii &c. & accipiens naturaliter, & civiliter illud poſſideat, non datur locus repetitioni ante, neque poſt delictum patratum: quia ex parte utriuſque adeſt turpitudo, & in hoc ſenſu pro utroque foro, in pari delicto potior eſt conditio poſſidentis; ex *leg.* ſic decernẽte 3. & 4. *C. de condict. ob turp. cauſam.* Ex hoc Fundamento:

3. Reſolves, ex duobus litigantibus, ſi unus det Iudici munus, ut in ſui favorem ſententiam ferat, quamvis injuſtam, non poſſe dantem munus datum à Iudice repetere: quia ex parte utriuſque adeſt turpitudo, ex *ll. cit. tit. eo.* & *c. non ſanè* 14. *q.* 5. & tunc melior, & potior eſt conditio poſſidentis.

4. Secundum Fundamentum. Si pre-

pretium ſolutum ſit alicui, ne aliquod delictum patret, v.g. Furtum, vel Iudici ne injuſtam ſententiam ferat, tunc datur locus repetitioni, neque melior eſt conditio poſſidentis, quia ex parte recipientis tantum adeſt turpitudo, ex *l.2.ff.de cond.ob turp.cauſ.* & hoc verum eſt ante, & poſt commiſſum delictum, ſi tamen pretium ſolutum ſit antequam committatur; ſecus verò ſi pretium fuerit ſolutum poſt delictum patratum: nam ſolutio ſubſequens purgat turpitudinem recipientis, idque dicatur de metu, quem expellit ſpontanea ſolutio, *l.penult.ff.eo.* & *l.1.C.de his,quæ vi metuſque cauſa*, & hoc valet etiam in foro conſcientiæ. *Abbas in c. cum ab omni n.* 8.*de vita, & honeſt.Cler.Sylveſt. in ſumma v.Iudex* 1. *q.12. pronunt.6. Covar.in Reg.Peccatum p.2.§.3 n.*1. *Molina tr.2.de juſt.diſp 88.nu.* 2. *& diſp.* 90. *n.*11. *Barboſ.in cap.ſanè. Leſſ.tr.de juſtit. & alii.* Ex Caniſio hic.

5. Sed contra videtur Textus in contrarium ex *l.2. verſ. ſed ſi dedi. ff. eo.* ubi dicitur, quod ſi ego dederim munus Judici, ut pro me ſententiam, etiam juſtam, pronunciet, nihilominus crimen contraham, quia Judicem corrumpere

pere videor: ergo datum non potero repetere ob turpitudinem à me commiſſam, quod eſt contra aſſertum in ſecundo fundamento.

Reſpondetur hoc eſſe intelligendum, quando offerens munus Judici nullam habet certitudinem vexationis, & ſententiæ injuſtæ ferendæ à Judice, & in hoc caſu datum non poteſt repeti à Judice in ullo foro: ſecus verò, quando offerens dedit cum cognitione certa de vexatione, & de injuſta ſententia ferenda; & in hoc caſu datum repeti poteſt in utroq; foro. Ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu, nulla data cognitione injuſtitiæ futuræ in Judice circa cauſam, exponeret ſe offerẽs munera periculo Judicẽ ſubornandi, & ſic in dono apparet turpitudo: Non autem in ſecundo, cum offerens, ſuppoſita cognitione certa injuſtitiæ in judicando, licité, non turpiter dedit, ideſt ad redimendam vexationem, & ideo in utroq; foro datur actio repetenti. Sic explicat *Barb. in c.* non ſanè, ubi reſpondendo ad inſtantiam Iuris antiqui, & novi ex *l. cit.* quatuor dat ſenſus in jam explicatum coeuntes.

Patet igitur ex jam dictis ſenſus germanus

manus Regulæ: *In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.*

## REGULA LXVI.

**Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.**

Vide dicta in *Reg. XLI.*

## REGULA LXVII.

**Quod alicui ſuo nomine non licet, nec alieno licebit.**

### CAP. UNICUM.

*Exponitur ſenſus Regulæ per unum generale Fundamentum.*

1. FVndamentum Generale; Quod aliqua lege mihi, vel aliis prohibetur facere, neque mihi, vel aliis licebit illud facere per tertiam Perſonam: niſi ratio prohibitionis ex perſona mea, vel aliorum, quibus prohibetur, ceſ-

ceſſet in Perſona alterius. Ex hoc Fundamento.

Reſolves valere has conſequentias.

2. Tutor non poteſt emere rem Pupilli ſui ex *l. Pupillus §. idem ſi tutor. ff. de auctor. & adminiſtr. tutor.* Ergo neque per tertiam perſonam.

3. Excommunicatus excluditur ab officio Actoris in *c. decernimus de ſent. excomm. in 6.* Ergo neq; erit Actor legitimus per tertiam perſonam, *c. fin. de Procurat.*

4. Pater nequit filio ſpurio aliquid relinquere; ergo neque per tertiam perſonam, ex *l. ſi quis verſ. nihil prorſus C. de inceſt. Nuptiis, l. 1. C. de naturali liber. Sanch. conſ. moral. lib. 4. c. 3. dub. 19. Delugo de juſt. diſput. 24. ſect. 6. Comm.* apud Theologos, & Iuriſtas. Vide *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. caſu 459.*

5. Religioſus non poteſt perſonaliter ducere Vxorem; ergo neque per Procuratorem. Et ſic de aliis.

Reſolves tamen non valere has conſequentias.

6. Clericus non poteſt negotiari per ſe lucrandi gratia, ex *c. ſecundum inſtituta. Ne Clerici, vel Monachi*, ergo neque per interpoſitam perſo-

nam;

nam; conſequentia non valet, & in hoc fallit Regula; quia tali caſu ceſſat ratio prohibitionis in tertia Perſona, ideſt indecentia, quæ non ceſſat in caſibus ſupradictis. *Dian.p.1.tr.8. reſolut.72.*

Religioſus non poteſt emere, vel vendere nomine proprio; ergo neque nomine ſuæ Communitatis. Conſequentia non valet, ex ratione jam dicta, nam ratio prohibitionis in Religioſo eſt Votum paupertatis, per quod privatur jure contrahendi, & quocumque dominio nomine proprio.

Clara ergo, & patens eſt Regula ex Fundamento. *Quod alicui ſuo nomine non licet, nec alieno licebit.*

## REGULA LXVIII.

**Poteſt quis per alium, quod poteſt facere, per ſe ipſum.**

Ex *l.1.§. dejeciſſe, ff. de vi, & vi armata.*

HÆc Regula præcedentem ſequitur. Illa negativa eſt, hæc affirmativa in eodem genere argumenti, ſed cum utraque loquatur potius

tius de potentia, quam de actibus, ideo ad *Regulam 72.* remitto Lectorem, ubi plura de actibus, qui conſequuntur potentiam, examinabimus.

## REGVLA LXIX.

### In malis promiſſis fidem non expedit obſervari.

Idem habetur in *c malis 22. q.4.* ubi dictum Sancti Iſidori refertur *In malis [ſupple promiſſis] reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod incautè voviſti, ne facias: impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.*

1. Certum eſt hanc Regulam loqui præcisè de malo Theologico, v.g. Furto, Homicidio, quæ ſecundum ſe mala ſunt; vel de iis, quæ, ex lege ad peccatum obligante, mala dicuntur ratione prohibitionis. In promiſſione talium fides ſervanda non eſt, ne promittens ad peccandum obligetur.

Sed quia poteſt quis promittendo Deo, & hominibus ſe obligare, de

de utraque promiſſione eſt diſſerendum pro ſufficienti hujus Regulæ cognitione.

## CAP. I.

*Traduntur Fundamenta, ex quibus dignoſcuntur Vota, & Promiſſiones Deo facta, An ſint, vel non obligatoria ratione turpitudinis, qua ſæpe afficiuntur.*

2. FVndamentum Primum. Omnia Vota de re mala ex objecto formali, ut Fornicatio, Homicidium; ſive ex fine malo ſibi adjuncto, vel ex alia circunſtantia ſe tenente ex parte rei votæ, v.g. Votum de elargienda eleemoſyna ex fine fornicandi, vel furandi per illam quaſi ex medio, ſunt invalida; Ratio eſt, quia ſunt ex ſe mala, vel ex circunſtantia finis mali, quæ afficit objectum Voti malitia, eſtque talis materia inepta, & Deo promiſſario odibilis; nam Votum debet eſſe de re bona, imò meliori; ſicque vovens rem malam mortaliter, peccat mortaliter; vovens rem malam venialem, peccat venialiter pro-

probabiliter, ſed probabilius peccat mortaliter, ex *Cajet. v. Votum. Leſs. lib. 2. c. 4. d. 5.*

3. Secundum Fundamentum. Valida ſunt Vota cum fine addito malo, ſe tenente ex parte ipſius voventis, manente re promiſſa in ſua bonitate, v. g. ſiquis ex ira erga Mendicum voveat dare illi eleemoſynam, vel ex fine vanæ gloriæ; Ratio eſt, quia & ſi vovens malè, & cum peccato voveat, res tamen vota nulla afficitur malitia, quia malitia finis vanæ gloriæ non tangit objectum, ſeu rem votam, quaſi ex illa velit, & ſperet à Deo vanam gloriam; nam tunc eſſet finis rei promiſſæ, & Votæ; ſed tangit ipſum voventem, ſeu actum vovendi; vult quidem actum miſericordiæ, ſed comitanter ſperat ab hominibus laudari. Vide ergo differentiam primi Caſus à ſecundo; nam in illo finis malus afficit, & reddit objectum Voti malum, imò talis actus vovendi eſſet peccaminoſus, & blaſphemus, quaſi Deus eſſet Promotor, & Auctor malorum: in ſecundo verò finis cadit ſupra voventem, qui finis malus non poteſt efficere objectum eleemoſynæ, ſed actum

vo-

vovendi. Ita *Sanch. in Decal. lib. 4. c. 6. n. 11. Tamb. in Decal. lib. 3. c. 15. de Voto* §. 2. *n. 3. 4. 5. Caram. lib. 1. Theol. fundam. 40. pag. 345. §. 9. in hac Reg.*

4. Tertium Fundamentum. Valida ſunt Vota facta ex affectu erga rem bonam, ut bona eſt, & ſi coniuncta cum cauſa mala; v. g. vovet quis eleemoſynam, ſi incolumis evadet eſt duello, ſi filius ex Concubina naſcatur ſibi; quamvis enim Concubinatus, & duellum mala ſint, ſunt tamen bona, & dona Dei filium babere, & ſalvum ex duello exire. *Communis ex Sanch. citat.*

Probabilior tamen ex ratione intrinſeca videtur contraria opinio *Caſtropalai*, quia eleemoſyna vota imbibit, & includit concubinatum, & duellum, quæ ſunt media ad eos effectus ſortiendos, quæ cum ſint peccaminoſa, reddunt etiam ipſum votum peccaminoſum, & irritum. Eſſent quidem valida talia vota, ſi eſſent emiſſa poſt effectus habitos in gratiarum actionem, quia non poſſent infici ex illis mediis pravis, cum jam ceſſaverint.

5. Quartum Fundamentum. Inva-

valida ſunt Vota de re indifferenti, niſi circunſtantiis, aut fine bono emittantur: Quia Deo diſplicet ſtulta, & vana promiſſio, neque eam acceptat, cum talis res non pertineat ad ejus cultum, & Religionem. *Communis*.

Jtem invalida ſunt Vota contra conſilia Evangelica, quia ſunt res impeditivæ majoris boni, ut Votum Matrimonii, quod impedit cęlibatum, qui Deo eſt gratior, niſi fieret ad vitanda peccata carnis, nam tunc ex fine bono, Votum Matrimonii melius eſſet quam ejus oppoſitum. Probantur igitur ſupradicta omnia Fundamenta ex *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. in corpore.

Res, quæ alteri promittitur debet eſſe placens, & ei grata; ſed res mala, & impeditiva majoris boni, atque indifferens eſt Deo odibilis, & ingrata; ergo nequit eſſe materia legitima promiſſionis Deo factæ per Votum.

Ex his Fundamentis reſolves innumeros Caſus.

## CAP. II.

*De malis promiſſis, quæ homini fiunt.*

6. Dico primò nullam promiſſionem turpem, & malam mortaliter, vel venialiter ex parte utriuſque Promittentis, & Promiſſarii eſſe ſervandam, v.g. de homicidio patrando; nam eſt omninò irrita, etiamſi ſit juramento firmata, quia abſq; peccato nequit ſervari. *Suarez lib. 2. de juram. c.*17. *Leſſ. de juſtit. lib.*2. *cap.* 12. *dub.*4. *num.* 18. *Sanch. in Decal. l.* 3. *c.*9. *num.* 11. *Comm.*

7. Dico ſecundò, ſi malitia, ſeu turpitudo promiſſionis eſt ſolum ex parte promiſſarii, & promiſſio eſt ſimplex ſine juramento, v. g. promitto Franciſco centum ex metu gravi injuſtè ad hunc finem mihi ab eo illato, aut ex vi, dolo &c. nulla eſt promiſſio, nulla obligatio in promittente; quia nullum jus acquirit promiſſarius. *Bonac. de contract. diſp.*3.*q.*52.*punct.*1. *n.*14. *Sylveſt. v. reſt.* 2. *verſ.* 7. *Navarr. Leſſ. Aliique.*

Si verò promiſſio non eſt ſimplex, ſed

ſed juramento firmata, & tunc promittens tenetur ſervare promiſſum, non virtute juſtitiæ, ſed religionis; quia promiſſio ex parte promittentis non eſt turpis, v.g. jurata promiſſio de ſolvendis uſuris; nam ſine diſpendio Animæ ſervari poteſt, ex *c. quanto de jurejur.* faciliter tamen de tali juramento conceditur diſpenſatio. Quando autem Contractus aliàs invalidus per appoſitionem juramenti confirmetur, in tractatu de juſtitia diſſeritur; pro aliquali nihilominus cognitione de vi juramenti ad confirmandos contractus invalidos, ſit

8. Fundamentum Primum, & Regula generalis. Quando Actus aliquis, ſeu contractus prohibetur principaliter ob favorem publicum, non confirmatur juramento, imò juramentum eſt invalidum, ſicut dictum eſt in *Reg. 58.* ut potè de re illicita, & contra bonos mores, cum lex obliget ad culpam Theologicam: Probatur in *c. diligenti 12. de foro compet.* & *l. jus publicum 38. de pactis*, ubi probatur non poſſe jus publicum tolli pactis privatorum. Ex hoc Fundamento.

9. Reſolves, Nullum eſſe pactum

Clerici, etiam juramento firmatum, quo renunciat privilegio fori, de comparendo ad laicam poteſtatem; cum ſit illud privilegium conceſſum ob favorem publicum, & ideo renunciatio invalida, quia eſt contra bonos mores. *Steph. á S. Gregorio de contract. lib. 2. c. 2.*

Jtem. Invalida eſſe Matrimonia, & ſponſalia contracta metu extorta, etiam jurata: quia ſunt talia matrimonia prohibita ob bonum publicum, ad ſedandas lites, & odia, quibus Reſpublica perturbaretur, & cætera hujuſmodi.

10. Secundum Fundamentum, & Regula generalis. Quando aliquis Actus, ſeu contractus prohibetur jure civili ob privatam utilitatem alterius contrahentium; confirmatur juramento, niſi vis, dolus, metus, aut turpitudo in creditore interveniat. Ratio eſt, quia quiſque poteſt renunciare quod in ſui favorem introductum eſt; non firmabirur nihilominus promiſſio facta per vim, metum &c. etiam ſi ſit actus prohibitus ob bonum privatum; nam promiſſio ex dolo non fundatur in conſenſu; errantis enim

nul-

nullus eſt conſenſus ; neque facta per vim , & metum eſt perfectè libera ; igitur nulla , aut irritanda. Tenebit non obſtantibus juramentum , ne Deus adducatur in Teſtem falſi . Tum quia juramentum ( ut ſuppono ) non eſt de re illicita ex parte jurantis. Ex hoc Fundamento.

11. Reſolves , Iuramentum additum contractui , quod ſit contrarium alteri juramento prius facto , non firmare talem contractum , cum talis contractus ſit de re illicita , ut potè contrariùs priori juramento ; v. g. Mulier juravit non vendere fundum dotalem , ſed poſtea vendit cum juramento de eo amplius non revocando ; Secundum juramentum non firmat actum venditionis , quia eſt illicitus ratione primi juramenti de non vendendo : nam juramentum non eſt vinculum iniquitatis, *c. quanto de jurejur.* Secus dicendum eſt , ſi Actus geſtus contra prius juramentum non indigeat juramento ad ſui validitatem : tunc enim eſſet validus , quamvis illicitus ex juramento contrario , ut dictum eſt in *Reg. 58. cap. 2. num. 9.*

v.g. revocatio facta Teſtamenti contra juramentum de non revocando Teſtamentum. Item valida eſſet venditio facta contra promiſſionem juratam de non vendendo; quia ad ſui validitatem non requiritur juramentum; ſicut actus Vxoris vendendi fundum dotalem, non poteſt ſubſiſtere niſi firmetur juramento, quia prohibetur à lege; ſi tamen non prohiberetur mulier vendere fundum dotalem, actus talis eſſet validus ſine juramento, etiam ſi prius juraſſet ſe non alienaturam; Ratio eſt jam dicta in *Reg.58.cit. eo.cap. & num.* Quia Iuramentum, & ſi reddat illicita geſta contra primum juramentum, non tamen reddit jurantem inhabilem ad actum faciendum ex ſe validum contra primum juramentum. *Bonac. de contract. diſputat. 3. quaeſt. 1. punct.* 1. *num.* 7.

12. Petes an juramentum poſſit relaxari, & repeti ſolutum, quando quis juravit ſe ſoluturum, & non repetiturum. Reſpond. ſi tale juramentum fuit per injuriam extortum, probabiliter poteſt relaxari, quamvis ſit in damnum Tertii; adeſt enim juſta cauſa. *Bonac. cit.*

13. Quan-

13. Quando juramentum non firmat contractum, poteſt relaxari, & excuſari jurantem à ſolutione, vel ſi nolit petere relaxationem, poſt ſolutionem poteſt repetere rem ſolutam; dummodo non juraverit ſe non repetiturum; nam repetendo non facit contra juramentum, quia juravit de ſolvendo, ſed non de non repetendo.

Sed dices. Is, qui accepit, acquiſivit jus ex acceptatione promiſſionis juratæ, ergo jurans poſt ſolutionem non poteſt repetere. Reſp. negando antecedens, quia accipiens non acquiſivit jus ex promiſſione, cum fuerit [ut ſuppono] nulla per legem; non ex vi juramenti, per quod nullum jus transfunditur in Creditorem, ſed ut Actus perſonalis obligat tantum jurantem ad ſolutionem; ergo facta ſolutione, poteſt jurans repetere, cum nullum jus remaneat retinendi in Promiſſario ratione juramenti.

14. Quando verò juramentum firmat contractum, non poteſt relaxari niſi ex magna cauſa. Tum quia cederet in damnum proximi, qui acquiſivit jus, non ratione juramenti, ſed

contractus firmati per juramentum. Tum quia jus Canonicum ex *c. Quanvis pactum*, vult ſervari, ideo eſt indiſpenſabile, & per validitatem contractus jurati creditor habet actionem contra jurantem.

Hinc deducitur obligationem ex vi juramenti additi contractui non tranſire ad Hęredes, quando juramentum non validat contractum: quia juramentum eſt vinculum perſonale, etiam ſi jurans juraſſet pro ſuis hæredibus, *S. Thom. Sotus*, *& alii relati à Bonac. hic n.11.*

Şecus verò ſi juramentum cadat ſuper contractum validum, aut invalidum firmet: nam tunc ratione contractus obligatio fit realis, quæ cum cęteris tranſit ad hęredes, ex *l. neceſſariò §. quod ſi pendente ff. de periculo, & commod. rei vend. Gomez tom 2. var. c.11.* Quòd ſi hæredes non adimpleant, peccabunt quidem contra Iuſtitiam ratione contractus, ſed non erunt perjuri, quia tenentur ex contractu adimplere, non autem ratione juramenti.

Cętera videantur ſuis locis propriis à Doctoribus examinata: quæque hac-

ctenus ſunt explanata ſufficiant pro notitia præſentis Regulæ: *In malis promiſſis fidem non expedit obſervari.*

# REGULA LXX.

## In alternativis electio eſt debitoris, & ſufficit alterum adimpleri.

Hæc Regula habet duas partes, in prima dicitur, electionem ad debitorem ſpectare ex *l. plerumque* 11. *in fine ff. de jure dotium*, & *l. ſi ita* 25. *ff. de contrah. empt.* In ſecunda verò diſponitur, ſufficere in alternativis alterum adimpleri, & habetur in *l. ex eo* 111. *§. ubi verò ff. de reg. jur.* De ſingulis eſt diſcurrendum.

## CAP. I.

*Quid, & quotuplex ſit alternativa?*

1\. Alternativa dictio à Doctoribus, & ſępè à Iure conſultis Diſiunctiva, ſeu ſubdiſiunctiva nuncupata fuit, ut

habetur in vocabul. juris Nebriſſenſis litt. A. hodie tamen una pro altera accipitur.

Hæc igitur alternativa eſt adjectio plurium in eadem oratione, ſeu propoſitione ita ſe habentium, ut in uno ſaltem illorum verificari debeat id, quod exequendum apponitur, v. g. ſi dicatur Petro. Promitto tibi domum, vel mille aureos: in hac autem propoſitione adeſt plurium adiectio, nempe domus, & mille aureorum; ita ut in altero eorum verificanda ſit donationis executio, ex *Nebriſſenſi loc. cit.*

2. Quatuor aſſignantur ſpecies alternativæ à *Barboſa in Collect. Doctorum in lib. 5. ſexti Decret. de Reg. jur.* & *á Strein. hic n.2.* Prima eſt, quæ apponitur inter diverſas Perſonas de qua loquitur *l. cùm quidam §. ſit autem C. de verb. ſignif.* Secunda, quæ apponitur inter plures res, ut in *d. l. cum quidam*, & *l. cum res 49 cit.* Tertia, quæ verſatur in diverſa loca, *l. non utique*. Quarta tandem, quæ fit ſecundum diverſa tempora, *l. ſi ita ſtipulatus 109. ff. de verbor. obligat. l. ſi ita relictum §. fin. ff. de leg. 2.*

## CAP. II.

*Cur in alternativis potius debitori, quam creditori electio concedatur?*

3. RAtio fundamentalis poteſt eſſe, quia debitor in obligationibus voluerit, ad id, quod minus eſt, quantum fieri poteſt, ſe obligare: nam ſi electio eſſet ex parte creditoris, ſine dubio quod ſibi eſſet utilius, etiam cum damno debitoris eligeret: ideo rationabiliter ſic in præſenti Regula diſponitur. Ejus ampliationes, & reſtrictiones videantur apud *Peckium, & Barboſ. hic à num. 24. & ſeq.*

## CAP III.

*Quare, & Quando in alternativis ſufficiat alterum impleri?*

RAtio quare &c. eſt, quia in una tantum parte habetur ſufficiens veritas propoſitionis, & proprietas verborum ſalvatur.

4. Hæc Regula verificatur proba-

 bi-

biliter etiam in negativis ex *Barboſ. hic n.* 29. ubi in expoſitione Textus in *l. ſi is, qui ducenta*, diſtinguit dicendo, quod ſi quis per alternativam vult inducere obligationem, vel committere ſtipulationem, tunc ſufficit unam tantum partem impleri, v.g. Promitto tibi centum, ſi infra annum Romam, vel Neapolim non ivero: ſi una tantum pars impleatur, ideſt quod Romam iverim, teneor ſolvere centum: item ſi neque Romam, neque Neapolim ivero, tenetur ſolvere, quia jam Romam ivit.

Si verò cupiat ſe eximere ab obligatione, utrunque fieri oportet, ideſt quod tum Romam, tum Neapolim eat. Ratio hujus diverſitatis eſt, quia illa verba, [Promitto tibi centum, ſi infra annum Romam, vel Neapolim non ivero] æquivalent huic propoſitioni, videlicet, Promitto tibi centum, ſi alteruter ex duobus caſibus eveniat, nempè, quod vel ego non eam Romam, vel quod ego non eam Neapolim: cum igitur una pars in duobus primis caſibus ſit impleta, teneor ſolvere centum; ſed in tertio caſu, quia neutra pars negativê fuit impleta, cum

& Ro-

& Romam, & Neapolim ivermi ad nihil teneor ex vi promiſſionis.

Contraria tamen opinio Gloſſæ in *l. ſi quis ita ſtipulatus 129. ff. de verbor. oblig.* quod Regula non habeat locum in alternativis negantibus, eſt etiam probabilis.

5. Sit igitur Fundamentum generale. In alternativis, ſeu in Votis emiſſis cum dictione diſiunctiva ſufficit alteram partem implere, etiam ſi una ſit reſervata: quia alternativa tollit, ſeu impedit reſervationem; nam electio eſt debitoris voventis, & Epiſcopus de tali Voto poteſt diſpenſare. *Mendus in Epitom. v. Votum, n. 18.*

Secus verò ſi utraque pars alternativæ ſit reſervata: tunc enim favor alternativæ non tollit reſervationem. Ex hoc Fundamento.

6. Reſolves. Voventem vel perpetuam caſtitatem, vel jeiunium bis in ſingulis hebdomadibus per totam vitam ſuam, poſſe eligere jeiunium, relicta obſervantia caſtitatis.

7. Non poſſe diſpenſari à Confeſsario ordinario voventem, vel Caſtitatem perpetuam, vel peregri-

grinationem ad loca ſancta, aut Religionem: quia utraque pars alternativæ eſt reſervata quæ non impedit reſervationem.

8. Sed quæres, *An facta electione unius partis alternativæ, poſſit ille, qui eam elegit, electam relinquere, & alteram amplecti?*

Reſpondetur, ſi talis electio ſit de promiſſionibus factis hominibus, & non ſit manifeſtata creditori, poteſt ex *DD.* fieri variatio: nam promiſſio nondum eſt acceptata, quia non manifeſtata. *Bartol. Peckius, & Strein. hic in l. qui ex pluribus* §. *tandiu ff. de verbor. oblig.*

Si verò ſit manifeſtata creditori, & non acceptata, poteſt elector, quam voluerit, eligere: ſecus autem ſi manifeſtata, fuerit acceptata: quia creditor acquiſivit jus ad rem electam, & acceptatam.

Ita dicendum eſt de promiſſis Deo factis per Vota, quæ ſtatim ac ſunt quò ad unam partem electa, cum Deo ſint immediatè nota, ſine dubio præſumuntur acceptata (non loquor de propoſito eligendi, ſed de vera; & determinata electione) & ſi pars electa

erat

erat reſervata, utique poſt electionem remanet reſervata, quamvis vigore alternativæ ante electionem non eſſet reſervata. Hocque confirmatur ex *Reg. 21. Quod ſemel placuit poſt electionem veram, amplius non poteſt diſplicere.*

Sic intelligitur Regula expoſita. *In alternativis electio eſt debitoris, & ſufficit alterum impleri.*

## REGULA LXXI.

### Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

Ex *l. invitus 199. ff. de reg. jur.* & roboratur ex *l. 1. verſ. planè, ff. de ſuperficiebus.*

## CAPUT UNICUM.

*Probatur Regula, ejuſque ampliationes producuntur.*

1. PRimò probatur: quia exceptio facilior eſt quam actio: multa enim, pluraque conceduntur

excipienti, quæ negantur Actori; *Barboſ. in Axiom. 85. n. 1. Aret. conſ. 31. in fin. verſ. quia multa.*

2. Secundò, quia facilius poteſt quis excipere retinendo, quam petere agendo. *Decius conſ. 331. n. 3. Decian. conſ. 69. n. 51. lib. 3. Barboſ. loc. cit.*

3. Tertiò, quia exceptio non ſolum eſt actione facilior, ſed etiam favorabilior, ex *l. favorabiliores 168. ff. de reg. jur.* nam ex *Gloſſ.* favorabilior debet eſſe defenſio, quam impugnatio.

4. Extenditur Primò præſens Regula ad retentionem reſpectu petitionis ex *Peckio hic ampliat. 1.*

5. Secundò extenditur ad repetitionem, quia favorabilior eſt repetitio, quam petitio, quando Actor agendo petit ſolum id, quod ſuum non fuit, ſed ſibi deberi intendit, *l. cum fundus, ff. ſi cert. pet. l. filius familias, §. 1. ff. de verb. oblig.* & meritò magis lex favet ei, qui agit pro rei propriæ conſervatione, quam ei, qui novum lucrum prætendit, ex *l. fin. C. de Codicill.*

6. Tertiò extenditur non ſolum ad Perſonam principalem, verùm etiam ad ejus Procuratorem. *Peckius hic*

*am-*

*ampl. 3. Strein. ampl.* 2. Ratio eſt, quia Procurator ex lege agit pro ſuo principali; ergo poteſt pro illo excipere, eumque defendere. *Panorm. in cap. accedunt num.* 4. *de Procurator. Accurſius in l. mutus, ff. de Procurator.* Cætera parum neceſſaria videantur apud *Barboſ. Peckium, & alios.* Cæterùm Regulæ ſenſus clarus eſt, quod, *Qui ad agendum admittitur eſt ad excipiendum multò magis admittendus.*

## REGULA LXXII.

### Qui per alium facit, ac perinde, ac ſi faceret per ſe ipſum.

Ex jure civili ſumitur hæc Regula, *l. quod juſſu alterius, ff. de Reg. jur.* & convenit cum 68. *Poteſt quis per alium, quod poteſt per ſe ipſum.*

### CAP. I.

*Explicatur ſenſus Regulæ.*

1 SAtis clara ſunt verba Regulæ, ſi dictio illa, Perindè rectè

rectè intelligatur, quæ involuit ſignificationem non propriam, ita ut actio unius facta per alium, propriè ſit facta per ſeipſum, cum ſit impoſſibile factum unius propriè eſſe factum alterius: ſed per quandam fictionem juris, & ipſius interpretationem, ut habetur ex *l.1.§.dejeciſſe, ff. de vi, & vi arm. Dynus num.6.*

Quantum verò ſpectat ad ſenſum verborum, quando Regula verificetur, & quando deficiat, ſit

*2.* Fundamentum generale. Tunc verificatur Regula ſecundum fictionem juris, quando actus efficiendus eſt talis naturæ, ut ejus executio in alium tranſmitti poſſit, v. g. ſolutio debiti facta creditori à debitore per tertiam perſonam, ſe habet ex fictione juris, ac ſi facta fuiſſet ab ipſo debitore, cum talis actus ſit in alium tranſmiſſibilis.

Contra verò Regula deficiet, quando actus nequit tranſmitti in alium, ut ab eo efficiatur, v. g. Contritio, ut juſtificativa, & Ieiunium, ut afflictivum carnis, non poteſt verè, neque ſecundum interpretationem juris dici de uno, ſi per alium fiat: quia & ſi

ex

ex communi *DD.* jejunium per unum factum poſſit eſſe ſatisfactorium pro alio, non tamen ut eſt carnis afflictivum: non enim corpus Pauli affligitur, ſi Petrus jejunet pro ipſo: & generaliter Regula non verificatur in iis actibus, qui dicuntur perſonales, & intranſitivi ratione connexionis, quam habent cum Perſona operante, ſive ex natura rei, ſive ex diſpoſitione alicujus Legis. Ex hoc Fundamento.

5. Reſolves primò. Non poſſe per alium elici actiones merè naturales, v.g. expuere, creſcere, comedere, ſudare: nam hæc, & ſimiles ex natura rei ſunt propriè Perſonales.

Item nec actiones ſupernaturales, ut ſunt amare Deũ, ſperare, credere &c.

Item, nec actiones Sacramentales, dempto Matrimonio, quod contrahi poteſt per Procuratorem: quia verè omnes perſonales ſunt, tam ex parte ſuſcipientis, quam ex parte conferentis: & quamvis Epiſcopus poſſit ſuos ſubditos per alium Epiſcopum ordinare, Parochus per alium Matrimonio aſſiſtere, ac ſubditum abſolvere: intelligendum eſt tales actiones ſic eſſe Perſonales ratione dignitatis, ac offi-

cii,

cii, quod per alium non poſſint ſuppleri, qui eadem dignitate non refulgeat, & eódem officio ex legis diſpoſitione nequeat perfungi.

Jtem, nec Miſſam audiri, vel officium divinum poſſe per alium perſolvi; nam hæ obligationes & Chriſtiano, & Clerico ex præcepto Eccleſiæ, ut ſunt opera ſatisfactoria pro Miſſa audienda die feſtivo, & pro officio divino in ſacris conſtitutis, vel Beneficiariis impoſita, ſunt verè actiones perſonales.

4. Secundò Reſolves, Poſſe Beneficiarium curam Animarum habentem, præſtare juramentum, & profeſſionem Fidei emittere per Procuratorem, idemq; dicendum eſſe de Epiſcopis, juxta *Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 12.* præcipiens Beneficiariis curam Animarum habentibus, ut intra duos menſes à poſſeſſione Beneficii teneantur profeſſionem fidei emittere in manibus ſui Epiſcopi, vel eo impedito in manibus ejus Vicarii. Probatur; Quia Profeſſio fidei non eſt actus ita Perſonalis, & intranſitivus ex natura rei, vel ex legis diſpoſitione, ut nequeat per Procuratorem emitti; nam

Tri-

Tridentinum, & conſtitutiones Pii IV. nempe 88. quæ incipit, *In ſacroſancta*, & 89. extantes in 2. Tom Bullarii nullam obligationem Beneficiariis imponunt eam perſonaliter emittendi, ita ut per alium ſuppleri non valeat.

Confirmatur; Iuramentum fidelitatis præſtandum à Vaſſallo Feudatario ratione feudi poteſt pręſtari per Procuratorem, ex *cap. fin. de juram. calumn. in 6.* & *ex cap 1. §. verum quando de ſtatu Regularium in 6. Barboſ. in Collect. in cap. cit. de Stat. Regul. nu. 33.* ergo & Iuramentum cum profeſſione Fidei per procuratorem præſtari poteſt, niſi à lege impediatur. Aliæ rationes videantur apud *Bardum hic*. Ita ſentiunt *Caſtropal. tom. 1. tract. 4. diſp. 1. punct. 19. August. Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg. 61. nu. 20. Navarr. Ledeſma. Riccius aliiq; contra Gonzalez in Reg. 8. Cancell. Garziam. Gratianum*, & plures alios contrarium aſſerentes.

Tertiò Reſolves, Profeſſionem etiam Religioſam poſſe emitti per Procuratorem, & valere utraſq; Regulas 72. *Qui per alium facit, &c. 68. Poteſt quis per alium &c.* in caſu præſenti. Probatur; Omnis contractus, quem

Prin-

Principalis poteſt facere per ſe ipſum, poteſt fieri per Procuratorem, niſi lex obſtet: ſed hujuſmodi eſt profeſſio religioſa inter profitentem, & Religionem, nullaque lex huic obſtat: ergo &c. Major vera eſt ex *Reg. 68. cit. in 6.* & ex *l. 1. ff. de Procurator.* Minor probatur quò ad primam partem, quia inter Novitium, & Religionem intercedit reciproca obligatio, illius, ſe tradendi Religioni, & hujus, ipſum alendi, & ſuſtentandi juxta ſtatuta, & leges Religionis; ſecunda pars etiam minoris probatur, quia nulla in lege de hoc invenitur prohibitio; niſi tamen Religio aliqua ex conſuetudine, vel ex propriis ſtatutis talem profeſſionem per Procuratorem prohiberet: *Pelliz. in qq. Regul. tractat. 3. cap. 1. num. 29.*

Aliquæ tamen conditiones ſunt neceſſariæ, ut validè quis in Religione profiteatur per Procuratorem ex *Barthol. á S. Fauſto in Theſaur. Relig. lib. 5. q. 117. Fr. Barthol. de vecchis in praxi obſervanda in admitt. ad relig. ſtatum novit. diſp. 13. dub. 3.*

7. Prima eſt, ut mandatum de profitendo, datum Procuratori, ſicut

cut de Matrimonio contrahendo, ſit ſpeciale; non enim ſufficit commiſſio generalis in re tanti momenti.

8 Secunda, ut determinetur in mandato Religio particularis, in qua debet fieri profeſſio; ſicut in Matrimonio per Procuratorem deſignanda eſt Perſona, cum qua debet fieri contractus, ex *l. generali initio ff. de ritu Nupt.*

9. Tertia, ne eo tempore, quo Procuratam profeſſionem facit, ſit revocatum mandatum á conſtituente ante profeſſionem, neque exterius, neque ſolo animo interius; aliter profeſſio nulla erit, etiamſi revocatio non fuerit Procuratori intimata. Jdem dic de Matrimonio. *Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 11. n. 6.*

Secus verò in mandato pro aliis negotiis expediendis revocatio intimari debet Procuratori, aliter geſta ab ipſo nomine Principalis valida erunt. Ratio diverſitatis eſt, quia validitas Profeſſionis; & Matrimonii dependent totaliter à conſenſu contrahentis, qui in eliciendo, vel non eliciendo ipſum non dependet à jure.

10. Neque dicas ex Gloſſ. *in cap. ſcien-*

*ſciendum* 27. *q.1.* Votum, & Pęnitentiam non poſſet fieri per alium, quia dependent ab actu interno Perſonæ voventis, & pęnitentis; ergo à ſimili de profeſſione dicendum. Reſp. Votum, & Pęnitentiam, ut dicunt actum intrinſecum, eſſe actus merè perſonales, & intranſmiſſibiles; ut dicunt actum externum ipſius actus intrinſeci manifeſtativum, non ſunt merè perſonales, ſed poſſunt à Procuratore ſuppleri, & ab Eccleſia acceptari.

11. Quartò Reſolves, Pęnitentiam, ut ſatisfactoriam, & compenſativam, pro pęna debita peccatis, vi Sacramenti Pęnitentiæ deletis, poſſe per alium impleri de licentia Confeſſarii, eſſeq; ſatisfactoriam ex opere operato.

Probatur prima pars; nam ex licentia Confeſſarii pęnitentia eſt actus tranſmiſſibilis; ergo poteſt per alium adimpleri. Probatur ſecunda pars; quia ſatisfactio ex voluntate Confeſſarii facta ab alio, gerente vicem pęnitentis, eſt pars Sacramentalis; cum dicat ordinem ad pęnitentiæ Sacramentum; ergo tale opus ſatisfactorium eſt, ut à ſubrogato impletum, ex opere operato. *Suarez tom.4. in 3. part.*

*part. de pœnit. diſp.38. ſect.9.n.3. Filliuc. tr.8.tom.1.c.2.q.10.in fine, aliique.*

*12.* Neque fuit contra hoc aſſertum argumentum opinionis contrariæ *Eſcobar, Delugo, Bonacina, &c.* deſumptum ex Conciliis Florent. in Decreto *Eugenii IV.* & Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 3. aſſerentibus materiam Sacramenti eſſe actus Pęnitentis; ergo ſi actus ſubrogentur non erunt amplius pęnitentis, ſed ſubrogati,& conſequenter neq; Sacramentales, neq; ſatisfactorii ex opere operato. Nihil inquam facit hęc ratio contra noſtrum aſſertum;nam actus ſatisfactionis ſubrogati, ut eſt actus phyſicus, non eſt actus pęnitentis,concedo: Non eſt actus Pęnitentis, ut eſt actus ſubrogatus loco illius, qui à Pęnitente erat faciendus, nego: ergo non eſt ſatisfactorius ex opere operato: nego conſequentiam: quia ſecundum eſſe morale,& ex juris fictione actus ſubrogati ex juſta cauſa de licentia Confeſſarii reputatur idem actus pęnitentiis: Sicut poteſt Iudex humanus,ſaltem ſupremus ex juſta cauſa pęnam,v.g. Triremium,quæ à Reo eſſet ſubeunda, permittere, ut alius ejus loco illam ſubiret: ſic à pari dicendum de Iudice Con-

feſſionis &c. *Caramuel ſupra cit. tom.* 1. *Theol. fundam. pag.* 338. *in hac Reg.*

Concedimus quidem hoc fieri non poſſe abſque licentia Confeſſarii, quia actus Sacramentalis aliunde non eſt tranſmiſſibilis, niſi à voluntate præcipientis.

Item concedimus de Pęnitentia præſervativa, v. g. de maceratione carnis, jejunio &c. nam actus iſti ex natura rei ſunt ita pęnitenti adſtricti, ut nequeant alteri committi; quia ſic fruſtraretur intentio Confeſſarii; maceratio enim carnis unius nihil prodeſſet alteri; nam eadem perſonalis carnis afflictio, non poteſt eſſe unius, & alterius maceratio.

13. Quintò Reſolves, Votum reale poſſe per alium impleri; quia hujus materia non eſt actio ipſius voventis, ſicut in voto perſonali, ſed eſt res, quæ cum ſit ab alio factibilis, & poſſit exiberi poteſt, imò debet per alium impleri, ſi nequeat vovens per ſe ipſum implere.

Item, Non poſſe Votum perſonale ſimpliciter per alium adimpleri, niſi à principio vovens conditionatè voviſſet, in ſui deficientia ſe per alium ſatis-

tisfactum. Ratio eſt, quia materia Voti perſonalis eſt actio propria perſonalis ipſius voventis: ergo non eſt tranſmiſſibilis, niſi conditionatè, & ex intentione voventis: & conſequenter vovens non tenetur illud per alium implere.

Item, Votum mixtum quò ad partem Perſonalem ex dicta ratione non poſſe per alium impleri; poſſe quidem quò ad partem realem, imò debet ab alio ſuppleri, dummodo Votum ſit æqualiter perſonale, & reale, & non reale acceſſoriè, v.g. Iter, quod quis vovet ad loca ſancta, eſt perſonale, & principale, ſumptus verò, quos feciſſet vovens in itinere, ſunt quid reale, ſed acceſſoriè ad perſonale ſe habens: ſi igitur vovens non poteſt perſonaliter ire, neque per alium tenetur ſumptus in eleemoſynam mittere. Vide *Reg.* 37. ubi clarè *caſu* 10. *num. 21.* & ſequ.

14. Sextò Reſolves, Patrantem delictum per alium, v.g. homicidium, ſi juridicè interrogetur, non poſſe jurare ſe illud non feciſſe. *Azor. in inſtit. moral. par.1. lib.11. cap.8. q.2. Portell. in dub. Regul. verb. Iuram. n.*20. Probatur:

Quia ex jure Civili, & Canonico actio tribuitur non ſolum executori, verum etiam mandanti, ex *l.1.§. dejeciſſe, ff. de vi, & vi armata*, ubi ſtatuitur, quod ſi quis per vim deiiciatur de loco, quem poſſidet, dicatur deiicere non ſolum mandatarius, verum etiam ipſe mandans. Item ex canonico iure, *cap. Mulieres, §. illi verò de ſent. excomm.* ubi ſtatuitur, quod mandans, ut Clericus percutiatur, dicatur committere delictum percuſſionis.

Arguo igitur ſic. Reus tenetur reſpondere juxta mentem, & ſenſum Iudicis interrogantis juridicè, contraria opinio damnata eſt ab *Innoc. XI.* quę eſt 28. ſed Iudex interrogans Iuridicé, An v.g. Petrus interfecerit Paulum, interrogat juxta ſenſum legalem [ut ſupponit Caſus,] ergo tenetur Reus affirmare, & conſequenter negando erit perjurus.

15. Neque urget argumentum Partis contrariæ, quod mandans occidere in Eccleſia ſi mors ſequatur, gaudet immunitate Eccleſiæ: qua immunitate non gaudet is, qui phyſicè, & verè occidit in Eccleſia ex *conſtit. Greg. XIV.* ergo mandans poterit negare &c.

quia

quia verè non commiſit homicidium?

Non urget inquam: quia ex multorum ſententia mandans occidere in Eccleſia nō gaudet Eccleſiæ immunitate.

Suppoſita etiam hujus aſſerti veritate, Reſpondetur, quod in materia de immunitate Eccleſiæ, cum agatur de favore Eccleſiæ, ly verbum, *Homicidiū* debet intelligi de homicidio phyſico, & reali, non de morali, & legali, quia cum lex ſit odioſa Eccleſiæ, debet reſtringi ad homicidium phyſicum, & nō extendi ad utrunq; in caſu verò de Iudice interrogante, cum agatur de bono publico, ne delicta remaneant impunita, ad ſenſum utriuſq; homicidii poteſt ſe extendere Iudicis interrogatio, cui ex dictis tenetur ſe conformare Reus in reſponſione.

Sic ergo in caſu de immunitate Eccleſię non habet locum Regula: ſed benè in ſecundo de homicidio. *Avila in prædicta Regula tract. de cenſ. p. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 2. Diana par. 1. tr. 1. de immunit. Eccleſiæ reſol.* 10. *aliique plures.*

16. Septimò Reſolves, Non peccare Fidelem, ſi diebus feſtivis opera ſervilia per ſervum Infidelem exerceat: Ratio eſt, quia actio ſervilis præcepta

non eſt prohibita, neque moraliter mala reſpectu infidelis, qui Eccleſiæ præceptis non ſubditur: ergo Fidelis opera ſervilia imperans infideli die feſtivo non peccat. *Diana par.5. tr.14. reſol.7. Ianuar. Leander, aliique.*

Item ex *Laym. Theol. moral. lib.1. tractat.4. c.5.* Talia opera poſſunt præcipi perpetuò amentibus: ergo & infidelibus; cum ſint pares in conditione reſpectu legis Eccleſiæ.

## CAP. II.

*Proponuntur aliqua dubia, & eodem ſupracit. Fundamento Reg. reſolvuntur.*

### DVBIVM I.

*An audiens lectionem libri prohibiti alicujus Hæretici ab alio legente, cenſeatur per ſe ipſum legere, ita ut incurrat in cenſuram latam contra hos libros legentes?*

17. RESpondetur cum diſtinctione ſic. Si audiens lectionem libri hæretici, v. g. Petrus præcipiat Paulo, ut legat, & ab ejus man-

mandato, & ſuaſione lectio dependeat, incurrit excommunicationem: ſecus verò ſi in lectionem nullum habeat influxum, ſed à legente propria voluntate, & motu proprio audiat. Ita *Lezana in quaſt. Regul. par. 4. v. libri, n. 21. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 5. num. 4. Azor. Baldel. apud Bard. hic.* Probatur; Excommunicatio fertur contra legentes, quæ lectio conſiſtit in prolatione, & perceptione intellectiva ſenſus lecturæ, ſed audiens per alium legentem ex mandato profert moraliter verba, & percipit ſenſum: ergo incidit in excommunicationem: Major vera eſt; minor patet: quia ex Regula, faciens per alium, juris fictione per ſe facit, qui modus legendi etiam prohibetur à lege, & ad hunc modum legendi lex etiam debet extendi, contra opinionem contrariam: *Bonac. de cenſur. in Bull. cœna. Caſtropal. Scort. Ugol. & alios* aſſerentes talem legem eſſe odioſam, ideoque non eſſe ad hunc caſum extendendam.

Ratio eſt, quia aliquando etiam in odioſis fit extenſio, quando ſine extenſione lex redderetur illuſoria, & vana, ut ſtatuitur in *cap. ſi civitas de*

*ſent. excomm. in* 6. ubi Pontifex loquendo de Interdicto, ait, quod quamvis Civitas propriè intelligatur pro ambitu murorum, & quidquid in ipſo continetur, extenditur nihilominus ad ipſa ſuburbia, quia Cives poſſent extra Civitatem in ſuburbis audire ſacrum, & ſic fruſtraretur lex: & tamen hęc lex eſt odioſa. Sic excommunicatio contra legentes libros hæreticorum, ſi ligaret tantum phyſicè legentes, finis legis eſſet inanis: quia ad evitandam excommunicationem, quamplures per alios lecturam haberent.

## DVBIVM II.

*An alloquens Monialem alio mediante, cenſeatur per ſe ipſum illam alloqui, & pœnas in jure poſitas incurrere, etiam ſi Monialis nihil reſpondeat?*

18. Vppono prohibitionem generalem loquendi cum Monialibus in jure communi ex *cap. periculoſo de ſtat. Regul. in* 6. & *cap. Monaſteria de vita, & honeſt. cleric.* & ex variis Iuribus, & Decretis à S. Congregatione juſſu Pontificio emanatis, ubi con-

contra tranſgreſſores variæ aſſignantur pęnæ. Vide *Aſcan. Tamb. de jur. Abbatiſs. & Monial. diſp.* 25. *q.* 1. *Bonac. tract. de clauſur. q.3.part.2. Lezana in ſumm. quaſt. Regul. v. Moniales, tom* 4.

19. Item ſuppono Alloquium ex rigore ſermonis diferre à colloquio: nam ex primo non habetur, ſicut ex ſecundo reciproca loquutio: & hoc eſt fundamentum unius opinionis aſſerentis, quod alloquentes cum Monialibus alio mediante, non incurrant in pęnas contra colloquentes cum Monialibus, ſi Monialis nihil reſpondeat; quia loquutio, ſeu alloquutio alio mediante, nihil Moniali reſpondente, non eſt vera colloquutio, cum non dicat reciproca loquutionem; ergo ſic alloquentes non incurrunt pęnas &c. Confirmatur, quia lex eſt pęnalis, & odioſa; ergo reſtringitur ad propriam colloquutionem reciprocam, & non extenditur ad loquutionem, quæ rigorosè non eſt in odioſis colloquium.

20. Sed contraria opinio *Merolla tom.* 1. *diſp.* 1. *c.*2.*n.*589.*Bardi in hac Reg. n.*17.*probabilior videtur ex Dian.par.*10. *tract.* 14. *Miſcellan.reſol* 69. Probatur;

Iſta duo verba *Colloqui*, & *Alloqui* pro eodem ſumuntur à S.Congregatione: ergo utrunque in eodem ſenſu prohibetur ab Eccleſia: Antecedens probatur ex duobus Decretis emanatis à S. Congregatione, in quorum primo edito 1590. contra Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium, prohibetur diſcurſus cum Monialibus per verbum *Colloqui*, & in ſecundo edito anno 1623. per verbum *Alloqui*, ergo iſta duo verba idem important in prohibitione &c. talia Decreta vide in *P. Lezana tom.4. ſum.v. Moniales n.*18.

21. Item. Si quis loquatur per alium idiomate non percepto à Moniali, quæ & ſi præſens ſit, non intelligat, ſed eo animo, ut interpres exponat ſenſum Moniali in præſentia ipſius loquentis, incurrit pœnas &c. contra *Graff. Dian. p.3. tr.2. reſolut. 48.* Quia idem eſt ac ſi per ſe ipſum loquatur: ſicut qui ſacramentaliter confitetur per Interpretem Confeſſario idiomate non percepto à Confeſſario, cenſetur loqui cum ipſo Confeſſario: ita á pari dicendum in caſu noſtro. Secus ſi Interpres exponat ſenſum Moniali in abſentia loquentis.

22. Ra-

12. Ratio quare ligentur cenſuris Eccleſiaſticis etiam loquentes per Interpretem, & impropriè, & ſi lex non ſe extendat ad talem locutionem, cum ſit odioſa, eſt, ne lex cum ſuo fine fruſtretur: quia ſic per tertiam perſonam æquè benè poſſet quis Monialibus proprium conceptum aperire, & inde mala ſtatui Religioſo evenire, quæ via prohibitionis proculdubio tolluntur.

23. Neque dicas: Ergo etiam ſcribens litteras incurret eaſdem pęnas; Reſpond. negando conſequentiam: nam miſſio litterarum non comprehenditur neque propriè, neque impropriè in collocutione: à diverſis enim non fit illatio.

Incurrit tamen pœnas loquens per ſigna, & nutus cum Moniali: quia ita benè exprimit quis per nutus, & ſigna proprium conceptum, quod juris fictione & impropriè loqui dicatur: quod non ſic poteſt dici neque propriè, neque impropriè de loquente per litteras. *Diana par.* 3. *reſolut.* 48. *tract.* 2.

24. Item, incurrit pęnas Eccleſiæ loquens cum Moniali exiſtente intra

clauſuram de domo, quæ eſt propinqua Monaſterio, contra *Graff.to.1. conſil.22.de ſent.excomm.* Ratio eſt, quia principaliter prohibetur collocutio,& ſecundariò, & per accidens acceſſus, ne ex tali occaſione, fiat collocutio: Vnde ſi quis accederet ad Monaſterium, & non loqueretur, nullam pęnam incurreret; & è contra, ſi loqueretur ſine acceſſu, incurreret. *Diana p.3.tr.2.de dub.Reg.reſol.48.*

25. Non ligantur Epiſcopi Decreto Ordinarii prohibentis allocutionem cum Monialibus, vel ex conſuetudine, vel ex præſumpta licentia. Ligantur tamen Canonici Cathedralis ex conſuetudine. *Dian.p.10. tr.14. reſol.49. Miſcell. not.4. Pelliz. n.*210.

26. Neq; ligantur Advenæ, & Peregrini dicto Decreto, ſi verè careant animo ibi manendi majori anni parte; cum non ſint ſubditi illius Ordinarii. *Dian.cit.p.*10.*not 5.*

27. Neque ligantur pueri, & puellæ ante pubertatem, ſi accedent ad loquendum cum Monialibus; quia Eccleſia non ligat quemquam cenſuris ante annos pubertatis.

## DVBIVM III.

*An Clericus, ſi per alium negotietur, perinde ſit, ac per ſe ipſum id faciat, ita ut talis negotiatio ſit jure prohibita?*

SVppoſita prohibitione facta Clericis non negotiandi, eſt in controverſia, an prohibeatur á ſacris Canonibus Clericis tantum in ſacris conſtitutis negotiatio, verùm etiam Beneficiariis, & Religioſis, etiam in minoribus? de his opinio eſt, ſed illis nullus adeſt dubitandi locus.

28. Quidquid dicat Riccius cum aliis, Reſponſio eſt affirmativa, ideſt non prohiberi Clericis negotiationem per alios, illiſque eam per alios non eſſe illicitam, ſic ſentiunt *Fagundez de contract. lib. 5. c. 12. n.* 1. *Salas, Rebellus, Valentia &c.* Ratio fundatur in jure, ubi prohibetur Clericis negotiatio per dictionem illam, *Perſonaliter*; ergo non prohibetur negotiatio per alios. Jtem in *cap. ſignificante de Appell.* permittitur Canonicis habere ſtallas publicas, in quibus carnes vendantur; igitur, ſi ſacri Canones perſonaliter prohi-

bent

bent negotia Clericis, & eodem tempore permitunt eis publicas ſtallas pro venditione carnium, ſunt in ſenſu jam dicto interpretandi.

29. Neque motivum prohibitionis fundatur in reprimenda immoderati lucri cupiditate; quia etiam negotiando poteſt Clericus appetere lucrum honeſtum. Sed proprium motivum hujus prohibitionis fuit, vel, ne Clerici per ſe ipſos negotiando, à divino diſtraherentur ſervitio; vel ne perſonaliter negotiando, Chriſti miniſterium, ac religionis ſtatus in illis vituperio afficeretur, quæ omnia ceſſant omnimodè in Clericis, ſi per alios etiam vacent negotiationi, nec ulla adeſt indecentia. Vide *Regula LXVII. num. 6.*

Hæc, & ſimilia in conſequentiam trahuntur ex præcedenti Regula, ſenſu jam dicto explicata; *Qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi faciat per ſe ipſum.*

RE-

# REGULA LXXIII.

## Factum legitimè retractari non debet, licet poſtea caſus eveniat, à quo non potuit inchoari.

## CAP. UNICUM.

*Explicatur, & confirmatur Regula.*

1. HOc idem vult Paulus I.C. *in l. in ambiguis §.1.ff. hoc tit. de reg. jur.* Sic docent *Baldus in l. ſi Gaudentius C. de contrah. empt. Bart. in l. pluribus §. & ſi placeat, ff. de verbor. oblig. Tiraquell. Covaruv. aliique.*

2. Tunc factum aliquid legitimè dicitur, quando eſt juxta legis præſcripta, & è contra, illegitimè factum, quando eſt contra legis rigorem. Dicit ergo Regula, quod debent permanere in ſuo robore Actus facti juxta legis præcepta, etiam ſi poſtea aliquid ſuperveniat, quod ſi antea, vel ab initio accidiſſet, eorum

rum validitatem impediiſſent. Sit ergo ex Regula.

3. Fundamentum generale. Quod ſemel placuit, & validè factum, aut conſtitutum eſt, non dirimitur ſuperveniente impedimento dirimente, quod videlicet omnia dirimeret, ſi prçceſſiſſet, ex *Caram.* Ex hoc Fundamento.

4. Reſolves, Non dirimi Matrimonium ſemel legitimè contractum per ſuperveniens impedimentum dirimens, v. g. cognationis ſpiritualis, ex *c. 2. de cognat. ſpir.* neq; affinitatis, ex *c. penult. de eo, qui cognovit conſang. &c.*

5. Item; Non dirimi Teſtamentum, ſi phreneſis ſubſequatur, quod tamen dirimeret concomitans, *§. præterea Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

6. Item non dirimi prçſentationem, neque removeri prçſentatum, ſi legitimè fuit in poſſeſſione Iuris patronatus, licet poſtea cadat à Iure patronatus idem prçſentans, *c. conſultationibus 19. de jur. patron.*

7. Item non irritari donationes, emptiones, aut venditiones factas á Pe-

tro v. g. ante Profeſſionem, quas certò annullaſſet Profeſſio, ſi eas præceſſiſſet.

8. Sed obiicies: *In cap. fin. de jure jur. in 6.* ſtatuitur, quod ſi quis electus ad prælaturam Eccleſiaſticam, ante confirmationem juraverit de calumnia, ſi in reſponſionibus inveniatur varius ex duabus propoſitionibus, ſeu reſponſionibus contrariis obiectioni propoſitis, tanquam perjurus repellendus eſt, nec confirmandus. Ergo in hoc caſu fallit Regula; nam electio in initio legitimè facta, retractatur ob ſuperveniens perjurium.

Reſpondeo cum Streinio hic, conceſſo Antecedenti, negatur conſequentia; nam in tali caſu non retractatur electio, ſed electo in pœnam delicti negatur confirmatio, ſine qua electio nullius eſt roboris, & valoris.

9. Vera igitur erit Regula, dummodo effectus ejus, quod legitimè factum eſt, ad impoſſibile non redigatur, vel aliunde non impediatur ex *Caniſio hic*. V. G. Sponſalia legitimè contracta impediuntur

in

in eorum effectu per ſubſequens cum alia Matrimonium, ex *c. ſicut 22. de ſponſal.* nec non propter affinitatem, *c. ex litteris 8. cum c.ſeq. de eo, qui cogn. conſang.* Item propter Religionis ingreſſum, *c.ex publico de converſ. conjug.*

Cęterum nos docet expoſita Regula, quod *Factum legitimè retractari non debet, licet poſtea caſus eveniat, á quo non poſſit inchoari.*

## REGULA LXXIV.

### Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

1. DE hac materia ſatis alibi dictum eſt, hic ſolum ſufficiat ſenſum Regulę breviter aperire; vult enim Regula in Privilegiis, & conceſſionibus particularibus non fieri extenſione de caſu ad caſum, & quod alicui gratiosè à Principe, ſeu ſuperiore conceditur non eſt alteri concedendum, propter eandem, vel majorem identitatem ratio-

tionis, neque extendi debet jus particulare, ſicut Ius commune; ratio eſt: quia gratiæ, & privilegia non conceduntur niſi in caſibus particularibus, cognita cauſa, & prævio examine ſuper eam, & ſi conſtituitur à Principe jus particulare ſuper caſu expreſſo, ideo non vult Princeps hoc trahi in exemplum, neque extendi de Perſona ad Perſonam, etiam ſi in alia Perſona eadem, ac major ratio vigeret. V.G. Privilegium Beneficiario conceſſum habendi duo beneficia curata. Privilegium geſtandi Pallium conceſſum Archiepiſcopo. Exemptio à ſolutione Decimarum, Vectigalium &c. non ſunt extendenda ad alios, ut notat *Gloſs.* in *l. jus ſingulare ff. de leg. Barboſa in collect. Doctor. lib. 5. 6. Decret. de reg. 74.*

R E-

# REGULA LXXV.

## Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem à ſe præſtitam ſervare recuſat.

## CAPUT UNICUM.

*Explicatur ſenſus Regulæ, ejuſque ampliationes proponuntur.*

1. LVmen naturale ſic dictat fidem eſſe ſervandam iis, cum quibus pactum interceſſit, *l. ubi not. ff. de pactis*; proinde tam grave malum eſt fidem alteri frangere ex *l 1. de conſtit. pecun.* quod infamis à jure cenſeatur, qui fidei præſtitæ non ſtetit, *l. ſi quis major C. de tranſact.*

2. Senſus Regulæ eſt, quod leges privatæ, quales ſunt contractus, etiam ſi abſolutiſſimis verbis exprimantur, conditionatè tamen obligant inter ſe contrahentes, ita ut ab uno fracto contractu, vel non ſervata illius conditione, te neque ex pacto illi ſervare fidem teneri, ſicut qui fractis catenis, non eſt am-

amplius ligatus: quilibet enim contractus hanc tacitam involuit conditionem, ſtabo contractui, ſi tu pariter fidem ſervaveris: Non tamen licet inferre ex Regula: Tu mihi fidem præſtitam fregiſti; ergo mihi quoq; licebit fidem tibi præſtitam violare; ſi enim hoc poſſet ex Regula deduci, valeret etiam inferre ex peccato unius libertas in altero poſitivé peccandi, v. g. Tu fuiſti perjurus, non mihi fidem juratam ſervando; ergo & ego licitè poſſum eſſe perjurus violando tibi fidem juratam, quod eſſet maximum abſurdum. Sicut ſi Mulier fidem violaſſet Marito adulterando, poſſet & Maritus ei fidem frangere ſimiliter adulterando, quod certè abſurdiſſimum eſſet: Liceret quidem ex vi Regulæ inferre: Mulier fregit fidem Marito adulterando; ergo Maritus non tenetur illi fidem ſervare in Matrimonio præſtitam; de ſimul cohabitando, & mutuo debito reddendo; nam ſic licet Marito dimittere uxorem ex cauſa fornicationis. *Caram. t. 1. Theol. fundam. pag. 378.* Ex hac doctrina fundamentali.

3. Reſolves, Vaſſallum poſſe in pœnam Infidelitatis privari feudo, ſi fideli-

delitatem non ſervet, juxta præſcripta in *cap. de forma 22.q.5.* & é contra, poſſe Vaſſallum negare ſervitutem Domino; ſi improbitatem in Vaſſallum commiſerit; nam ex natura feudi fides mutua inter Dominum, & Vaſſallum exigitur, ex eodem *cap. unico in fide forma fidel. in lib. feud.*

4. Jtem in Tranſactionibus, ſi quis cum aliquo tranſegerit ſub conditione, v.g. aliquid ſolvendi elapſo menſe, ni ſolvat Tranſactarius tempore præfixo, poſſe Tranſactorem, elapſo tempore, á tranſactione recedere, & litem infideli movere, ex *l. ſi quis cit.* idem dic de ſimilibus.

5. Ampliatur Primò hæc Regula à Canoniſtis. Ita ut valeat, etiam ſi fides non ſervetur in uno tantum capitulo, v. g. ſi totum non tradatur, ſed una pars pretii tempore determinato, Venditor non tenetur rem venditam tradere. *Barboſ. axiom. 98. n. 8. l. Iulianus §. offerri, ff. de act. empt.*

6. Ampliatur ſecundò; etiam ſi alter recedat à pacto, volendo ſatisfacere per æquipollens ex *Iaſon. conſ. 41. lib. 3.* v. g. ſi velit quis deponere pretium apud Petrum, quod ex pacto

te-

tenebatur deponere apud Paulum.

7. Ampliatur tertiò, ita ut Infidelis nequeat ab altero contrahente exigere aliquid, neque propriam liberationem condicere, ideſt in judicio petere; imò neque ſyngrapham, ſeu paginam conſcriptam ab utroq, contrahente, *l. ſi non C. de jur. & fact. ignor. Facchineus controverſ. jur. lib.2. c.4.*

8. Ampliatur quartò, hæc omnia valent, etiam ſi juramentum interceſſerit; etiam ſi appoſita fuerit clauſula hæc (rato manente pacto) *Barboſ. axiom. cit. n.* 10.

9. Limitatur tamen Regula, quando diſpar eſt utriuſque contrahentis conditio in ætate, v.g. Pupillus ex privilegio non tenetur fidem ſervare alteri contrahenti, ſi abſque Tutoris conſenſu contraxit, ex *l. Iulianus* §. *ſi quis cum Pupillo, ff. de act. empt.*

Tenebitur tamen alter contrahens Pupillo fidem ſervare, quamvis ſibi à Pupillo ratione privilegii fides ſibi non fuerit ſervata, ex *Peckio in ſolut. primæ obiect.*

His omnibus præmiſſis, & præintellectis clara cuique erit Regula in proprio ſenſu.

*Fru-*

*Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem á ſe præſtitam ſervare recuſat.*

# REGULA LXXVI.

## Delictum Perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

## CAPUT UNICUM.

### *Dilucidatio, & exemplificatio Regulæ.*

1. NOmine Perſonæ veniunt in Eccleſia omnes ſuperiores, etiam Summus Pontifex; & in Religionibus quilibet Abbas, Prior, Guardianus &c. imò ipſa Communitas, ſi aliquid in detrimentum Eccleſiæ, vel Monaſterii operetur, ad quod operandum non ſit libera, ſed majori indigeat auctoritate; multò magis nomine Perſonæ intelliguntur ſubditi, & ceteri inferiores Miniſtri. Ratio diſpoſitionis hujus Regulæ eſt; quia ex *Alexand. III. c.2. de*

*de donatio.* Epiſcopus, & quilibet Prælatus Eccleſiaſticarũ rerum eſt procurator, non dominus; ideo conditionem Eccleſiæ meliorare poteſt, facere verò deteriorem non debet. Vnde bene *Layman lib. 3. tract. 2. c. 11. n. 5.* Eccleſia, ait, jure minoris debet ſemper illæſa ſervari, & *l.* 4. *c.* 23. *addit.* Eccleſia pupillo comparatur, cum ſe ipſam defendere non poſſit.

Ex hujus ergo Regulæ diſpoſitione ſtabilitur.

*2.* Fundamentum generale. Ob unius membri, etiam capitis delictum, cujuſcumque ſtatus, ſive Eccleſiaſtici, ſive ſæcularis, non debet gravari, neque puniri Communitas; Probatur ex Regula. Item ex *l. ſancimus 22. de pœnis*, ubi habetur, quod delicta ſuos tenent auctores. Item ratio non patitur, ut alteri per alterum iniqua conditio inferatur, ex *l. non debet alteri, ff. hoc tit.* Item, quia nemo alterius odio prægravari debet, ex *Reg. 12. Iur. in 6.*

Ex hoc fundamento generali.

Reſol. veras eſſe has conſequentias.

*3.* Ergo delictum, etiam ſummi Pontificis, non debet eſſe Eccleſiæ Romanæ detrimento.

4. Ergo non debet Epiſcopatus pati ob alicujus, etiam Epiſcopi, peccatum. Sic res Eccleſiæ cujuſdam Epiſcopi, ex delicto depoſiti, Eccleſiæ redditæ fuerunt, ut habetur in *c. ſi Epiſcopum 16. q. 2.* quia delictum Perſonæ &c.

5. Ergo non debet Ordo Religioſus condemnari, puniri, propter ſuperiorum exorbitantias.

6. Ergo damnum à Præpoſito, Abbate, vel ſubdito alteri illatum, non eſt à Monaſterio reſarciendum, v. g. non teneri Monaſterium de Depoſito, quod Religioſus de licentia Superioris, vel Prælatus apud ſe retinebat cuſtodiendum, ſi pereat, vel deterius fiat. *Barboſa hic citans Molinam t. 2. de juſt. diſput. 525. n. 3. 4. Leſs. lib 2. de juſt. cap. 27.* Secus tamen in caſu, quo Depoſitum ammiſſum, vel deterioratum verſum ſit in utilitatem Monaſterii, vel ex eo factum ſit locupletius.

Ergo tandem ob particularium hominum, etiam Imperatorum, Regum, Principum crimina, non debet puniri Orbis Chriſtianus. Quia vera eſt Regula in ſui diſpoſitione: Quod *Delictum Perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare?*

R E-

# REGVLA LXXVII.

## Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

1. EXemplum primum hujus Regulæ ſit; de filio, qui per hęreditatem ſuccedit in honorem juris Patronatus, ſuccedit etiam in onus defendendi Eccleſiam, illam, cui jus Patronatus eſt annexum.

2. Secundum ſit. Prælatus ſuccedens in honorem Prælaturæ, tenetur ſolvere debita à Prælato anteceſſore in utilitatem Eccleſiæ contracta. Alia exempla inquire apud Auctores.

Cætera hic ſunt applicanda, quæ in *Regula LV.* explicata ſunt.

phemia, Perjurum, Adulterium &c. quia hæc, & ſimilia nunquam poſſunt fieri licita, quia nulla ratione, aut neceſſitate poſſunt cohoneſtari; ſed illicitum ſit, non quia malum intrinſecè, ſed quia prohibitum jure aliquo poſitiuo, ut ſervilia exercere die feſtivo, tempore vetito carnes comedere &c.

3. Secunda, quod ad faciendum licitum id, quod aliàs erat illicitum, non ſufficit quæcumque neceſſitas; ſed ea, quæ verè talis dici poſſit, ſpectatis conditionibus, circunſtantiis, & rei qualitatibus, loci, & temporis.

4. Tertia, quod totum liceat, durante cauſa neceſſitatis. *Dynus n.3.* ex *cap. cum ceſſante cauſa de appellat.* vel evidentis utilitatis, ex *Pechio hic n.5. ampl.1.Strein.ampl.3.* Quia in jure cauſa neceſſitatis, & evidentis utilitatis æquiparantur, ex *c.fin. de Eccleſ. ædific.* Ita *Panorm. in cap. ut ſuper. de reb. Eccleſ. non alienand.* His igitur notatis. ſit

5. Fundamentum generale. Data vera, & legitima neceſſitate, vel evidenti utilitate, ipſis durantibus, multa indifferentia præter le-

gem conceduntur, & mala, quæ ſunt contra legem, ſæpè ſine culpa permittuntur, ſed hæc non debent in conſequentiam trahi. Probatur ex diſpoſitione Regulæ. Ex hoc Fundamento.

6. Reſolves, Nunquam licere homini violare præceptum naturale negativum, prohibens rem intrinſecè malam, ne quidem ob metum mortis: quia neceſſitate aliqua non poteſt cohoneſtari malitia ejus. *Omnes comm.*

7. Ob metum gravem, v. g. mortis, mutilationis, infamiæ &c. nos ſæpè excuſari à præcepto divino poſitivo, & humano: & ſic, ſtante neceſſitate, ſeu periculo, non teneor integrè confiteri &c. poſſum ab excommunicatis cibum quærere, eiſque tali periculo laborantibus neceſſaria ſubminiſtrare: Matrimonium prohibitum in aliquo gradu jure Eccleſiaſtico, poſſum contrahere: non tamen conſumare, quia, cum Matrimonium eſſet irritum, fornicarer, quod eſt malum intrinſecè. *Sanch. de Matrimon. apud Buſemb. lib. 1. tract. 2. cap. 4. dub. 2.* Nec non ex cauſa mortis, vel infamiæ vitandæ, etiam excommunicatus, vel

irre-

irregularis ſecretus, Miſſam poteſt celebrare. *Azor. cit.*

8. Dubium tamen non eſt Præcepta humana aliquando nos obligare etiam cum periculo vitæ, ſi tunc agatur de bono publico conſervando, & de malo communi avertendo, v. gr. Præceptum Ducis factum militi, ne diſcedat ex ſtatione. *Laym. l.* 1. *tract.* 4. *cap.* 14 Sicque obligatur Paſtor tempore peſtis miniſtrare Sacramento infirmis. *Idem.*

Item. Præcepta humana Eccleſiaſtica poſſunt cum eodem periculo nos ligare per accidens, ſi ex violatione præcepti Eccleſiæ violandum eſſet aliquod præceptum Iuris naturalis Divini, aut naturalis negativi, v. g. in odium fidei, vel in damnum, ſeu mortem proximi. *Sanch. Coninch. apud Buſemb. cit.*

9. Item Reſolves, Nos quandoque ex dicto periculo, ſeu neceſſitate excuſari etiam á præcepto affirmativo naturali, v. g. ſervandi Depoſitum, implendi Vota. *Sanch.* 1. *moral. cap.* 18. Vide *Azor. part.* 1. *inſtit. moral. cap.* 11.

His ſimilis caſus reſolves ex Regula: *In argumentum trahi nequeunt, quæ*

*propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.*

# REGULA LXXIX.

## Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.

Ex *l. nemo plus juris, ff. hoc tit.* ex *c. quod autem in fin. de jur. patr.* Hinc Axioma. Nemo dat quod non habet.

## CAP. UNICUM.

*Afferuntur aliqui Caſus, in quibus valet Regula.*

1. PRimus eſt de Feudatario; cui non plus juriſdictionis Dominus tribuit in inveſtitura, quam ipſe habeat, *Surdus conſ. 194. n. 17. Tuſcus lit. D. conſ. 17. Barboſa Axiom. 64. n. 3.* Item defunctus non transfert hæredi majus commodum, quàm ipſe habebat in vita.

2. Secundus de venditore, qui ſi dominium utile habebat, hoc commu-

ni-

nicat Emptori, ſi verò directum, directum tribuit.

3. Tertius de eodem venditore, qui nullum dominium emptori poteſt tribuere de re vendita non ſua, cum illius nullum jus poſſideat, etiam ſi longiſſimo tempore eam poſſederit, & cum bona fide potuiſſet preſcribere; nam ex *Reg.* 2. *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore non præſcribit.* Poterit tamen preſcribere, bona eam emens, ſi poſſideat tempore longiſſimo triginta annorum. *Bonac. de reſt. to.* 2. *pag.* 501. fructus tamen præſcribet tempore uſitato. *Bonac. cit.*

Ceterum videãtur quedam objectiones apud *Dynum, Peckium, & alios hic*, & clarè innoteſcet diſpoſitio Regulæ dicentis, quod: *Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.*

## REGULA LXXX.

### In toto non eſt dubium partem contineri.

1. HVic Regulæ conſonat 35. & quæ ibi dicta ſunt, hic applicari poſſunt. Hic ſolum notabo

plures eſſe ſpecies totius apud Iuriſtas.
Totum autem ut ſic,ut præſcindit à ſuis ſpeciebus,eſt dictio quædam univerſalis ſignificans totalitatem, ideſt conjũctionẽ plurium in ordine ad unum aliquo modo componendum, ſeu conſtituendũ,ex *l.ſi mihi Mævia verſ.his verbis ff.de leg. Corneus conſ.45. nu. 11. vol.3. Barboſa in axiom. diction.*407. *in initio.*

2. Pars verò eſt quædam portio, quæ ſimul cum aliis conſtituit ſuum totum: & tot ſunt ſpecies partiũ, quot ſunt ſpecies totius ab ipſis conſtituti.

3. Totum, aliud eſt numerale, quod in unitatibus conſiſtit, ut Binarium, Ternarium. Aliud integrale, quod & legale dicitur, & eſt ex multis partibus integratum,ut Domus ex parietibus, tecto &c. Totus fundus ex arboribus, vineis, hortis &c. Aliud eſt totum phyſicum conſtans ex partibus realiter ab ipſo toto diſtinctis, ſicut mixta ex materia, & forma ſubſtantiali. Item viventia, & animalia ex anima, & corpore. Datur etiam totum Metaphyſicum conſtans ex genere, & differentia. V.G. Homo conſtans ex animalitate, quæ eſt genus, & rationalitate, quæ eſt differentia.

ſpe-

ſpecifica. Genus autem eſt quid totum, & dividitur in ſuas ſpecies, tanquam in partes ſubiectivas, quatenus de illis, ut quid totum genus prædicatur, in quo ipſæ partes non actu, ſed potentia continentur modo in philoſophia explicato.

De omni igitur toto, excepto metaphyſico, ſenſum dat Regula præſens; *In toto non eſt dubium partem contineri.*

## REGULA LXXXI.

### In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

Hæc Regula videtur huc traducta ex *c. fin. de offic. Vicarii lib. 6.* & ex *c. 2. de pænit. & remiſſ. eod. lib.*

## CAP. UNICUM.

*Quando poſſit cognoſci veriſimilis intentio concedentis ſub generali conceſſione velle, aut non rem aliquam ſpecialem concedere?*

1. PRima Regula generalis. In generali conceſſione ali-

 quod

quod ſpeciale non includitur, quando hoc poſſit eſſe in prejudicium tertii, aut ſequatur injuſtitia contra tertium; nam hoc non preſumitur in Principe concedente, *l.nulla juris ratio,ff. de leg. Azor.to.1.lib.5. c.16. q.9. Salas hoc tractat.diſp.21.ſect.3. num.4.* Ex hac Regula.

2. Reſolves, in generali legitimatione, illegitimum non intelligi legitimatum quò ad ſucceſſionem feudalem, niſi in Reſcripto fiat de hoc mentio particularis, ne filiis legitimis cedat in prejudicium. Sic ſtatuitur in jure, *cap. Naturales ſi de feud. fuer. controv.*

3. Item; In generali facultate conceſſa ab Epiſcopo ſuo Vicario generali, non comprehendi ea, quæ pertinent ad munus Epiſcopale, etiam ſi ejus Vicarius ſit Epiſcopus alterius Dieceſis: & ſic non poterit in Dieceſi, ubi eſt Vicarius, ordines conferre, benedicere, aut Eccleſiam reconciliare, nec beneficia conferre. Ratio eſt, quia hoc eſſet in prejudicium auctoritatis, & Iuriſdictionis Epiſcopi concedentis. *Rebuff. in prax. tit. de Vicar. Franciſcus Leo in theſaur. for.*

*Ec-*

*Eccleſ. part.* 1. *cap.* 10. *Azor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *quæſit.* 9. *& c.* 56. *quæſit.* 1.

4. Regula ſecunda. Non includitur res ſpecialis in conceſſione generali, quando eſt de illis, quæ improbantur à jure. Ex hac Regula.

5. Reſolves, facultatem Communitati à Principe conceſſam condendi ſtatuta, non comprehendi ſub hac generalitate facultatem condendi ſtatuta contraria juri communi.

6. Regula Tertia. Non præſumuntur conceſſi Caſus, qui juxta ſtylum curiæ, vel conſuetudinem non ſolent concedi ſub verbis generalibus, quamvis proprietas verborum videatur illos comprehendere; nam proprietas reſtringitur à contrario uſu. *Barboſ. de clauſ. uſu frequen. clauſ.* 35. & *de officio, & poteſtate Epiſcop. allegat.* 54. *num.* 89. ex *cap. generaliter in* 6. & maximè, quando res particularis non conceditur ordinariè cum facultate conceſſa verbis generalibus, ut potè una ab alia diſtincta; neque una alteri eſt acceſſoria. Ex hac Regula tertia.

7. Re-

7. Reſolves, in generali facultate abſolvendi à Cenſuris, & diſpenſandi in irregularitate, non includi irregularitatem, quæ contrahitur ex defectu lenitatis, vel ex indecentia; neque mixtam, quæ eſt virtualiter duplex, nempe tum ex defectu, tum ex delicto, & præſertim ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, quæ ex ſua gravitate non venit ſub generali conceſſione. Vide *Gibellin. de irregularit. c. 69. citat. Homobon. de Exam. Eccleſ. part. 1. t. 5. c. 6. q. 36.*

Item. In generali facultate conceſſa alicui ab Epiſcopo, vel alio Prælato eligendi ſibi quemcunq; Sacerdotem in Confeſſarium, certó tene non comprehendi licentiam, ut ab illo abſolvatur à reſervatis, niſi fiat ſpecialis mentio de reſervatis, vel clauſula de hoc particularis apponatur. Probatur ex ratione jam dicta in Regula tertia; & inſuper, quia licentia de eligendo Confeſſario eſt diſtincta à facultate abſolvendi à reſervatis, neque iſta eſt illi acceſſoria. Sic ſtatuitur ex *cap. 2. de pœnit. & remiſs. in 6.* Vide *Barboſ. citat. Azor. citat.* & explicatius dabunt

tibi

tibi Regulæ notitiam, quomodo, & quando: *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

# REGULA LXXXII.

## Qui contra jura mercatur bonam fidem præſumitur non habere.

Ex *l. quemadmodum* 7. *in fin. C. de agricol. & cenſitis.*

## CAPUT UNICUM.

*Adducitur convenientia diſpoſitionis hujus Regulæ, cum ipſius ampliationibus, & limitationibus.*

1. CVm unuſquiſque ordinariè præſumatur bonus, ad inducendam contra eum contrariam præſumptionem malæ fidei, ideſt malæ conſcientiæ, plura, & efficacia indicia requiruntur, ex quibus ejus mala fides indubitatè colligatur, & de ea Iudex ſuaderi poſſit, quæ, & qualia ſint, vide *Menoch. lib.* 5. *de*

*de præſumpt. præſumpt.* 130. *num.* 33.

2. Maximum certè indicium eſt; quod quis in emptione mala fide procedat, ſi quid emat cõtra jura prohibentia, imò talem emptionẽ irritantia; Ratio eſt, quia cum unuſquiſque teneatur ſe legibus conformare, præſumitur non ignorare jus, vel ſaltem peritiores antea potuiſſe conſulere: unde neceſſariò præſumitur eum mala conſcientia mercari, & in hac efficaci ratione fundata præſens Regula malam fidem præſumit in eo, qui contra præſcriptum legis mercatur, ex *c.* 1. *de conſtit.*

3. Hæc Regula ampliatur primò; Non ſolum præſumitur mala fides in eo, qui agit contra jus naturæ, verùm etiam contra jus humanum. *Peckius hic ampl.* 1. *Strein. ampliat.* 1. imò contra ſtatuta, & conſuetudines, & ſi ignorantia allegetur, probanda eſt, aliter fides mala præſumitur.

4. Ampliatur ſecundò; Etiam præſumitur mala fides in præſcriptione, & uſucapione, v. grat. contrahere cum Pupillo ſine Tutoris auctoritate, quod prohibetur à lege, etiam

ſi

ſi adſit legis ignorantia, ita ut contrahens non poſſit præſcribere, quia mala fides præſumitur, *l. nunquam ff. de uſucap.* Ratio eſt, quia ignorantia juris circa tituli, ſeu contractus validitatem, malam fidem inducit in uſucapionibus longi temporis; ſecus verò, ſi quis contraheret cum Pupillo ſine Tutoris auctoritate cum ignorantia facti, ideſt putans eum eſſe puberem; nam tunc poſſet uſucapere *l. 2. §. ſi á Pupillo, ff. pro emptore*. Currit enim in hoc Regula illa juris. *Ignorantia facti, non juris excuſat.*

5. Ampliatur tertiò, Neque poteſt præſcribere, qui emit aliquid, putans talem emptionem eſſe contra jus, cum revera non ſit, ex *l. ſi fur §. ſi quis ff. de uſucap.* & *cap. fin. de præſcript.* & hoc valet non ſolum in foro civili, ſed & in canonico, & in foro conſcientiæ. Concluditur ergo præſcribentem, in nulla temporis parte debere habere rei alienæ malam conſcientiam, ſed in omnibus bona fide procedat; quæ quidem bona fides in foro conſcientiæ in hac, & cæteris materiis probatur per ignorantiam invincibilem; cum quis

in

in actu operante habuit ignorantiam, ſeu inadvertentiam inculpabilem, vel non tenebatur ſcire, & ſi tenebatur, non potuit ſcire: ſic à contrario ſenſu probatur mala fides, ſcilicet per ignorantiam vincibilem, quæ in foro conſcientiæ probatur, quando quis ſciens, & volens, vel ignorans vincibiliter, ideſt, quia tenebatur, & poterat ſcire leges, nihilominus ignorans contra eas operatus eſt. Quando verò, & in quibus caſibus detur ignorantia vincibilis, vel non; Vide *Reg.* XIII. *cap. 2. á fundam.* 1. *ad fin. cap.*

6. Limitatur tamen Regula primò; Ita ut mala fides non præſumatur in Ruſtico, Puero, Muliere, qui ratione ſtatus non tenentur, neque poſſunt ſcire prohibitiones particulares contractuum, quos ineunt. *Pariſius in cap. ſi diligenti de praſcript. Menoch. de praſumpt. lib. 3. praſumpt.* 130.

7. Limitatur ſecundò, Neque præſumitur mala fides in contrahente contra jus dubium, & non certum; non enim fit contra jus, ſi jus certò non ſubſiſtit.

8. Li-

8. Limitatur tertiò, neque in contractu jure vetito, ſi in ipſo juſtum intercesſerit pretium; nam dolus præſumitur ex injuſto lucro emptoris; ergò ſi emptor juſtè in pretio proceſſit, mala in illo fides non præſumitur. *Pariſ. conſ.13. n.60. Menoch. loc.cit.* Sic eſt Regula exponenda, eam ampliando, ac reſtringendo, & tunc manifeſtè cuilibet patebit germanus ſenſus, quomodo; *Qui contra jura mercatur, bonam fidem non præſumatur habere.*

## REGULA LXXXIII.

### Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur.

Ex *l. Bona fides 57. ff. de reg. jur.*

Conſonum eſt juri naturali, quod id ſemel ſolutum, iterum non repetatur, ne quis locupletetur cum alterius detrimento, vel injuria, ex *l. jure naturæ 206. ff. hoc tit.* nam ſolutione tollitur obligatio. *Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* ſive per ſe à debitore, ſive per alium, ſive in judicio, ſive ex-

extra, ſive per compenſationem, ſive per ceſſionem in ſolutum, jam acceptatii, aut quomodocunq; debitum ſit extinctum, Regula currit. *Streinius, Peckius, Tiraquell. de retract. lig. §. 29. gloſ. 4. num. 13. Afflictus deciſ. 150. num. 19.* & de hac ſatis, cum ex ſe manifeſtè pateat, quod, *Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur.*

# REGULA LXXXIV.

**Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti.**

Hoc idem decernitur in *l. eam qua C. ſi mancipium.*

## CAP. UNICUM.

*Explicatur diſpoſitio Regulæ, & in quibus caſibus verificetur.*

1. NE fraudetur mens Legislatoris, rationabiliter in Regula ſtatutum eſt, ne id, quod una

una via vetitum eſt, aliis viis, aut ſub velamine aliquo debeat tentari, & obtineri; ſed quia duplicem ſenſum poteſt quis ex Regula inferre, ideo eam ſic explico diſtinguendo. Aliud eſt rem prohiberi, & aliud viam hanc particularem, per quam res poteſt obtineri: Si res ipſa prohibetur, nulla via poterit haberi: ſi non prohibeatur res ipſa, ſed via hæc particularis, hac via res obtineri non poterit, alia tamen poterit. Exemplum. Prohibetur homini ad Beneficium Eccleſiaſticum via Simoniæ pervenire, legitima tamen, & canonica inſtitutione poteſt admitti.

2. Item aliqua prohibentur abſolutè, univerſaliter, & manente cauſa perpetua prohibitionis, & tunc omnis via recluditur ad illa conſequenda, & omne id prohibetur, per quod immediatè pervenitur ad illa.

Aliqua tamen prohibentur non abſolutè, univerſaliter, ſed propter aliquod impedimentum, ſeu propter cauſam ad tempus, & tunc non prohibetur omnis via, ut in exemplo de Beneficio, quod propter defectum Simoniæ, & tali via non poteſt obtineri, alia tamen licita poteſt haberi; cum ipſius impedi-

dimentum ſit temporale, quo remoto, pervenitur ad illa; neque in tali caſu prohibetur omne id, per quod pervenitur ad illa, v. g. Matrimonium prohibetur ex cauſa, & defectu ætatis inter impuberes, ſed quia ſimpliciter, & univerſaliter non prohibetur, ſed ex cauſa temporali; quæ tractu temporis tollitur, ideo non prohibentur ſponſalia inter eos, per quæ pervenitur ad Matrimonium. Vide *Reg. 39. fundam. ſecund. n. 7.* 8. His benè intellectis, ſit

3. Fundamentum generale. Cum aliquid abſolutè, univerſaliter, & manente cauſa perpetua prohibetur, ſimiliter omnis via, & omne id, per quod immediatè pervenitur ad illud, prohibetur. Secus, ſi prohibeatur via, ſeu modus particularis illud obtinendi; vel ſi prohibeatur res non ſimpliciter, & abſolutè, ſed durante cauſa, vel motivo temporali. Ex hoc fundament.

4. Reſolves, Patrem non poſſe adminiſtrare, ut Curatorem bona à Matre filiis relicta, ſi ipſa in Teſtamento prohibeat, ne Pater tanquam Pater ea adminiſtret, volens filios eſſe emancipatos. Ex *l. ſcire oportet* §. *ſi mater*, *ff.*

*de*

*de curator. & tutor. datis ab his*; Ratio eſt, quia prohibetur abſolutè Patri adminiſtrare bona filiis à Matre relicta, ſtante cauſa perpetua prohibitionis, quæ eſt emancipatio, ideſt relaxatio à patria poteſtate; ergo ad id neque via Curatoris debet admitti.

5. Item reſol. in fraudem legis ex Senatus Conſulto Macedoniano facere eum, qui filio familias daret pretio æſtimabilia, ut oleum, vinum &c. loco mutui, ut iis venditis pecunia utatur, cum in ipſa lege prohibeatur cuique pecuniam creditam dare filio familias. Ex *l. ſed Iulianus §. mutui ff. Senat. C. Macedon* nam abſolutè interdicitur pecunia credita danda filiis familias; ergo cuicunque clauditur omnis via iis mutuandi; & quamvis cauſa prohibitionis non ſit perpetua, cum poſſit tolli per emancipationem, nihilominus prohibetur mutuatio in alia ſpecie, quia per eam immediatè pervenitur ad rem prohibitam, nempe ad creditam pecuniam in fraudem legislatoris.

6. Neque dicas. Matrimonium prohibetur inter impuberes, durante cauſa temporali impubertatis, & tamen conceduntur ſponſalia inter eos, quæ

eſt

eſt via, per quam pervenitur ad Matrimonium; ergo etiam licebit dare filiis familias pretio æſtimabilia, per quæ pervenitur ad pecuniam mutuatã; nam & in hoc caſu motivum prohibitionis eſt temporale, non perpetuum.

Reſp. negando conſequentiam; quia in utroque caſu, & ſi cauſa ſit temporalis, nihilominus in quacumque materia mutuetur filiis familias, ſemper mens Legislatoris defraudatur, cum per id mutuatum perveniatur immediate ad rem prohibitam, ſcilicet ad numeratam pecuniam, de qua non poteſt à filio familias fieri compenſatio; quod non poteſt dici de Matrimonio, ad quod immediatê non pervenitur per ſponſalia impuberum, ſed tempore pubertatis, & ſic nulla adeſt fraus legis, & prohibitio nulla.

7. Item Reſol. Epiſcopum, vel Beneficiarium electum, ante confirmationem non poſſe indirectè bona Eccleſiæ adminiſtrare, ut Procurator, ſeu Æconomus, neque ſub alio colore, quia ſibi directè, & abſolutè prohibetur in *cap. avaritiæ de elect. in 6.* ſub pœna etiam privatio-

tionis omnis juris acquiſiti, ſi tamen ex parte electi adſit fraus, vel dolus; ſecus tamen ſi bona fide procedit, ut in *d.cap.avaritia* habetur; nam inſtitutio etiam nulla ex errore facti excuſat ab illius pęna. *Barboſ.in d.cap.nu.3. Robuſterio*. Neque intelligitur de proviſionibus Apoſtolicis, quæ unico actu expediuntur; quia in eis electio, & confirmatio ſimul reperiuntur: *Barboſ. loc. citat. numer.4. ubi plures*:

8. Item Reſol. ex eodem fundamento, ſi relinquatur Petro à Cajo legatum, rogans eum, ut emancipet filium ſuum Paulum, quamvis non poſſit filius petere emancipationem à Patre, qui legatum agnovit, poteſt tamen alia via, nempe Judicis officio eam petere, *l. ſi cui, ff. de cond. & demonſtrat. Dynus hic num.3*. Ratio eſt, quia hoc non prohibetur abſolutè, & univerſaliter, ſed ratione legati Patri relicti; vel dicito, non prohiberi filio petere emancipationem, ſed prohiberi hanc viam emancipationis, quia ſcilicet Pater legatum agnovit, ut emanciparet filium ſuum;

Z igi-

igitur ex fundamento ſi filius emancipationem hac via non poteſt petere, ad hanc via Iudicis admittetur: & in hoc caſu non valet Regula.

9. Item Reſol. non valere Regulam, quando uni duplici jure defertur hęreditas; ſi una via ad eam obtinendam claudatur, poterit ad illam altera non impedita tranſire. *Text. in l. ſuum haredem C. de jur. deliber.*

10. Item Reſol. fallere Regulam, quando quis directè prohibetur jus dicere ſuper una cauſa, nam tunc poterit indirectè judicare de illa propter congruam rationem á jure adductam, nempe, ne continentia cauſæ dividatur, neve partes coram diverſis Iudicibus litigare cogantur cum ingenti ſumptuum jactura, *l. nulli C. de judiciis*, & *cap. pen. de reſt. in integr.* v.g. Iudex Eccleſiaſticus, qui aliàs de dotis cognitione eſt Iudex incompetens, ſi principaliter de cauſa matrimoniali cognoſcat, poterit etiam de dotis cauſa judicare, tanquam de ejus acceſſorio, cum Matrimonium, & dos inſeparabiliter procedant. Vide *Reg. 42. reſolut.* 8. *cap. 2. n. 15.*

Ra-

Ratio eſt; quia prohibitio abſoluta facta Iudici, ne jus dicat in hac cauſa particulari, non tollit ab ipſo jus cognoſcendi in alia, in qua judicando directè, poteſt etiam ex juris beneficio de illa vetita, tanquam de ejus acceſſorio cognoſcere, ut probat *Barboſ. ex Canon. quodam allato in Collect: cap. de prud. de donat. inter vir. & uxor. in cit. Reg.* 42.

11. Item Reſol. limitari Regulam in prohibitione abſoluta, & univerſali facta Prælatis, & Beneficiariis in *cap. ad hæc*; & *cap. relatum de Teſtam.* ne poſſint teſtari de bonis Eccleſiaſticis, nam poſſunt teſtari de bonis, quæ ſubduxerunt ipſorum congruæ ſubſtentationi; quia hoc non eſt contra legem, quæ loquitur ſolum de bonis Eccleſiæ, non autem de bonis acquiſitis ab ipſo Beneficiato, ut ſunt ea, quæ ipſe propriæ ſubſtentationi ſubtraxit, utpote ſtipendium ſuſtentationis, & operis præſtiti. Tum quia ſunt Domini Beneficiarii ſuorum proventuum, cum ex *Trid. ſeſs.* 24. *c.* 12. faciant fructus ſuos. Vide *Leſs. lib.* 2. *de juſtit. cap.* 19. *dub.* 4. *Mol. tom.* 2. *de juſt. Bonac. var. quæſt. diſp.* 4 *p.* 3. *n.* 4. *Barboſ. de jur. Eccl.*

*lib.3.c.17.nu.77.* Bene ergo conſidera Fundamentum traditum, & clara erit Regula: *Cum quid una via prohibetur &c.*

# REGULA LXXXV.

## Contractus ex conventione legem accipiunt.

Ex *l.contractus, ff. hoc tit.* & *l.1.§.ſi conveniat, ff. depoſ.*

## CAPUT UNICUM.

*Senſus Regulæ explicatur.*

1. NOtanter in hac Regula dicitur, Contractum ex vi conventionis accipere rationem legis, quia ex partium, ſeu contrahentium pacto formam determinatam ſortitur; nam conventio non eſt niſi pactum initum inter contrahentes, & dicitur pars contractus ex *l.juris gentium §. quinimò, ff. de pactis*; & quia contractus, & conventio ad eandem rem tendunt, de qua contra-

trahitur, idcircò utriuſque eſt idem jus, & lęſa una parte, & altera cenſetur læſa, *l.ſi duorum, ff.de act.empt.*

2. Ex hac Regula efficitur, quod, & ſi ex natura contractus aliter eveniret obligatio; ex vi conventionis, tanquam ex lege, major, vel minor obligatio deducitur, ſi ita conventum ſit. Exemplum ſit. Depoſitarius ex natura contractus teneretur tantum de dolo, & lata culpa, quæ dolus præſumptus dicitur, ex *l. quod Nerva* 31. *ff. depoſiti*, juſtè nihilominus poſſet teneri, & conveniri de omni culpa, etiam de caſu fortuito, ſi ita conventum eſſet, *d. l. §. ſi conveniat. ff. eo.* Quod & in cęteris contractibus ratione conventionis eveniret: Siquidem [ut Regula docet] *Contractus ex conventionem legem accipiunt.*

# REGULA LXXXVI.

## Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare.

## CAPUT UNICUM.

*Deducitur ex Regula Fundamentum generale, ex quo plures reſolvuntur Caſus, in quibus dicta Regula currit.*

1. COnſonat præſenti Regulę *lex illa* 204. *quod quis, ff. de reg. jur.* *ubi eleganter Pomponius*: *Quod (inquit) ex culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire*; hoc tamen non eſt intelligendum in ſenſu grammaticali, & compoſito, ſed juris interpretatione: quatenus jus non patrocinatur damno à culpa procedenti, ideoque damnum ipſi Reo, non alteri vult imputandum. Vnde rectè *Iuſtinianus*. *Qui parum diligentem ſocium ſibi aſſumit, de ſe queri, hoc eſt, ſibi imputare debet* §.*fin.*

§.*fin Inſtit.de ſociet.* Cui *Ulpianus* reſpondit : *Stari autem debet ſententiæ Arbitri, quam de re dixerit, ſive æqua ſive iniqua ſit, & ſibi imputet qui compromiſit l. diem* 27. §. *Stari ff. de recept. arb.* ſit igitur

2. Fundamentum generale. Damnum, quod quis ſua culpa, aut cauſa, aut voluntate ſentit, ſibi debet, non aliis imputare: Probatur ex Regula.

Ex hoc fundamento.

3. Reſolves, Hanc Regulam valere primò in Contractibus, in quibus, ſi quis damnum patiatur, ex eo quod ſocium parum diligentem elegerit, non alteri, ſed ſibi ipſi hoc imputet, §.*fin.Inſtit.de ſociet.*

4. Valere ſecundò in Teſtamentis, ita ut teneatur ille ultra hęreditatis vires, ſi minus cautè, & abſque beneficio Inventarii adierit damnoſam hęreditatem, & damnum aliquod paſſus ſit: nam ſuæ ſtultitiæ id imputet, *l. fin. C. de jur. deliber.*

5. Valere tertiò in judiciis, ut ſi quis iniquam ſententiam reportet à Iudice, á ſe in Arbitrum electo, ſibi imputet, qui malam fecit electionem, *l. diem ſtare, ff. de recept. Arbitris.*

8. Valere quartò in delictis, & pęnis : Sic non datur locus Procuratori recuperandi, ſeu repetendi à Domino pœnam pecuniariam, pro ſuo delicto ſolutam, *l. qui proprio §. item de procur.* Nec Fidejuſſor poteſt recuperare uſuras à principali debitore, pro quo eas ſolvit, ad quas ex vi contractus fidejuſſionis non tenebatur, quia neque ad eas tenebatur Principalis; igitur ſuum eſt damnum, quod ſua voluntate ſentit. *Strein. hic. Peckius à n.2.*

7. Valere quintò non ſolum de damno ex culpa, ſed etiam de crimine, de quo aliquando poteſt eſſe qui ex culpa ſuſpectus, v.g. Hæres, vel Tutor, ſi & eo quod non fecerint inventarium, patiantur damnum, & aliquando ad culpam poſſet hic defectus illis imputari, *§. ſi verò non fecerint Auth. de hæred. & Falcid. l. Tutor qui, ff. de adminiſtr. tutor.*

8. Quæcumque dicta ſunt de damno poſitivo, quod quis patitur, hæc de damno etiam negativo eſt philoſophandum, v.g. ſi contra Communitatem currat præſcriptio, legata renuantur &c. hoc damnum negativum ſibi imputet Communitas, non

alii;

alii; id enim ipſa moraliter fecit, quod nomine ſuo factum eſt.

Cęterum de ſimilibus idem ſtatuatur Iudicium pro foro externo, cui ſtandum eſt, exceptis caſibus, in quibus agitur de obligatione compenſandi, & reſtituendi, quæ nunquam inſurgit, ut ſępius dictum eſt, niſi ex culpa theologica gravi. Maneat ergo in ſenſu explicato Reg. firma: *Damnũ, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, nõ aliis imputare.*

# REGULA LXXXVII.

## Infamibus non pateant portæ dignitatum.

### CAP. I.

*Quid, & quotuplex ſit Infamia, & quare à dignitatibus excludat.*

HAnc materiam fusé pertractant Canoniſtæ in tractatibus de Irregularitate, de Beneficiis, & alibi; hic pauca pro ſcitu Regulę examinabo.

1. Infamia eſt læſę dignitatis ſtatus legibus, & moribus reprobatus. Ita *Barthol. ad l. P. ff. ex quibus cauſis infamia irrogat.* & *ex Sanch. tom. 5. in 3. part. dub. 4.*

eſt quædam bonæ famæ privatio, ſeu diminutio, ſicuti bona fama eſt illęſæ dignitatis ſtatus vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, *l. cognitionem, ff. de var. extraord. crim.*

2. Infamia duplex, Iuris, & facti: Ea eſt, quæ ipſo jure, vel per ſententiam irrogatur in criminibus ſtatutis à jure, ut Reus per talia delicta infamis exiſtat, *l. prima 2.3. ff. de his, qui not. infam.* Iſta facti eſt, quæ apud viros probos, & graves ipſo facto privat operantem bona fama ratione alicujus pravæ actionis: ſeu eſt diminutio bonæ famæ ipſo facto apud viros probos ex malæ operatione, de hac agitur in *cap. licet de probat.* Vide *Sanch. de condit. infam. facti in d. cap. 3. dub. 4.*

3. Infamis igitur ex præſentis Regulæ diſpoſitione excluditur (quacunque infamia infamis ſit) à dignitatibus, quæ non ſolum ſtrictè juriſdictionem important, verum etiam á dignitate, quæ largé excellentiam, & honorem aliquem adnectit.

4. Ratio autem quare Infames repellantur à dignitatibus, inter alias placet aſſignata à *Caramuele to. Theolog. moral. fundam. pag. 294. v. in*

*hac*

*hac Reg.* & eſt, quia ſi infames non arcerentur ab honoribus, per tales promotiones non tam honor exhiberetur infamibus, quam infamia irrogaretur honoribus. Sit ergo ſenſus, Infames à dignitatibus excluduntur, ne dignitates vileſcant.

## C A P. II.

### *Afferuntur aliqui effectus Infamiæ, ſeu ampliationes hujus diſpoſitionis.*

5. IN *l.unic. C. de infam.* & *in l. 2. C. de dignitat.* repelluntur principaliter à dignitatibus tum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus. Vide *Sanch.l.6.conſ.c.3.dub.5.*

6. Ampliatur Regula, ut non ſolum privet dignitatibus obtinendis, verum etiam jam obtentis, ſed hoc intelligendum eſt de infamia juris, non facti, quem & ſi reddat infamem incapacem, non tamen eum ſpoliat dignitatibus jam obtentis. *Sylveſter, Angelus in ſumm.* Probabilius tamen requiritur Iudicis ſententia, declarans infamem reum eſſe talis delicti, cui eſt

annexa pęna privationis, & tunc ſpoliatur dignitatibus jam obtentis, non tamen eſt ante ſententiam ipſo jure privatus. Ita *Sanch.ſupra cit. Caſtro. lib.2. de juſta hæret.punit.cap.9.*

Probatur ex *c.ad abſolvendum §.præſenti de Hæret.* ubi Textus ſic loquitur. (Totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa denudetur, ideſt, Hæreticus) ergo debet denudari; ergo non eſt ipſo jure ſpoliatus. Ita *Barboſa in hac Reg.n.5.*

7. Ampliatur etiam, quia repellitur infamis ab Accuſatione, Poſtulatione, & Teſtificatione in criminalibus, & gravioribus. Item ab officio Tutoris legitimi, vel dativi, non autem Teſtamentarii. *Sanch.loco cit.*

8. Extenditur etiam, ut non ſolum infamis habeatur in loco ubi fuit infamia contracta, ſed ubiq; *Bart.in l.ex eo. ff.de poſtul.Caſtro in l.1. ff.de his qui not. infam.* ad inſtar lepræ, quæ ubique afficit leproſum.

9. Item extenditur, itaut habeat infamia ſuum effectum non ſolum poſt crimen, verum etiam poſt pęnitentiam: ſic poſt pęnitentiam infamis non poterit eſſe teſtis idoneus in judicio, *cap.teſtimonium 54.de Teſtibus*, niſi quando de-

delictum eſſet difficilis probationis, & deeſſent alii Teſtes. Hoc tamen intelligitur de infamia iuris, nam infamia facti tollitur per pęnitentiam, ſi infamis per triennium bene vixerit. Vide *Aſcan.Tamb.de jur.Abbat.tom.1. diſput.5.q.20.n.6.* Vide *Reg.*8.*cap.n.*1.

10. Extenditur tandem, ut neque poſſit infamis teſtari ea, quæ vidit ante infamiam contractam. Ratio eſt quia facit tempus præſens, non præteritum, quo infami actuali fides non præſtetur de præterito, neque de præſenti.

Igitur Regula præſens ad hæc omnia, in opprobrium infamiæ rationabiliter ſe extendit, deque iis omnibus eſt intelligenda, quando apertè clamat: *Infamibus portæ non pateant dignitatum.*

RE-

# REGULA LXXXVIII.

Certum eſt, quod is committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.

## CAP. I.

*Explanatur germanus, & verus ſenſus præſentis Regulæ.*

1. HOc idem habetur in *l. non dubium C. de leg.* & rationabiliter de eodem ſtatuitur in Regula utraque, quia ſenſus, & mens legislatoris magis, quam verba ſunt attendenda: Scire enim leges non eſt verba earum tenere, ſed earum, ex voluntate legislatoris, cognoſcere vim, & poteſtatem, *l. ſcire 17. ff. de leg. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 4. num. 56. Sanch. l. 8. de matrim. diſp.* 1. *num.* 11.

2. Caſu tamen, quo mens legislatoris eſſet equivoca, vel obſcura: tali ſenſu eſt interpretanda, qui vitio-

ca-

careat; v. g. ne ex tali explicatione ſequatur aliquod abſurdum, ne ſit occaſio delinquendi, ne quis cum aliena jactura locupletetur, & ne tandem communis uſus loquendi violetur. *Caſtrenſis in l.ſcire cit.*

*3.* Notandum eſt etiam, aliud eſſe, contra legem agere, & aliud, in legem committere, ſeu fraudem legi ſtruere: primum enim ſignificat actionem aperté contra legem prohibentem, *l. contra.ff.de leg.* Secundum verò, denotat obſervantiam legis ſecundum verba, ſed non ſecundum mentem legislatoris, id faciendo, quod lex fieri noluit, ſed non vetuit, *l. fraus ff. de leg.* Regula tamen in utroque ſenſu eſt intelligenda, quia in utroque caſu delinquens pęnam meretur. Vide *Barbatium, & Felinum in cap. cauſam, quæ de reſcript.* quos citant *Peckius*, & *Streinius hic ampl.2.*

4. Septem igitur modis poteſt quis fraudem committere in legem. Primus eſt de re ad rem, v.g. eſt prohibita extractio frumenti, ne ſtatus penuriet, ſi quis extrahat farinam, utique contra legem faceret ex probabiliſſima ſententia: quia etſi lex

in

in odioſis non ſe extendat de caſu ad caſum neque propter identitatem rationis, extenditur tamen, quando lex eſſet inanis, & fruſtratoria, ut in caſu præſenti, cum per extractionem farinæ ita bene poſſet Status, & Territorium affici penuria; imò in rigore ſermonis farina non eſt niſi frumentum molitum, cum nulla ipſi adveniat alteratio. Vide *Reg.XV. numer.* 10. *&* 4.

5. Secundus eſt de perſona ad perſonam; quando quis per aliam perſonam facit, quod per ſe facere prohibetur. Vide *Reg.* LXVII. *& Reg.* LXXII.

6. Tertius eſt de uno contractu ad alium diverſum contractum. Vt cum Maritus, qui donationem Vxori ſuæ facere nequit, ei res ſuas vendit, & pretium remittit: tunc enim fraudem legi faceret, quatenus ſub palliato venditionis colore verè donationem faceret, à lege prohibiram. Vide exemplum *Reg.*LXXXIV. *n.*4.

7. Quartus eſt de eodem contractu ad eundem contractum, v.g. Mulier per legem Senatus Conſulti Vellejani, factam à Vellejo Conſule, non po-

poteſt pro alio fidejubere, ita ut ſi fidejubeat, adverſus ſuam propriam fidejuſſionem beneficio Senatus Conſulti Vellejani juvetur, ſi autem in eodem contractu fingat ſe non acceſſorié, ſed principaliter, & directè obligare, in legem utiq; committeret, & eandem legem violaret, *l. quamvis §. cum eſſet ff. ad S.C. Vellejan.*

8. Quintus eſt de loco ad locum, v.g. ſi Ancilla vendatur cum pacto ne ipſa proſtituatur, non poterit in Taberna conſignari, ut ibi fictè miniſtret, & tali occaſione proſtituatur, *l. fin. C. ſi mancipium veneat.*

9. Sextus eſt de tempore ad tempus, v.g. ſi formetur proceſſus contra minorem, & ſententia feratur contra majorem, hoc eſſet fraudem contra legem committere, prohibentem contra talem ætatem ſententiam ferre. *Peckius hic num. 3.*

10. Septimus tandem eſt de nomine ad nomen, v.g. Prælatus, vel Beneficiarius, qui cum non poſſit adminiſtrare poſt electionem, niſi prius ſit confirmatus, in fraudem legis facit, ſi ſub quæſito colore Æconomi adminiſtret; hoc enim illi prohibetur per

*Text.*

*Text. cap. Avaritiæ de elect. in 6.* Vide *Reg.* LXXXIV. *n.* 7.

## C A P. II.

### *Utrum in legem committat, qui ſcienter contra legem non adhuc promulgatam aliquid operatur?*

11. EXemplum ſit de eo, qui ſcit jam publicandam legem, v. g. de Frumenti pretio minuendo, attamen ante legis promulgationem pretio majore currenti frumentum vendidit; vel qui ſcit pretium monetæ intra paucos dies minuendum, debita ſolvit ante promulgationem in ea moneta, quæ prius magis valebat?

12. Quò ad Forum externum, nulla eſt dubitatio hoc fieri poſſe ſine fraude legis; nam lex ad ſui valorem præexigit debitam promulgationem, ut formam ipſius, ex *l. leges, C. de leg. Bonac. de leg. diſp. 1. quæſt. 1. p. 4. nu.* 10. *Salas, aliique.*

13. De Foro interno contendunt aliqui; ſed probabilius hoc ſine legis fraude, & ſine iniuſtitia fieri poſſe dicen-

cendum eſt. Ratio eſt, quia tunc nulla fit iniuſtitia, quando res tanti venditur, quanti valet; ſed in caſu propoſito res tanti venditur, quanti valet; nam venditur pretio currenti; ergo nulla fraus contra legem, & nulla injuſtitia. Nec ſcientia privata debet ſcienti obeſſe, neque Conſiliariis, neque Principi, qui lege condendæ interfuerunt; niſi malitioſæ tibi revelent Conſiliarii muneribus corrupti; nam tunc illicitè ageres, vel ſi fraudulenter promulges pretium augendum, aut valorem pecuniæ &c. quia hoc eſſet contra juſtitiam; quilibet enim habet jus, ne per fraudes decipiatur. Item ſi Principes, vel Magiſtratus ex induſtria promulgationes different, ut carius venderent, vel vilius emerent &c. hoc eſſet manifeſtè contra juſtitiam, ut notant *Delugo, & Tamburinus in Decalog. lib.* 8. *tract.* 3. *c.* 7. *§.* 4:

14. Neque hoc eſſet contra charitatem, quia poteſt quis rebus ſuis omni meliori modo conſulere, etiam ſi æquale damnum proximo ſit eventurum. Secus verò, quando graviſſimum incommodum proximus pati poſ-

poſſet; hoc enim ſuadet charitas evitandum, imò obligat cum proprio aliquo damno jacturam ſimilem proximi evitare. *Tamburinus cit. Delugo. Molin. aliique apud ipſum.*

*Deo Trino, & Uno, Matri Mariæ, Sanctiſque reſpectivè, laus, honor, & gloria.*
*Amen.*

| Errata. | Corrige. |
|---|---|
| Obſervat.in Tit.Sint ergo exemplar. | Sint ergo exempla. |
| R.1.n.12. Alias | Aliàs. |
| R.1.n.12.Romanut. | Romanus. |
| R.4.n.10.in fin.Ad eo bona | Ad ea bona. |
| R.4.n.35.Si conſulet | Si conſulat. |
| R.4.n.73.Theſaurus inventis | Theſaurus invẽtus. |
| R.4.n.85.Pęnitentiæ Sacramentum. | Ad pęnitentiæ Sacramentum. |
| R.4.n.87.Vel publicum. | Vel publico. |
| R.4.n.94.Ad fatigandum. | Ad fornicandum. |
| R.6.n.6.Quod conditio. | Quod ſi conditio. |

R.6.

| Errata. | Corrige. |
|---|---|
| R.6.n.10.in fin.et ratione. | Ex ratione. |
| R.7.n.16.Imitationis. | Irritationis. |
| R.8.n.3.Mutatio mortis. | Mutatio moris. |
| R.9.n.19.Non induit. | Non inducit. |
| R.11.n.7.Sunt ęqualis. | Sunt ęquales. |
| R.13.n 8.Invincibiles. | Invincibilis. |
| R.15.n.12.Impedientes | Ingredientes. |
| R.18.n.5.De fauctoribus. | De fautoribus. |
| R.19.n.2.Etiam rationem. | Etiam ratione. |
| R.23.n.1.in fin.in ſe continent. | in ſe continet. |
| R.24.n.4 Notavit Paulũ | Notavit Paulus. |
| R.24.n.4.ius Regulæ. | vis Regulæ. |
| R.25.n.3.valorem fructũ | valorem fructuum. |
| R.27.n.5.Pat iniuriam. | Pati iniuriam. |
| R.28 n.1.ſignificant. | ſignificat. |
| R.37.ſub 1.cap.Per Regulæ. | Pro Regulæ. |
| R.41.n.5.Quia conditio. | Quin conditio. |
| R.50.n.21.Et vi ideoq; | Ideoq; |
| R.52.n.11.à Delegata. | à Delegato. |
| R.56.n.1.circa med.ex dictio illa. | & dictio illa. |
| R.56.n 2.præſens 36. | præſens 56. |
| R.56.n.2.In hac præſenti 36. | In hac pręſẽti 56. |
| R 61.n.3.ſub med.Præſũpt. | Præſumptioni. |
| R.62.n 7.eveniar. | eveniat. |
| R.64 ſub fine. Famæ. | Formæ. |
| R.69.n.4.eſt duello. | ex duello. |
| R.72.in principio,ac perindè. | eſt perindè. |
| R.70.n.4.circa fin.ivermi. | iverim. |
| R.72.n.12 circa med.Pœnitentiis. | Pœnitentis. |
| R 86.n.7.& eo. | ex eo. |

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] by Google